
PHARMA
AUGUSTA










0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

PHARMACOPOEIA AUGUSTANA RENOVATA,

REVISA
ET APPENDICE
ALIQUOT MEDICAMENTORUM
SELECTIORUM AUCTA.

CUM SAC. CÆS. & CATHOL. MAJESTATIS PRIVILEGIO.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Typis & Sumtibus JOANNIS JACOBI LOTTERI,
M DCC XXXIV.

Celebrata per ...

Hoc tegmine felix

Pharmacopœia Augustana renovata.

B. G. Göz del. I. I. Lotter excud. A. V. T. Lobeck sculp.





VIRIS
GENERIS EMINENTIA, MUNERUM
MAGNIFICENTIA, MERITORUM
GLORIA
ILLUSTRIBUS, GENEROSIS,
AC AMPLISSIMIS,
PERINCLYTI
SENATUS
IMPERIALIS REIPUBLICÆ
AUGUSTANÆ
COLLEGIO SEPTEMVIRALI,
ÆDILIBUS
ET
REI MEDICÆ ac PHARMACEUTICÆ
PRÆFECTIS:

Dominis Noſtris Gratioſis, Venerandis.

DN. JOANNI à STETTEN,
SENIORI,

DN. JOANNI JACOBO
HOLZAPFEL,
ab HERXHEIM & KÖZ,

SACR. CÆSAR. MAJESTATIS
CONSILIARIIS ACTUALIBUS,

ET

REIPUBLICÆ AUGUSTANÆ DUUMVIRIS
PRÆFECTIS.

DN. JOANNI CHRISTOPHORO
AMMANNO,

DN. MAXIMILIANO ADAMO
à RECHLINGEN & HALTENBERG,

DN. FRANCISCO XAVER. ILSUNG,
à TRAZBERG,

DN. MARTINO HIERONYMO
LANGENMANTEL,

DN. LEOPOLDO ANTONIO IMHOF,
de SPIHLBERG & OBERSCHWAMBACH,

SEPTEMVIRIS.

DN.

DN. JOSEPHO WILHELMO
LANGENMANTEL à WESTHEIM,

DN. WOLFFGANGO JACOBO
SULZER,

DN. PAULO JOANNI MARCI,

ÆDILIBUS.

DN. GEORGIO GOTTOFREDO
SULZER,

DN. JOANNI à STETTEN,
JUNIORI,

DN. FRANCISCO JOSEPHO
IGNATIO IMHOF,
de SPIHLBERG & OBERSCHWAMBACH,

DN. FRANCISC. JOSEPH. MATTHÆO
de PFLUMMERN,

REI MEDICÆ AC PHARMACEUTICÆ
PRÆFECTIS.

Inter



INter tot alia rerum præclarè geſtarum decora, & tot Illuſtria circa gubernandam Rempublicam Prædeceſſorum Veſtrorum exempla ſagax illud ſtudium, quo in firmandam publicam civium ſubditorum ſalutem, & tuendam illorum incolumitatem jugiter incumbitis, præclariſſima facta Veſtra plurimùm colluſtrat, & ampliſſima Veſtra Nomina conſignat im̃ortalitati. Enim vero id ipſum effuit, ut res Pharmaceutica ad exactiores regulas pridem revocata, prudentiſſimô conſiliô Veſtro, usque adeo bene culta in cives Veſtros tot & tanta com̃oda transfundat, & inſignem per latè patentes Germaniæ fines diffundat ſplendorem, in officinis Pharmaceuticis paſſim pro norma recepta. Veſtra ILLUSTRES AMPLISSIMI PATRES PATRIÆ beneficentia & noſtra pietas id obſequium à nobis omninò exegit,

ut

ut præſentem librum ſub titulo Diſpenſatorii ſeu Pharmacopœiæ Auguſtanæ renovatæ typis jam quartâ vice recudendum Ampliſſimo Veſtro Nomini nuncuparemus. Id ipſum ſubmiſsâ, qua par eſt, reverentiâ audemus eò confidentiùs, quod opus illud prioribûs vicibûs à Vobis gratioſo obtutu ſuſceptum ſub Ampliſſimis Veſtris auſpiciis feliciter ſemper in lucem publicam prodiit, & priſtinum ſibi ſervavit ſplendorem. Huic noſtro labori, quicunq; demum interceſſit, Gratioſum Veſtrum Patrocinium ut denuo indulgeatis, humillimè rogamus, noſtra in vicem pro Veſtra civiumque incolumitate quæcunque ſtudia conſecrantes, pares deinceps prudentiſsimis conſiliis Veſtris in regimine auſpicatiſsimos ſucceſſus, & omnem perennem felicitatem devotiſsimo affectu precamur

Decanus, Vicarius & Collegium Medicum Auguſtanum.

b NOMI-

NOMINA D. D. MEDICORUM, IN COLLEGIUM AUGUSTANUM AUCTORITATE ILLUSTRIS SENATUS RECEPTORUM, ET IN URBE JAM VIVENTIUM.

D. BENEDICTUS GULLMANN, Auguftanus Suevus, Collegii Medici h. t. Decanus, Phyficus Ordinarius, Academiæ Naturæ Curioforum Leopoldino-Carolinæ Adjunctus, dictus Alcinous.

D. MARQUARDUS SEBASTIANUS à BINGEN, Elvacenfis Suevus, Sereniffimi Princip. & Epifcopi Auguftani Confiliarius & Archiater, Collegii Medici Vicarius perpetuus, atque Officinarum Pharmaceuticarum Vifitator.

D. THOMAS BERCKMILLER, Auguftanus, Sereniffimæ Duciffæ Parmenfis, Viduæ, Archiater, Phyficus Ordinarius.

D. SEBASTIANUS KHEILL, Ingolftadienfis Bojus, Phyficus Ordinarius.

D. JOANNES KOCH, Lipfienfis, Phyficus Ordinarius.

D. JOANNES CASPARUS MOLITOR, Bergenfis Suevus, Phyficus Ordinarius.

D. JOANNES RUDOLPHUS PHILIPPUS à BINGEN, Elvacenfis Suevus, Medicus Ordinarius.

D. MARTINUS GEIGER, Memmingenfis Suevus, Medicus Ordinarius.

D. JOANNES KHELLE, Auguftanus Suevus, Medicus Ordinarius.

D. OCTAVIANUS PLOSS, Kircho-Teccenfis Würtemberg. Phyficus Ordinarius.

D. GEORGIUS UDALRICUS SCHMIDT, Nördlingenfis Suevus, Medicus Ordinarius.

D. CAROLUS ANTONIUS MAYR, Moravus Olomucenfis, Medicus Ordinarius.

D. FRANCISCUS WOLFGANGUS OBERPAUHR, Schrobenhufanus Bojus, Medicus Ordinarius.

D. JOANNES ALOYSIUS PRAUNSCHOBER, Oettinganus Rethus, Medicus Ordinarius.

NOMI-

NOMINA D. D. MEDICORUM ALBO COLLEGII AUGUSTANI INSCRIPTORUM, JAM EXTRA REMPUBLICAM AUG. DEGENTIUM.

D. JOANNES MAYR, Mindelhemio - Suevus, Serenissimi ac Potentissimi Electoris Palatini Consiliarius & Archiater.

D. JOANNES MICHAEL SCHENMEZLER, Cellensis - Suevus, Reverendissimi & Illustrissimi Cathedralis Capituli Eustettensis Medicus Ordinarius.

DECANUS, VICARIUS, ET COLLEGIUM MEDICUM AUGUSTANUM
L. S. D.



Uandoquidem nobis ignotum esse non potuit, Pharmacopœiam nostram Augustanam labore & studio Excellentissimi nostri Schrökii, cujus pios cineres perpetuò veneramur, ante decem prope lustra nitidiori facie renovatam, interea tertia vice recusam non sine applausu in lucem publicam prodiisse, per latè patentes Germaniæ fines in plerisque Officinis pharmaceuticis quoad præparationem medicamentorum in normam quasi esse receptam, & præclarum Authorem de publico bene meruisse. Postquam verò tot centena repetitis impressionibus in publicum emissa exemplaria penitùs distracta, eademque ab exteris multùm desiderari, & insimul de rumore comperimus, inter exteros agitari consilium, ut opus hoc alibi imprimeretur: Nostri officii ratio à nobis omninò exigere voluit, ut laudabilibus antecessorum nostrorum vestigiis insistentes, idem de publico bene merendi studium amplecteremur. Quemadmodum rationum momenta, quæ circa renovandam Pharmacopœiæ faciem Clarissimum nostrum Schrökium permoverunt, ut in adornando opere Classes remediorum in duas sectiones, quarum una compositiones usuales, altera minùs usuales complecteretur, in ornamentum rei pharmaceuticæ & Pharmacopœorum simul comodum partiretur, idem hodie etiam tenere visæ sunt: Ita æque nobis placuit, priori insistere methodo, quâ plurimorum medicamentorum olim cum damnosa pretiosarum etiam rerum deperditione, temporis jactura, frustranea laborum insumptione, ac repetitis Pharmacopœorum querelis, ut in officinis nostris prostarent, requisitorum præsentiam abrogavimus, quorum nempe nullus aut exiguus apud nos esset usus, & distractio, in eorumque locum pauca usualia, quæ olim nondum commemorata, multo tamen usu nobis jam comprobata substituimus; Illa quidem non ea intentione eliminando, ac si propterea evanida, & nescio quibûs rigorosîs censurîs ac animadversionibûs simpliciter digna absque discrimine omnia judicarentur, sed quod temporis id ferat ætas & consuetudo, quæ remediorum juxta cum medicis nascentibus & denascentibus inducit mutationem. Quoniam verò dispensatorium nostrum hactenùs plurimis in locis & plerisque præsertim Germaniæ officinis pharmaceuticis norma fuit, quam Pharmacopolæ in parandis medicamentis sequi tenentur, earum quoque comodo illud adornare, & singulas ejus Classes in duas dividere sectio-

ſectiones libuit, primam medicamentis, quæ in noſtris pharmacopoliis proſtare debent, alteram minoribûs literîs expreſſam reliquis deſtinatam, quæ olim medicis noſtris uſualia jam vero in deſuetudinem abierunt, alibi tamen locorum fortaſſè adhuc adhiberi ſolita, ſic & noſtræ neceſſitati & aliorum com̃odo conſulendo. Neque tamen cenſoriam Ariſtarchorum virgulam, compoſita hæc nobis uſualia in longe minorem numerum contrahi potuiſſe, animadverſuram reformidamus, quos conſiderare deceret, nimis dictatorium & inconſideratum in ampliori Republica, qualis noſtra Auguſtana eſt, plures alente Medicos, hunc fore rigorem, ſi quis omnes uni eidemque medicamento adſtringere præſumeret: præſertim cum & ipſa varietas delectet, & Medicum elegantem deceat, ne una ſemper oberrans chordâ, in tanta remediorum ubertate ſe turpi paupertate premi & ægrotantium curioſitati iſtam Pharmacorum varietatem ſine crimine depoſcenti haud ſatisfacere videatur. In ipſis compoſitionibus emendandis nos æque, ac Præclariſſimum noſtrum Schrökium, prout in altera editione monitum reliquit, parciores eſſe oportuit, ne illis prolixitate licet non nihil faſtidioſis, ut plurimùm tamen re ipſa non adeo inconcinnis, deſuper tot ſæculorum decurſu, uſuque expertis, ideoque vel in aliorum, antiquitatem qui venerantur, gratiam non penitùs abrogandis, aut ob exiguum nævum mox ſeveriùs caſtigandis medicamentis vim feciſſe, virtutemque nos perTertiſſe, quis nobis obiicere poſſet. Per nos enim cuivis Medico prudenti & modeſto ſua maneat libertas, mutationem pro ſuo genio, rerum locique exigentia inſtituendi: Præparationem vero eorum & illuſtrare magis & inculcare pluries opus fuit, in illis præcipuè, quæ nobis uſualia habentur, ſervato nihilominùs Authoris, cui deſcriptio & compoſitio debetur, nomine. Ipſas parandi ἐγχειρίσεων ſcrupuloſiùs addere noluimus, hæc non tyronibus, ſed exercitatis Pharmocopœis noſtris, qui peritiam ſuam in publico examine Univerſo Collegio noſtro comprobârunt, ſcripta eſſe, imperitosque ad exercitium hujus artis, ex qua hominum vita ſæpiùs pendet, non admitti perbene recordati. In viribus Medicamentorum denominandis licet quædam contrahere placuerit, beatorum tamen anteceſſorum noſtrorum antiquis Medicinæ fundamentis innixam mentem penitùs im̃utare, aut ad principia Recentiorum ſæpè meliora, à ſuis tamen dubiis non æque omnino liberata adcom̃odare neque adhucdum libuit, cuique Medico perito relictâ privatâ judicandi libertate, qui perſpecta compoſitionis ratione, & virium antiquitùs attributarum recenſione ſingula ſuis adaptare fundamentis, ſicque in uſum deducere noverit. Cæterum in appendice quædam concinna, & aliorum in medendo Clariſſimorum Virorum & noſtro uſu com̃endata inſerenda judicavimus, ut eadem in noſtris Officinis pharmaceuticis ritè ſecundum regulas artis æqualiter elaborata proſtarent: Quæ ut & reliqua ad rei pharmaceuticæ ornamentum, ejusque incrementum cedant, Lectorque Benevolus noſtro labori deinceps favere pergat, omnino exoptamus & vovemus.

ILLUSTRISSIMI SENATUS AUGUSTANI DECRETUM MEDICOS, CHIRURGOS, ET PHARMACOPOEOS CONCERNENS.

I.

REipubl. intereſt, ut Medici Auguſtani Hippocraticam doctrinam, veram nimirum ac rationalem ſectentur, & concordes munus ſuum ritè decenterque obeant, ne publicum commodum ob privata diſſidia detrimenti quidpiam patiatur.

II.

Proinde in conſilium convocati, fideliter, candidè ac diligenter inter ſe conferant, quæ publicæ ſaluti civibusque cùm omnibus, tùm ſingulis, tàm ad conſervandam, quàm reparandam valetudinem proficua futura doctè proſpexerint. Nec quemquam in ſui utilitatem quidpiam celare convenit, quod proximo in deſideratæ ſalutis ſpem, vel uſum cedere poſſit, adeo ut livor, odium, ac æmulatio, arti Medicæ, ſi non infirmam famam, ſaltem diffidentiam apud pleroſque pariens, prorſus abſit ac exulet, cùm præſertim conſultandi mos iſte & infirmorum ſaluti conferat, & Medicos peritos ab imperitis diſtinguat. Unde eos, qui communia iſtiusmodi conſilia averſantur, aut ſeſe ab iis callidè ſubtrahere ſtudent, ab inſcitiæ aut malitiæ ſuſpicione minimè alienos eſſe credendum eſt.

III.

Neque verò quisquam ad ſecreta ſua, ſi ſeſe quædam tenere putaverit, aliis propalanda aut evulganda ob id obſtringi ſe exiſtimet, dummodo conſultationis rationem ac communem medicationis ſcopum aut intentionem non pervertat, aut nimium pretium pro eo injuſte exigat, vel lucri causâ vulgaria quævis diſpenſet atque divendat. Hinc etiam Pharmacopœos jurejurando adſtringimus, ne ea, quæ vel Medici, vel ægri ſilentio tegenda præceperint, aliis divulgent, unde Medico diſpendium, ægro verò infamia nonnunquam emergere poſſet.

IV.

Medicamentis inſuper tutis, ac innoxiis utantur, quibus longa experientia, ac peritorum Medicorum auctoritas famam jam dudum fecit, & quæ docta poſteritas multiplici uſu fida eſſe comprobavit. Unde nec Chymica aut Spagyrica vocata Medicamenta à pharmacandi

candi usu excluduntur, dummodò hæc ritè ab ipsis nostris Pharmacopœis fuerint præparata, & non nisi à peritissimis Medicis, qui experimentum rationi atque hanc illi jungere norunt, dextrè, haudquaquam verò temerariè usurpentur.

V.

Chirurgi, Tonsores, ac Balneatores, limites suos non transgrediantur, sed Officii ac Jurisjurandi sui annuatim præstandi memores, ea solùm circa ægros perficiant, quæ professioni ipsorum debentur, purgantia pharmaca, quibus in provincia Medica summa debetur attentio, maximè verò Mercurialia & Antimonialia nullatenus præparantes, multò minùs exhibentes, minimè verò vendentes.

VI.

Quod si grave aliquod ac lethale symptoma circa vulnera, ictus, aut puncturas, contusiones, ossium fracturas, aut præcipites ab alto lapsus obtigerit, suis non fisi judiciis, unum vel plures ex Medicinæ Doctoribus in consilium adhibeant, ab iisque, quid facto opus sit, sciscitentur.

VII.

Pharmacopœi quoque falcem in Medicorum messem, consilia ægris dando, non mittant, qua intentione nec pharmaca, electivè præsertim purgantia, opiata, aut menses ac fœtum pellentia medicamenta, absque Medici præscripto neutiquam divendant, ne vel cives incauto eorum usu lædantur, vel medicamenta ipsa infamiam subeant, cùm de his, solis Medicis fidei præstandæ, dignotionis habendæ, ac rationis reddendæ onus incumbat.

VIII.

Ablegandi porrò sunt merito inertes Agyrtæ, periculosam solùm experientiam, eamque temerariam sine ratione professi, nulla artis theoremata callentes, nullisque doctrinæ Medicæ præceptionibus imbuti, qui solâ suâ vel audaciâ, vel inscitiâ confisi, artem tam difficilem, absque ferè conscientia tractaturi falsò se pro veris Medicis venditare consueverunt.

IX.

Minùs etiam toleretur Circumforaneorum, Stellionum, Empiricorumque protervitas, quibus sese plerumque admiscent Apostatæ, Hebræi, Cerdones, Sortilegi, Circulatores, Præstigiatores, Clancularii, Vetulæ, ac Doctores Bullati, qui sese Academicis aut Collegialibus Medicorum examinibus subjicere renuunt, nummorum expiscatores, & populi quasi quidam prædones. Hi enim protinus ablegentur, ab artis, quam nesciunt, operibus arceantur, ac è familia Medica severo Magistratûs judicio proscribantut, sitque iis, maximè

verò

verò graviores morbos concernens, medicatio quævis strenuè interdicta. Liberum tamen erit familiaribus cuique remediis uti, citra fraudis suspicionem, aut pecuniæ aucupium, nisi periculosa ea medicatio fuerit, quæ ægris in noxam vergere possit.

X.

Pharmacopœi publico Jurejurando nobis obstricti, Medicamenta quævis composita, ad normam hujus Dispensatorii nostri, prævià Visitatoris Ordinarii, vel ejus vices gerentis Medici censurâ, & absque vel præter hanc nullatenus præparent, aut divendant, multo minùs, præcipue Chymica ab aliis præparata suis pharmacopoliis inferant: ad quod præstandum Pharmacopœorum quoque famuli iisdem legibus ligati tenentur; quos etiam in particularibus Medicorum præscriptis attentos ac diligentes esse decet, in quibus si quando dubii quidpiam obtigerit, ejus præscripti auctorem adeant, &, quid sibi faciendum sit, percontentur. Medicamenta etiam omnia, ut juxta tenorem nostræ Taxæ æstimata vendantur, præcipimus: Quòd si autem particulatim aliqua alia præparare necesse fuerit, ea ipsa justo valore veneant.

XI.

Atque ut unanimitas inter Medicos ac Pharmacopœos incorrupta perseveret, volumus, ut Medicorum aut Pharmacopœorum nullus alterutrum in alterius præjudicium laudibus vel extollat, vel vituperio deprimat, cùm ad æqualia pondera ferenda obstrictis par quoque honor & præmium meritò debeatur.

XII.

In horum debitam observantiam quotannis à Medico Collegio ex Senioribus unum, ad id munus habilem, in Decanum eligi jubemus, cui pro Vicario alium in subsidium adhiberi, commodum esse duximus.

Decretum in Senatu
3. *August.* 1684.

PRO-



PROLEGOMENA ISAGOGICA.

CAPUT PRIMUM.

De officio & requiſitis Pharmacopœi.



Um in Provincia Medica non minimum locum ſibi vendicet ars Pharmaceutica, ut quæ Medicinæ pars quædam integralis exſiſtit, ideoque primitus ab ipſis Medicis adminiſtrata fuit, ſenſim tandem, ſoli ſibi reſervato in eam præſidio & auctoritate, ob artis medicæ præcipuè amplitudinem, in alios derivata; Medicina autem apud Ethnicos pariter, & veros DEI cultores ſacra ſemper ſanctaque ſit habita, nec minimum ſalutis publicæ momentum ab ea dependeat, neceſſe eſt, ut Pharmacopæus artem jam dictam tractaturus, ſciat, qualem ſe gerere debeat; quem nempe virum bonum eſſe, Pharmacorum parandorum rationem & modum exactè tenere, ejusque ita, quam profitetur, artis adprimè peritum eſſe addecet.

Proinde eum Chriſtianâ fide primitùs imbutum, ac inculpatis omnino moribus præditum eſſe convenit; quò præſertim erga DEUM, Medicinæ Auctorem, tum verò & erga proximum ſeſe talem præſtet & exhibeat, qualis pro modulo humanæ fragilitatis, puræ conſcientiæ, ac perſpectæ probitatis vir expetitur; ut qui DEUM ipſum timeat, ſummum rerum moderatorem obſervet ac ſuſpiciat, eumque cunctorum operum judicem & æſtimatorem omnia cernentem, quemque nihil latere poteſt, totis viribus colat ac revereatur, qui actionum ſuarum omnium & ſingularum rationem, imò Civium ſalutem ſibi hac in parte creditam ab ipſo ſit repetiturus. Erubeſcat igitur clam facere quidpiam coram eo, qui videt in abſcondito, quod præſente ipſo patrare non auderet; nihilque in profeſſione ſua negligenter, vel temerè, multò minùs fraudulenter adgrediatur, imò peccata quælibet non pœnæ metu, ſed virtutis amore odio habeat; ſitque pius, humanus, benignus, affabilis, placidus, miſericors, officioſus, erga pauperes mitis & liberalis, publica propriis ac privatis anteponens; inſuper ægri neceſſitatem & periculum fideliter penſans, in charitatis actibus præſtandis ac exercendis impiger & ſedulus, ſupremum ſemper præ oculis judicem ferens, nec non æternæ conſolationis mercedem à DEO, remuneratore juſto, de benè actis expectans.

Præ cæteris autem non ſit avaritiæ nexibus intricatus; cùm enim avarus ſibi ipſi peſſimus exſiſtat, nemini bonum eum futurum quispiam crediderit; itaque in mercibus comparandis propriam conſcientiam, proximi ſalutem, ac ſui ipſius honorem, divitiis, & lucro longè præferat: atque ideò juſto quæque pretio, haudquaquam corrupta, putria, exoleta, adultera vel depravata, in noxam, fraudem, ac periculum ægri vel

 coëmat,

coëmat,vel divendat; nec sordido lucro inhiet, aut compendia cogitet, quibus cives circumveniat, sperans fidelem suam operam cuilibet præstitam, majoris quandoque sibi lucri causam futuram.

Præterea scorta fugiat & aleam, commessationes itidem ac ebrietates; hæc enim omnia vel socordiam, vel turpitudinem, aut infamiam, ab eo qui circa Medici opera sit versaturus prorsus alienam, quin & errores plurimos pariunt; utpote ebrietas oblivionem & mentis stuporem, libido verò proprii demandati muneris negligentiam, & modestiæ ac pudoris excidium, non sine veneficii metu vel suspicione, unde mortes quandoque mortalibus inopinæ inferuntur, fidentibus interneciones, aliis porrò ægris nocumenta quàm maxima, non sine summâ Medici, (licet probus ac præstans is sit) famæ periclitatione; cum, quæ negligentis Pharmacopœi culpâ accidunt, Medico postmodum imputari irrogarique soleant, & in illius contumeliam cedant.

Hoc præsupposito, Latinam ut linguam Pharmacopœus in tantum calleat oportet, ut non modò Receptarum quas ajunt formulas à Medicis præscriptas, sed etiam Auctores, quos consulendi gratiâ adire non rarò cogitur, Botanicos, & qui de materia Medica, simplici eaque tam vulgari quàm exotica, & composita doctè scripserunt, ac passim pro Classicis recepti sunt, sufficienter & cum fructu intelligere queat. Ex quibus etiam nomenclaturam Græcam, Arabicam, Latinam & Germanicam addiscat; sic enim falsa à veris, adulterata à sinceris discernere, ac inter bona, mediocria, optima, ac irrita judicium ferre, & delectum habere poterit.

Unde magis officio suo defungi poterit, si pro cognoscendis, eligendis, aliunde petendis, ac in quamlibet compositionem cooptandis, simplicibus, sibi ex veteribus comparet Dioscoridem, Mesuen, &c. ex recentioribus verò Carolum Clusium, Garciam ab Horto, Nicol. Monardem, Renodæum, Matthiolum, Tragum, Tabernæmontanum, Quercetanum, Crollium, Schröderum, Angelum Salam, & consimiles; ex iis namque tàm Simplicium, quam Compositorum notas ac animadversiones, itemque præparationes, absque magno labore decerpet, si quid fortè dubium, in hac nostra Pharmacopœia, alibive se ipsi obtulerit.

Officinam præterea habeat salubri ac perflabili loco sitam, à ventis, pulveribus, fumis & fœtoribus alienam ac remotam, quam mundam, & nitidam servare modis omnibus annitatur, ut à Medicamentorum præparatione omnis prorsus sordities exulet, quæ tanto majori fastidio assumuntur, quanto majore opificis fœditate parantur. Indefessam autem semper diligentiam Pharmacopœus adhibeat, ut herbas, flores, fructus, radices, semina, ac reliqua in universum Simplicia, quantum potest lectissima, justo ac debito tempore colligat, mundet, exsiccet, ac reponat, eaque instrumentis debitis ex usu artis tractet, postmodumque locis, vasis, pyxidibus vel thecis commodis condat, & in futurum usum à teredine, putredine, ac corruptione servet.

Nemini quoque absque periti Medici consilio & præscripto, aut sine Magistratûs licentia, venena, philtra, menses pellentia, ac abortum provocantia Pharmaca divendat, nec ea ministros, vel amanuenses suos vendere permittat; qualia non nisi spectatæ fidei hominibus, minimè verò vetulis, circumforaneis, aut promiscuæ vulgi plebeculæ committi possunt ac debent; id quod de Opiatis Medicamentis atque Chymicis purgantibus vehementioribus, utpote periculosis, ut sunt flores Antimonii, Vitrum ejusdem, Turpetum minerale, aliaque plura, itidem dictum ac intellectum volumus.


Facultates quoque Pharmacopœo ut sint satis amplæ, requiritur, qùò singula pro tempore & occasione coëmere queat, nec viles aut exoletas merces, ob paratæ pecuniæ

niæ defectum, mutuari, vel alio quovis modo adquirere cogatur. Nam si sat dives exstiterit, Medicamenta debito tempore, eaque justo pretio comparabit, ac si animus ei liber & ab avaritia paulo semotior fuerit, præstantissima quævis paulò largiore pretio, quàm deteriora viliori, libentiùs coëmere studebit.

In parandis quibusvis Compositionibus, aut Medicorum Receptis sit vigilans, circumspectus & fidelis, ac nihil unquam sine prudentis Medici consilio medicamini parando vel addat, vel subtrahat, aut in eo quidquam immutet, vel temerè ac pro suo judicio succedaneum aliquod in alterius, quod deesse potest, Simplicis locum substituat, sed à perito Medico, quid sibi faciendum sit, prout etiam aliàs, si dubii quidam casus obvenerint, sciscitetut, ac sanctâ fide eo modo, pondere & mensurâ, quâ quæque præscripta leguntur, diligenter dispenset atque perficiat; ac si quid in iis celandum fuerit, nemini revelet, cùm morbi non raró tales obveniant, qui detecti ægro ignominiam, si non infamiam, aut aliud aliquod damnum inferre possent. Receptarum porrò formulas à Medicis præscriptas adsignato, quo & cui eæ paratæ sunt, anno ac die, vel describat, vel adservet; ut si quando eas repetere necessum fuerit, pro ægri commodo in promptu exsistant; quorum Originalia nemini communicet, descriptiones autem humaniter & seriò petentibus, Medici earum autoris cum consensu, committat, iteratas etiam præparationes, præsertim purgantium, sine Medici consilio nequaquam concedat; scrupulos, si forsan in præscriptis habeat, aut lapsus calami deprehendat, de iisdem Medicum consulat.

Negotio suo ministros adhibeat bonis moribus præditos, ac de vitæ honestate notos, qui & artem pharmaceuticam probè norint, ac dextrè & fideliter exerceant, nec quidquam in vitam, aut valetudinem proximi peccent.

De cætero verò morigerum sese gerat, & obsequentem, qui legibus ab AMPLISSIMO SENATU pro Pharmacopoeis promulgatis fideliter pareat, ac sedulus obsecundet; in iis enim omnia ac singula comprehenduntur, quæ Pharmacopolam & observare decet, & devitare convenit.



CAPUT SECUNDUM.

De Medicamentorum Simplicium delectu.



PRout in Animantibus, sic etiam in Stirpibus, Plantis, ac Terrâ genitis alia aliis præstantiora esse, Natura parens voluit, ne numerosa æqualitas rerum confunderet ordinem; atque sic inter debilia ac fortia, subtilia ac crassa, dura & mollia, nobilia & ignobilia, noxia ac innoxia discrimen aliquod adpareret, quo unumquodque suâ pro dignitate æstimetur; unde quibuslibet medicamentis notas quasdam indidit, quibus eorum bonitas agnosceretur, æstimaretur virtus, deligeretur substantia; per delectum enim nil aliud quàm boni à malo, malefici à benigno, exoleti à vegeto, ac adulterati à sincero distinctionem intelligimus; atque ea Pharmacopoeo cuivis adeò est necessaria, ut si in hac parte exercitatus ac circumspectus non fuerit, non semetipsum tantummodò pravis mercibus decipi experietur, sed etiam Medicos sperato à Pharmacis fructu indè privari, ac operatione eorundem debitâ destitui; imò etiam ægrotantes errore hoc (etiamsi fraus non subsit) in damnum agi, vel si dolus comes est, periculosè circumveniri, utroque autem modo valetudinis ac vitæ detrimenta subire continget.

Sciendum porrò, delectum cujusvis medicamenti simplicis pro diversa sui conditione ex diversis fontibus peti. Quamvis enim crebrior eorum atque curiosior inspectio primum hîc sibi locum vendicet, plurima tamen concurrunt, ad eundem scopum collimantia. Sic alia sapore dignoscuntur, alia pondere aut levitate probantur, nonnulla colore arrident, alia odore placent, plurima natalitii soli commendatione ac patriæ nobilitate gaudent; quorum exempla in gratiam Pharmacopœorum subjecimus.

ABSINTHIUM, pro diversa Medici intentione, modò vulgare latifolium, modò tenuifolium in usum est eligendum. Primum quidem illud æquè ac alterum, quibusdam Pontici nomine venire solet; nobis tamen tum autoritate Galeni, 11. Meth.med. cap. 16. innixis, tum melioris distinctionis gratiâ, epitheton hoc tenuifolio tantùm imponere, hactenus consuetum fuit.

ACACIA, succus arboris in Ægypto nascentis, qui ex immaturis utplurimum siliquis expressus coctione inspissatur, inque globularem formam redactus, & tenuibus vesicis inclusus ad nos defertur, eligatur mundus, internè nitidus, colore ex nigro subrubescens, sapore gratè adstringens. Cui non admodum dissimiles vires licet prunorum sylvestrium succus habeat, ne tamen dolosè ei admixtus sit, cavendum.

AGALLOCHUM seu Lignum Aloës, ab arbore peculiari, oleam repræsentante, in variis Indiæ Orientalis regionibus, inprimis Sinarum regno desumitur; cujus natale solum cùm olim Tigres, aliæve ferocissimæ belluæ infestum redderent, ideoque collectoribus summum vitæ periculum instaret, rariùs ad nos deportatum illud fuisse, scribunt; unde etiam in Paradiso nasci, simpliciores quidam opinati, Lignum Paradisi eapropter denominaverunt: Quamvis nunc loca illa magis habitata, bestiisque istis magna ex parte depulsis, securiorem collectionem, uberioremque ad nos transmissionem reddiderint. Optimum licet in Curiosorum potiùs & Magnatum scriniis reperiri credatur, rariùs in Pharmacopolia transiens, pro melioris tamen notæ ligno haberi & eligi debet, quod est solidum, ponderosum, suavem, si fricetur, odorem spirans, sapore aromatico & subamaro præditum, nigro-purpureum; insuper quod accensum non adeo promptè flagrat, & resinosi humoris plurimum exsudat. Improbatur leve, cariosum, albicans, quod flammam statim concipit, vel fractum pulverem dimittit. Distinguitur inter alia ab Aspalatho, quòd hic in ignem conjectus flammam faciliùs concipiat, inque cineres abeat; Agallochum autem resinæ instar prunis impositum primò liquescat, antequam comburatur, & præterea colore ad fuscedinem magis inclinet.

AGARICUM, vel ut corruptè communiter pronunciatur, AGARICUS, ab Agaria Sarmatiæ regione nomen habens, excrescentia est Laricis, fungi instar ei adnascens. Eligatur, quod femina dicitur, i. e. candidissimum, leve, rarum, friabile, primo gustatu dulce, mox amarum, & stypticum. Improbatur masculum, sive grave, nigricans, corrosum, durum, & lignosum. Optimum quondam ex Sarmatia per Illyriam, & ex Galatia Asiam, & Ciliciâ Alexandriam, atque inde Venetias devehebatur; nunc Tridentini montes, Galliæ Delphinatus, nec non Rhætorum, Vindelicorum, Noricorumque tractus sat copiosum & laudabile suppeditant. Distinguitur facilè ab aliarum arborum, maximè verò glandiferarum fungis, colore solùm observato ac pondere, hi enim è lignea quadam materia concreti duri & nigricantes conspiciuntur, excussis è silice vel pyrite flammis pro explodendis sclopetis fomitem potiùs præbentes; quàm ad Medicum usum accommodati.

ALOE placet Dioscoridi lib. 3. cap. 22. pura, sincera, sine arenis, splendida, rufi coloris, friabilis, ac jecinoris modo coacta, facilè solubilis, & egregiè amara. Improbatur nigra, difficulter liquescens & fractu contumax. Adulterari Acaciâ, vel admixto ejus Gummi, Dioscorides, Plinius, aliique referunt; quod tamen de Acacia minùs credibile

dibile videtur Garciæ ab Horto, quia hæc in Socotra & Cambaja, locis Aloës natalitiis, non proveniat: Quamvis & alibi, non patrio tantùm in solo, mangonium illud parari queat; quod sanè de aliis quibusdam simplicibus compertissimum habetur. Magis hîc rem tetigisse videtur Gabr. Fallopius, ab Acaciæ nempe succo (modò ad nostra tempora respiciamus,) aloëticum quoad pretium superari, cap. 32. de purg. simpl. scribens: Si tamen fraus ista contingeret, sapore minùs amaro, ut &, Gummi si foret additum, colore insuper dilutiore, & dum solvitur, viscositate suâ facilè Aloë sic contaminata sese proderet. Neque Croci permixionem ut vereamur cum nonnullis, opus est, quem revera majori pretio venire certum est. Fecibus autem propriis aut Aquâ marinâ infectum, hîc sapor salsus, ibi solutio & inspectio manifestabunt. Tres ad nos Aloës species devehuntur: una impura & fex quædam Aloës, Veterinariis & Mulionibus agnita, Caballina dicta: altera purior nobiliorque hepatis modo densata & colorata, unde & Hepatica nuncupata: tertia verò præstantissima, Socotrina vocata, eò quòd ex Insula Socotora ortum trahat, quam nonnulli ob coloris gratiam Succotrinam, quasi succo-citrinam, obscurè satis dixerunt.

AMBRA seu Ambarum, quod aliqui Balænæ semen, alii excrementum Ceti, non pauci terram quandam fungosam ab Insulis, quibus pura innascitur Ambra, avulsam; alii aliud quid esse arbitrantur, Bituminis quoddam Indiæ orientalis genus nobis esse videtur, ex imis fortè Maris fontibus & alveis profluens, quod ventorum vi ac undarum impulsu in littus eructatum, aërique expositum, ut Electrum, indurescit. Probatur odoratissimum, leve, sordibus carens, marmoris ferè adinstar variegatum, & in fundo subfusco aut rufo grisei vel cinerei coloris notas & punctula ostendens; præterea quod acu calente perfossum, plurimum oleaginei ac pinguis succi exsudet. Improbatur nigrum, & candidum, odore languidum, multis quisquiliis permistum. Quod tamen avium rostra, & conchylia habet conjuncta, non simpliciter rejicimus, modò cæteras bonitatis notas ostendat, similiaque heterogenea, si in usum trahatur, studiosè separentur. Sæpe adulteratur Gypso, Ligno aloës, aliisque variis mixturis; quæ tamen fraus facilè detegitur; etenim, præterquam quòd plerumque talis pasta nigricet, ac diuturnâ manuum tractatione, aut in aqua colliquescat, odore inprimis & colore sese prodit, quæ tam exactè nequeunt exprimi, quò minùs à perito fraus detegatur.

AMMI, quod Æthiopicum Cuminum adpellari, ex Dioscoride constat, licet in Creta etiam, imò Italia provenire scribant, Cumini semen quodammodo externâ formâ; non sapore, vel magnitudine, quæ in Ammi longè minor est, repræsentat. Illud odoratum, aromaticum, & acre, sapore Origanum aliqualiter referens, sicque recens, vegetum & purum esse convenit.

AMMONIACUM Gummi ex frutice ferulaceo stillans, sic dicitur, quòd in Africa juxta Jovis Ammonii oraculum proveniat, ad nos ex India orientali potissimum adfertur. Laudatur sincerum, ligni & calculorum, aliarumve sordium expers, odore Galbanum utcunque referens, sapore amaricans, in grumos condensatum, foris flavum, intus subcandidis glebis nitens, & manu tractatum mollescens.

AMOMUM, vexatissimum apud Botanicos & Simplicium Scriptores Vegetabile, recens colore ad aureum vergens sive subrubrum, semine plenum, racemosum, grave, valde odoratum, unius coloris, non cariosum, juxta Dioscoridem, esse debet. Nostrâ hac ætate satis id cognitum est, nec parcè ad nos ex India orientali portari solet, vulgò Amomum racemosum vocatum. Eligatur itaque, cujus grana ad purpureum colorem accedunt, aromatici odoris sunt & saporis, gravia & vegeta; rejectis quæ nigra sunt, rugosa, exsucca, situ contaminata, & sapore odoreque exoleta.

ANIME, quod rectiùs, notante Exc. Borrichio tr. lingu. Pharmacop. Gummi aminæ vel aminne dicitur, lachryma est, ex arbore Jetaiba incisa in India occiden-

ali ſtillans, gratiſſimi ac ſuaviſſimi odoris, & præpinguis, unde flammis injecta protinus conſumitur. Defertur granorum Thuris formâ, ſed craſſioribus & magis reſinoſis. Optimum cenſetur, quod eſt mundum, ſaporis reſinoſi, odoris dum accenditur fragrantis, albicans, aut flaveſcens & Succini modo translucidum, unde etiam Conr. Gesnero lib. 3. Epiſt. med. Succini Indici albicantis ſpecies fuit creditum.

ASA DULCIS Officinarum & Benzoinum, Veteribus ignotum. Gummi ex arbore peregrina, vulnerata profluens, quod olim ex Taprobana Indiæ Inſula, vulgò Sumatra dicta, copiosè à Luſitanis in Europam devehebatur; nunc Belgarum navibus ex Inſula Java adfertur, unde etiam Ban Javenſe, loco corrupti Benzoini, rectiùs vocari, Georg. Hier. Welſchius de Vena Medin. pag. 327. exiſtimat. Id Laſerpitium ſeu ſuccum Cyrenaicum nonnulli eſſe arbitrantur, qui olim in Cyrenenſium agro laudatiſſimus exſtabat. Probatur autem durum, compactum, translucens, albis diſtinctum unguibus aut glebulis, unde & Amygdaloides dicitur, quòd quaſi Amygdalas delibratas in ſe contineat, rubeſcens, odore grato, fragrantique Xylaloës quodammodo odorem referente præditum, nec heterogeneis aliis inquinatum. Adulteratur Reſinâ, Thure maſculo, ac Styrace ſimul mixtis, aſt odor in ſpurio hoc longè eſt diſſimilis, & color maculis non eſt variegatus.

ASA FOETIDA, ſuccus ex planta quadam Perſica, Laram inter ac Gamaron civitates magna in quantitate creſcente, quam duorum generum deſcribit, ſuccique ex eis collectionem tradit Jac. Bontius lib. 1. Med. Ind. ob tetri halitûs graveolentiam Germanis **Teuffels-Dreck** dicitur, adeò ſuo nidore abominabile, ut Matthæum Sylvaticum veniâ ferè dignum cenſeamus, quòd illud inter venena reponendum eſſe putaverit. Nec quempiam in electione terreat hoc, quòd Garcias ab Horto Indos Aſam in delitiis habere, eaque in condiendis cibis, confricato ex ea ante cocturam lebete, creberrimè uti ſcripſerit; aut enim barbaram gentem tali condimento uti decuit, ut conſimiles haberent labra lactucas, aut alioquin ejus odore adſueti id cæteris condimentis adcommodant; prout & plurimi noſtrorum Allio, Cæpis & aliis quibusdam fœtidis cum delectatione veſcuntur, unde etiam Meſue Aſam fœtidam Porri (cujus nobis uſus in menſis ſat frequens eſt) odorem repræſentare ſcripſit. Hinc eligenda, quæ hujus odorem æmulatur, viſcida eſt & pura. Adulterata viſu & guſtu, quinimò fœtoris remiſſione vel defectu cognoſcitur.

ASPALATHUS in Syria, Iſtria, aut Rhodo Inſula natus, quem etiam copioſiſſimum prope Fraſchyæ portum in Creta ſe inveniſſe ſcribit Proſp. Alpinus cap. 43. de Plant. Ægypt. tantam cum Agallocho adfinitatem obtinet, ut ægrè quandoque ab hoc diſcerni queat. Lignum tamen Aſpalathi multò tenerius eſt quam lignum Aloës, nec ita nodoſum. Confer. §. de Agallocho. Probatur Aſpalathus denſus, odoratus, ponderoſus, ac guſtu amarus, in quo Plinius aliqualem Caſtorei odorem requirit. In ejus defectu Lignum Aloës commodiſſimè ſubſtituitur; licet nonnulli eundem Sandalo citrino, aut ligno Rhodio à Sandalo citrino parùm differente reſarciant.

ASPHALTUM ex Phœnice, Babylone, Zazyntho, Sidone ac Mari mortuo delatum, puriſſimum & lucidum ut ſit ac ſplendeat oportet, præterea gravem & validum odorem vibret, ſubſtantiâ mediocriter compactâ, levi, fragili & colore obſcurè purpureo præditum. Adulteratur pice admixtâ; licet Galenus id fraudem haud admittere lib. 1. de Antidotis ſit arbitratus; deprehenditur autem mangonium, ſi citiùs, quàm par eſt, liqueſcat, ſordidum verò vitioſum eſt. Optimum in Judæa, non longè ab Hierico propè Jordanem, maximè verò in lacu Sodomæo, & vicina regione (quod præter Brocardum, in Terræ Sanctæ deſcript. id referentem, etiam Petrus della Valle obſervavit,) reperitur, unde etiam Bituminis Judaici nomen obtinuit.

BDEL-

BDELLIUM laudat Galenus Scythicum, Plinius Bactrianum, Dioscorides Saracenicum è Saraca felicis Arabiæ Civitate devectum, quod etiam ex Media, ut & India venire traditur. Gummi est arboris ad olivæ magnitudinem accedentis; eligendum gustu amarum, translucidum cum frangitur, ceræ instar flavum, pingue, cum fricatur & incenditur; idquè odorum, facile mollescens, sordium expers, albis maculis ungui humano simillimis refertum. Improbatur nigrum, sordidum, in offas convolutum. Adulteratur cerâ, sed fraus odore ac gustu innotescit: Id enim nec tam amarum est, nec tam odorum.

BEZOARDICI lapidis ex cervicapris utplurimum, aut etiam simiis nonnullis, qui præstantior censetur, desumti, duo in Officinis nostris genera prostant; unum Orientale, quod ex Ægypto, Persia, India, China, & vicinis regionibus adfertur: alterum Occidentale, quod ex Americæ regno Peruviano adportatur. Præferuntur Orientales Occidentalibus, qui etiam duplo majori precio veniunt, & in minori dosi exhiberi possunt. Probantur èx Orientalibus ii maximè, qui è nigro virescunt, & quorum pulvis subviridis est; deinde qui superiori crustâ ablatâ inferiorem splendentem habent, ac in meditullio concavi sunt, aut arenulam lapidi substantiâ similem &c. continent. Si calci vivæ madefactæ lapis adfricetur, indéque paulò post flavùs color emergat, legitimum lapidem esse, creditur; ut & si lapis chartæ, quæ cretâ confricata priùs fuerit, similiter adfricetur, & frictionis linea viridis adpareat. Occidentales subcinereum habent colorem, & longè graviores sunt, neque ut Orientales splendent, superficie scabri sunt, crustas etiam habent crassiores & gypseas, quæ fractæ minutas quasdam strias artificioso naturæ opificio sese mutuò complectentes, obtinent, cùm econtra adulterini, qui ex pasta quadam effecti sunt, radios eos haudquaquam contineant. Dantur etiam Lapides bezoardici minerales, de quibus, eorumquè usu legi inprimis meretur Paul. Bocconus in Mus. phys. obs. 8. & tr. obs. natur. 26. qui tunicata sua textura, & cinereo colore occidentales modò recensitos aliquo modo referunt, non parum tamen differunt, duriores inprimis & graviores dum sunt, unde nec temere lapidi illi animali substitui debent.

CACAO nuclei sunt arboris in India occidentali nascentis, involucro corticoso duro copiosè inclusi, Amygdala magnitudine, forma & consistentia nonnihil referentes, coloris obscurè rubentis, saporis subamari & pinguis. Vitandi cariosi, mucidi, aut alio modo corrupti.

CAMPHORA, sive, ut rectiùs quibusdam scribitur, Caphura, succus arboris in Insula Orientalis Indiæ Borneo, quæ omnium optima censetur, ad nos tamen non deportatur, tum & regno Sinico & Japonico, qualis utplurimum nostra esse solet, proveniens, eligatur alba, pellucida, pura & valde odorata, quæque pani calido imposita madescat, aut quod aliis placet, cujus frustulum pani calenti inclusum consumitur totum, remanente, si quæ insit, heterogeneâ materiâ, qualis est, e. g. Gummi juniperinum, quo adulterari solere traditur, quamvis & hanc fraudem odor à genuinò deflectens & color minùs candidus detegant. Servari eam putant semine Psyllii, Lini, vel etiam Pipere sepultam; magis tamen integra persistit, si vitro arctissimè clauso, aëris aperti agitationem impediente, custodiatur.

CARANNA, resina est, in nova Hispania ex arbore prolecta, foris cinereo-nigricans, intus picei coloris, saporis amaricantis, pinguis & oleaginosi, odorisque fragrantis, cæterum Tacamahacæ, Hernandesii & Monardi testimonio, admodum congener.

CARDAMOMUM, semen plantæ arundinaceæ in India Orientali crescentis, Amomo facultate cognatum ac viribus affine, duplex in Officinis habetur: majus nimirum ac minus: majus granum vocatur Paradisi: minus simpliciter ita dictum Officinarum est Cardamomum. Probatur utrumque angulosum, frangenti contumax, mundum

dum, non pulverulentum, ſiccum, acri ſapore linguam vellicans, ac odorum, illud colore puniceum, hoc ſubrubrum; rejectis granulis nigris, rugoſis & exſuccis.

CARPOBALSAMUM non ſuccum è fructu Balſami paratum, ſed ipſum fructum integrum, aut Semen Balſami eſſe, notis omnibus Veterum ſententiæ reſpondens, in quinquennali Orientis itinere obſervavit Excell. D. D. Joan. Veslingius, Profeſſor quondam Patavinus. Illud odore Opobalſamum referre, hyperici ſemini ſive capſulæ ſemen continenti eſſe ſimile, &c. Dioscorides tradidit; quæ in ſemine, quod ad nos quandoque defertur, vera eſſe comperimus, & jam olim quoque Proſp. Alpinus Dial. de Opobalſ. oſtendit. Illud autem, ſi haberi queat, eligendum plenum, vegetum, ponderoſum, ſapore acre, & odore Opobalſami præditum.

CARYOPHYLLI, fructus arboris Indicæ Orient. immaturi, eligantur ſuave fragrantes, non admodum ſtrigoſi & exſucci, ſed oleoſam humiditatem in ſinu plurimam gerentes. Illis ob vetuſtatem inodoris redditis fragrantia reſtituitur, ſi vino, in quo optimi Caryophylli per tempus macerati fuerint, conſpergantur, rurſusque exſiccentur. Verùm hi foris tantùm, nec quidem diu Caryophyllos olent, adquiſititio hoc odore brevi temporis ſpatio pereunte. Fructus arboris prædictæ maturi vocantur ANTHOPHYLLI, prioribus quidem ſimiles, ſed craſſiores & tumidiores.

CASSIA LIGNEA & CINNAMOMUM, cortices exotici, in plurimis conveniunt: Uterque enim eodem modo colligitur, & exſiccatur, & inſulam Ceylon inprimis patriam agnoſcit, diverſarum tamen arborum fœtus, quem & ſaporis diverſitas diſtinguit, & maſticatio, quæ in Caſſia lignea viſciditatem aliquam ori exhibet, ipſaque ſenſim in eo liqueſcit, & conſumitur, cùm Cinnamomum econtra lignoſum quid poſt ſe relinquat. Cæterùm odoratiſſima ſint oportet, ſubrubrum colorem & aromaticam acrimoniam plurimam habentia. Adulterantur corticibus Capparis ac Tamariſci in aqua Cinnamomi maceratis & ſiccatis; veruntamen dolus hic rarus & ſatis carus eſt, faciléque deprehenditur.

CASSIA CARYOPHYLLATA, arboris in India occidentali cortex, (quem deſcribit Guil. Piſo in Mant. arom. cap. 29.) ex rufo ferruginei coloris, ſapore acris & aromaticus, cinnamomeus nonnihil, potiſſimum tamen ad caryophylloidem accedens. Alius etiam hodiernum in uſum hoc ſub nomine venit cortex, CULILAVAN dictus, ex India orientali ad nos delatus; craſſior is eſt priori, & cinnamomum ferè colore refert, aromatico autem ſapore priorem tam bene æmulatur, ut niſi color & craſſities obſtarent, unius ejusdemque arboris ſobolem eſſe credi poſſet; modò patria, collectio &c. differentiam illam non pariant. Hunc ipſum etiam corticem nomine Ligni Carambaccii à celeb. Georg Baglivo in Experim. circa ſaliv. producti, innui, cum mihi conjecturare liberet, ipſe in literis A. 1707. Cal. Januar. Romæ ſcriptis, quod lignoſus hic cortex ab illa Caſſia vix differat, ſe itidem putare, mihi reſcripſerat.

CASSIA FISTULARIS, fructus arboris peregrinæ, probatur communiter Alexandrina, licet in utraque etiam India proveniat, amplis ſiliquis gravis ac ponderoſa, quæ concuſſa granis intus perſtrepentibus ſonum non edat, cortice levi ac purpuraſcente, pulpa intus pingui, ſplendente, ſucculentâ, non ſitu obductâ, multò minùs putri, ſapore prunorum delicato, prædita.

CASTOREUM non eſſe Caſtoris ſeu Fibri teſtes, frequens diſſectio docuit, ſed potiùs peculiare aliquod excrementi genus, quod in Caſtore, animali amphibio, diverſarum mundi plagarum incolâ, colligitur, & ſuis certis à natura ſic elaboratis & conſtitutis folliculis ceu receptaculis, tam in maribus, quàm fœminis ad inguina ſtatim ſub cute ſitis concluditur, eâdem planè ratione, quâ Zibethum & Moſchus in ſui generis animalibus generantur. Probatur optimum, quod odore gravi, valido ſapore, acri amaricante, & oleoſo flaveſcenteque ſucco præditum. Adulteratur frequenter hepate Caſtoris tenuiſſimè inciſo & contuſo, & ſucco Caſtorei oleaginoſo imbuto. Agnoſcitur dolus

dolus tum quòd genuini folliculi ambo ex uno oriantur principio, tum ex consistentia duriori frustisque utplurimum grandioribus, quàm folliculorum illorum naturalis magnitudo admittat, quin & odoris non ea, quæ in sincero, hîc observatur vehementia.

CATECHU, vel rectiùs, CAATCHU, vulgo autem TERRA JAPONICA, succus est inspissatus, quem in Coromandel &c. ex fructibus proceræ cujusdam arboris parvis, duris, succulentis & adstringentibus confici, relationi Nob. D. Joh. Ott. Helbigii in Dec. I. Ephem. Nat. Curios. Ann. X. obs. 194. debemus; eligendus est sapore austeriusculo, amaricante, in dulcorem quendam terminante, & saturatâ rubedine pollens, compactus, ponderosus, parumque heterogenearum particularum, ex massæ in plures partes contusione vel instituta solutione facilè cognoscendarum, permixtum habens. Quo de si plura quis scire desideret, Exc. D. D. Ehrenfr. Hagendornium in libello de Catechu edito abeat.

CHINA CHINÆ, meliùs, Kinkina, cortex arboris Peruanæ, Gannaperide incolis dictæ, non admodum absimilis est Cortici cinnamomeo, colore obscurè rufo ad Sassafras colorem accedens; externe scaber, intus lævis, qui saporis amariusculi & adstringentis, atque odoratus nonnihil in usum est trahendus: quo de, præter alios, Rol. Sturmius in peculiari de ea libello, videri poterit.

CHINÆ RADIX, à planta quadam sarmentosa desumitur, quæ licet in Occidente etiam, nempe Hispania nova & Peru provenire scribatur, ex Oriente tamen, Sinico inprimis regno, nostris Officinis infertur, ubi duplex occurrit, sativa scil. quæ melior, & sylvestris vilior, quæ ad nos indè sola ferè deportatur. Sit crassa & nodosa, gravis, dura, & tuberosa, exteriùs rubra, interiùs minùs colorata, minimè cariosa, cui alioquin vitio admodum est obnoxia.

COFFE, Nucleus est arbusculi, qui Arabiam felicem patriam agnoscit; quibusdam BON dicitur: capsulæ cuidam innascitur corticosæ, facileque in duas partes, intus sulcatas, dividitur. Eligantur albicantes, solidi, qui degustati primo dulcescunt, deinde acredinem lenem post se relinquunt; nigricantes & situ corrupti vitentur.

CONTRAYERVA, sive Drakena, radix nodosa & fibrosa, exteriùs rufescens, interiùs verò albicans, natales in Peruano Americæ regno habens; sit vegeta, non cariosa, saporem habens acrem nonnihil, adstringentem & aromaticum.

COSTUS in Arabia, Syria, ac multis Indiæ orientalis locis, præsertim verò in Guzarate, & circa Amadabar, quæ in desertis sita est, nascitur, qui non specie, sed bonitatis ratione, locique, in quo provenit, diversitate differt, præstantior censetur Dioscoridi Arabicus, candidus, levis, atque eximia odoris suavitate præditus. Illum, qui jam Officinis ex usu est, India nobis transmittit, omnes optimi notas, quas Dioscorides adscribit, habentem. Radix is est, vel esse debet crassa, succulenta, non cariosa, odore aromatica, colore candicans & ferè buxea, sapore acris & amaricans. Costum Officinæ in amarum & dulcem divisêre, sed revera Costus omnis amaricans ut sit oportet, nisi quis respectivè, aut collatione cum amariore seu acriore factâ, id asserere velit: Nos, si quis nostro uti dubitet, in tanta rerum diversitate, ejus loco Zedoariam vel Angelicam rectè substitui posse censemus. Officinis etiam nostris in usu est aliud simplex, Costi nomine insignitum, quem Canellam albam, quia Cinnamomum formâ cannulatâ refert, vocare solent; Cortex videlicet arboris cujusdam Indicæ, inprimis in Insula Jamaica crescens; est cinericii coloris, admodum aromaticus, sapore ad Costum verum accedens, cui etiam substitui quandoque solet; dicitur Cortex Winteranus, cui viribus respondet; cum verum corticem W. rarò in Officinis inveniri, eumque Peryclimeni odorati Magellanici sobolem esse, in Pharmacol. sua, pag. 422. Samuel Dale, aliique monuerint.

CROCUS in Coryco Ciliciæ monte, & Auſtria præſtantiſſimus naſcitur, nec parvi pendendus Gallicus, quem nempe præſtantem Arauſionenſem eſſe tradunt; ſaturatè rufus ſit, odorus, & colore rutilans, qui madefactus protinus copiosè tingat. Adulteratur flore Cnici, pulvere ligni Braſilienſis, ac ſapæ ſublitu, ſed maleficium detegit defruti odor, tum & ipſa adcuratior inſpectio; quæ etiam Cnici flores facilè à genuino diſcernit; quin & Lithargyri, ad pondus ejus cum fraude augendum, admixtio ex pulvere inſidente deprehenditur. Quidam nequiſſimo dolo Crocum aqua perfundunt, & per hanc colorem ab eo extrahunt, eum poſtea liquorem filis, pannis ac tapetibus tingendis adhibent, Crocum rurſus reſiccantes & in hominum fraudem divendentes. Veruntamen Crocus ſic depravatus agnoſcitur, cùm quia marcidus adparet, nec ita plenus, tum quia nec odoris fragrantiâ, nec coloris eminentiâ, aut excellentiâ legitimo ac recenti reſpondet.

CUBEBÆ, fructus racemoſi in Java aliisque Indiæ locis, arbuſculæ, vicinas hederæ modo arbores ſcandentis, piperi nigro, colore, magnitudine & figurâ, niſi quòd tenuem petiolum habeant adnexum, admodum ſimiles. Eliguntur recentes, ponderoſæ, ſaporeque amaricante, acri & aromatico præditæ.

Pro DORONICO Galangam cum Corticum Citri parte nonnulli ſubſtituunt, eò quòd auctorum quorumdam diverſa opinio veneni ſuſpicione id apud pleroſque infame reddiderit; id enim ab aliquibus inter Aconita repoſitum, ac toxicis adnumeratum, proque deleterio paſſim habitum & proclamatum, à Medicamentorum compoſitionibus aliquantiſper exulare coactum fuit. Veruntamen doctiſſimorum, & in re Medica verſatiſſimorum Virorum gravia teſtimonia, quinimò & uſus ipſe Doronici *noſtri vulgaris*, Germanico idiomate Gemſen-Wurtz dicti, innocentiam detexit: quo argumento Collegium noſtrum permotum, quod pro eo Zedoariam quondam ſubſtituebat, Doronicum hoc tanquam poſtliminio revocatum, in medicum uſum readſumpſit. Nobis autem hoc loco nec de Arabum Doronico, quoniam eo caremus, nec de Aconito Pardalianches ſermo eſt: ſed de Germanico illo ac vulgari Doronico noſtratibus hoc nomine cognito. Radicula eſt prædulcis, acrimoniâ carens, rotundiuſcula, interdum quoque oblonga, geniculatis propaginibus ſibi cohærens, folio ferè Cucumeris, verùm minori ac molliori, florem gerens citrinum, Chryſanthemi flori haud abſimilem. Adfertur ad nos ex vicinis Alpibus, in quibus copiosè provenit: radices ipſæ Scorpii figuram nonnunquam repræſentant.

ELEMI ſive Elemni odoratiſſima eſt reſina, inſtar Anethi recenter contuſi; cujus verò arboris ſit lachryma, hactenus incertum fuit, dum Cedri vel Oleæ Æthyopicæ, aut etiam alterius alicujus arboris eſſe, creditum fuit; quam tamen in India Orientali provenire, atque ex ſingulari arbore ſtillare, nunc certiùs conſtat, & hanc Kakuna Ghakà dici ex Labor. Ceylon. D. D. Herm. Nic. Grimmii conſtat. Eligatur ex citrino palleſcens, perquam odora, pura, pellucida, & à pulverum admixtione aliena. Adulteratur reſinâ, ſed fraus odore fit manifeſta.

EUPHORBIUM ab Euphorbo, Jubæ Regis Mauritaniæ Medico, nomen ſortitum, lachryma ex ſauciata arbore Lybica ferulacea educta, ſecundùm Dioſcoridem, lib. 3. cap. 80. Fruticis Malabarici ſuccum eſſe, qui ad nos adfertur, conſtat: conſul. Joh. Raji hiſt. plant. lib. 17. cap. 6. Eligatur purum, tranſlucens, & ex rufo pallidum, in granula Orobi magnitudine concretum, quod levi guſtu os diu accenſum teneat. Adulteratur Sarcocollæ & Gummi Arabici, vel etiam ſanguinis hædini admixtione, ſed guſtus, qui tamen hoc loco, ob linguæ uredinem, difficile experimentum parit, maleficium dijudicat.

GALANGA, quæ quibuſdam Cyperus Babylonicus eſſe putatur, plantæ in India Orientali creſcentis radix nodoſa, & circulis in ſuperficie quaſi geniculis notata; quæ eligenda gravis, rubra, ſapore acerrimo linguam vellicans ac odorata. Duplex eſt, major

in Java & Malabaria, minor in Sinarum regno proveniens. Adulteratur radicibus Cyperi vulgaris repurgatis, & cum pipere in aceto maceratis; deprehenditur fucus abraso cortice. Interior namque pars nec acrimoniam, nec saporem Galangæ obtinet.

GALBANUM plantæ Africanæ ex Ferulacearum genere succus est; de qua vid. Paul Hermannus in Paradis. Batav. pag 163. Laudatur, quod ex multis granulis albis constat, purum, pingue, nec valdè humidum, nec nimis aridum, acri & amaro sapore & gravi odore præditum; nec improbatur, quod adjecti seminis ac ferulæ nonnihil admixtum habet. Adulteratur resina, & Ammoniaco ac Fabæ fresæ pulvere: Sed id cùm notas jam dictas non habeat, facilè à vero dignoscitur.

GRANATI facilè noscuntur, & in ignem projecti colorem non mutant, quod vix ulli Gemmæ coloratæ concessum est; utiles sunt utrique, tàm Bohemici quàm Orientales. Granatos Bohemicos modernos ipsis Orientalibus longè præstantiores esse compertum est: Orientales enim vi fortioris ignis liquescere, & in massam instar vitri alicujus fusilis & colorati coagulari: Bohemicos verò ignem fortissimum sustinere, & in eo neque corolem neque pondus mutare, neque etiam diffluere, sed solidos ex ipsis flammis emergere, observavit & expertus est Vir artis pharmaceuticæ quondam peritissimus, Casparus Welschius, Reipub. hujus Pharmacopœus primarius.

HYACINTHUS adulteratur vitro Saturni. Id autem à vera Gemma pondere & duritie facilè distinguitur: Mollius enim & gravius est vitrum ipsâ verâ Gemmâ.

JALAPA, Convolvuli Americani, Mechoacannæ & Rhabarbari nigri nomine nota radix, in taleolas dissecta ad nos ex Occidentali India defertur; quæ eligenda maximè vegeta, ponderosa & resinosis nigris venis abundans, ac, si frangatur, splendida, externâ facie nigricans, interna rufescens, flammam promtissimè concipiens.

IPECACUANHA, i. e. Radix dysenterica. Quamvis tres hujus radicis dentur differentiæ, nigra nempe, alba & flava; quarum ultima reliquis præstare, alba autem exiguæ virtutis esse dicitur, nigra verò ex America, speciatim Brasilia & Peruvia ad Europœos potissimum defertur, quæ calami scriptorii crassitiem habet, geniculata, plurimis asperisque in superficie circulis aut annulis exasperata, extus fusca, intus grisea, linguam masticata mucilagine quadam quasi investiens, & resinosa adparet. Eligenda est carnosa, compacta, sive cortice densiori & crassiori prædita, substantia gaudens resinosa, & quæ per medium sui tractum fibram aut nervum transmittit, saporis acris, amari, & nauseosi, fibris & appendicibus glabris, utpote evanidis, destituta. Vid Cl. Mich. Bernh. Valentini Disp. 2. Polychrest. exoticorum.

LADANUM maximè probatur odoratum, facile mollescens, resinosum arenularum aliarumque sordium expers, nec squalore obsitum, quale laudabile, in gyros plerunque coagmentatum (massâ uniformi Arabicâ pro viliori reputatâ,) ex Cypro defertur. Ipsam plantam, ex qua Cretenses Ladanum colligere solent, Cysto feminæ ferè similem esse, foliis tamen longioribus præditam, Salviæque proximis, testatur Pr. Alpinus cap. 43. de plant. Ægypt. Pasta ex caprino stercore, admixto Ladano, & pulvere nigro ejus formam æmulatur: Verùm id quia resinosum non est, ideò adulteratum esse deprehenditur.

MALABATRUM, sive ut Indis vocatur Tamalapatra, est folium proceræ arboris in Cambaja alibique in India nascentis, unde etiam Folium Indum dici meruit. Eligitur, quod figurâ ad arboris Citriæ folium accedit, tribus donatum nervis per longitudinem ejus excurrentibus, colore ex pallido virescens, odore, si conteratur, & sapore admodum aromaticum, integrum, læve & nitidum ex una parte, ex altera verò asperum.

MECHOACANA, quæ nonnullis Rhabarbarum album, aliis Scammonium Americanum dicitur, species Bryoniæ exoticæ, in India Occidentali provenientis, eligatur albicans ac recens, ponderosa & insipida; improbatur nigra, cariosa, & valdè candida. Adulteratur radicibus Bryoniæ in taleolas sectis, & ad formam Mechoacanæ resiccatis. Dolus autem deprehenditur, cùm Bryonia substantiam longe laxiorem & leviorem sit nacta.

MOSCHUS animalis Sinensis & Indici succus excrementosus, in certo à natura concesso folliculo collectus, probatur perquam odorus, & tantâ fragrantiâ præditus, ut vel graveolentiam præ se ferat, caput feriat, & odorem latè dispergat: præterea amaricans sit, colore ferrugineus vel subrufus, granularis. Massas fictitias odor remissior à genuino inprimis discernit.

MYRRHA succus arboris Arabicæ, quæ tamen etiam in Insula Java majore copiosè provenit. Laudatur communiter illa, nempe Arabica sive Troglodytica. Sit fragilis, levis, undique concolor, & rubicunda, pura, aliquo modo pellucida, amara, acris, odorata, & quæ confracta ungues sive maculas albas exhibet; inutilis est ponderosa & coloris picei. Adulteratur Gummi macerato in aqua, in qua Myrrha maduerit; sapor tamen & odor dolum aperiunt.

NARDUS seu SPICA INDICA in Orientali India natales habens, odorata sit, haudquaquam cariosa vel pulverulenta, (etenim ei stibium cum aqua aut palmeo vino ponderis causa à fraudulentis inspirari dicitur) cujus spicæ fibrillis longiusculis præditæ, sapore sit subamara & nonnihil acris ac aromatica, colore autem fulva & ad purpureum vergens. Alterum Spicæ genus Celticum in Liguriæ Alpibus, montibus Tirolensibus, aliisque locis natum, sit leve, longam comam & constantem odoris fragrantiam habens. Herbâ quadam simili, quæ ob odoris gravitatem Hirculus dicitur, permixtâ adulteratur: Verùm herba hæc minoribus foliolis magis candicat, atque insuper nec amara est, ut Nardus vera, nec adeò odorata.

OPIUM, Papaveris in Orientalibus plagis collectus est succus: quod, secundùm Dioscoridem, præstantissimum est, si fuerit densum & grave, odoratu soporiferum, gustu amarum, aquâ facilè solubile, læve, candidum, (de quo vid. Exc. Wedelii Opiologia curiosa pag. 20.) neque asperum, neque grumosum, & quod inter colandum non ut cera concrescat, neque si accendatur, atrâ exardeat flammâ; quale Thebaici nomine venire solet. Quibus addere licet colorem ex nigredine rufescentem, & si pulverisetur, instar aloës flavum, aliquem, si frangatur, splendorem, & ab impuritatibus immunitatem. Adulteratur id Meconio, Glaucio, Gummi aut sylvestris Lactucæ succo; verùm id, quod lactucaceo succo corruptum est, exiliter spirat; quod Glaucii admixtionem sensit, in dilutione croci colorem reddit; quod Gummi vitiatum est, nimiùm splendescit; Meconium verò plurimum admistum, sordium multitudo inprimis manifestat.

OPOPANAX gummi ex incisa caule aut summa radice Panacis heracleæ, in Bœotia, Macedonia &c. stillans. Commendatur purissimus, amarus, internè albus, aut subfulvus, foris ad aureum colorem inclinans, lævis si frangatur, pinguis, Galbani instar lentescens, tener, statim in aqua eliquescens, & lactescens, gravique odore præditus. Improbatur niger ac mollis, nec non Ammoniaco aut Cerâ fucatus; dolus agnoscitur ex eo, quòd in aqua digitis fricatus non resolvitur, nec lactescit.

OPOBALSAMUM, quòd Balsamum Syriacum aliàs vocant, in Arabia felice, ex frutice quodam inciso stillat. Quod genuinum esse, indicat odor thuris & terebinthinæ æmulus; sapor subamarus, adstringens & modicè mordens; color, si mediam ætatem attigerit, aureus, vel in senio melleus; lactis ab eo infuso aliqualis coagulatio; & resinosa in panno adhæsio, quem non olei instar intimiùs penetrat, aut maculam inde-

indelebilem adfricat. Et tale Balſamum genuinum in ſufficienti copia hodie haberi poſſe, non eſt dubium; id quod inprimis elegantiſſimus libellus, de eo A. 1644. à Nob. D. D. J. G. Volckamero Noribergæ editus, perſuadere poterit. Cæterùm deferuntur quoque ad nos ex America tria Balſami genera, unum Peruvianum, alterum Tolutanum, tertium de Copaiba dictum. Peruvianum vulgo Indicum nigrum adpellatum, ex inciſo arboris, quam Franc. Hernandez lib. 3. hiſt. nat. Mexic. cap. 11. deſcribit, cortice ſtillans, colore eſt rufo ad nigrum vergente, ſapore acri & amaricante, odoreque fragrantiſſimo. Quamvis noſtras in regiones quod adfertur, ex ramis & truncis arboris per coctionem extrahi Nic. Monardus perhibeat. Tolutanum ex arboris piniformis cortice vulnerato prodiens, colore ex ſpadiceo ad aureum vergente gaudet, mediæ inter liquidum & denſum in principio, poſtea verò ſiccæ conſiſtentiæ, ſaporis non ingrati, atque odoris excellentiſſimi, quod in nucum Indicarum putaminibus in Europam advehitur, noſtris in Officinis Balſami Hiſpanici ſicci nomine inſignitum. Balſamum de Copaiba, ſub Indici albi epitheto notum, quod etiam ad præcedentium differentiam Braſilienſe vocare liceret, cum magna ejus in Braſilia copia ex arborum, quas Georg. Marcgravius in hiſt. plant. lib. 3. cap. 17. & Guilielmus Piſo hiſt. natur. & med. Ind. occid. lib. 4. cap. 4. deſcripſerunt, ad medullam usque inciſis aut terebra perforatis corticibus profluat. Quæ cuncta in Syriaci locum ſubſtitui poſſe, eſt credibile, prioresque duas, inprimis ſecundam ſpeciem, Arabum Balſamo valde cognatas eſſe, ipſe Joh. Veslingius in Opobalſami vindiciis fatetur.

OS è CORDE CERVI, arteriarum in cordis baſi concurſus quibusdam vocatur, & à Venatoribus à Crucis figura Os Crucis dici meretur. Illud in Cervo juniore, ex Renodæi obſervatione, cartilagineum tantùm eſt, in annoſo tandem in oſſeum quid degenerans; quod ſpecifice corroborare cor quamvis dicatur, ut tamen id credamus, nulla cauſa ſubeſt; unde noxam, quàm à conſimilis oſſis è corde bovis deſumti immixtione inferri poſſe, nonnulli timent, nos, hoc reſpectu, haud adeo pertimeſcendum eſſe judicamus, timidulis tamen eapropter Cervinum cornu commendamus.

RHAPONTICUM à RHABARBARO, ſolo (ut quidam volunt) loco, in quo naſcitur, differt; hoc enim ex Meridionali, illud verò Septentrionali plagâ advehi contendunt; adhæc Rhaponticum radice conſtat tenuiori, Rhabarbarum verò craſſiori. Quamvis & alia inter utrumque obſervetur differentia; Rhapontico multò leviorem & rariorem ſubſtantiam, remiſſioremque amaritiem & odorem habente, in maſticatione verò paulò glutinoſiore exiſtente. Unde ſi non unius ejusdemque plantæ radix utrumque fuerit, quandam ſaltem illud hujus ſpeciem eſſe, vix dubitare licet: imò revera ſe hoc ita habere, differentiamque à tempore effoſſionis diverſo dependere, celeberr. D. Georg. Wolffg. Wedelius in Exerc. med. phil. cent. 2. dec. 3. clare ſatis oſtendit, cum æſtate, aut illo tempore, quo viridia folia producit, radix ſucculenta haud exſiſtat, poroſaque ſit ac leviſſima, in hyeme autem ſucco turgeat, ibi Rhaponticum, hîc Rhabarbarum conſtituens; quo de P. Mich. Boymius in Flor. Sin. Lit. S. conſuli poteſt, cujus figuras ab eodem delineatas, ſi cum illa Rhapontici Alpiniana conferre libeat, revera magnam inter utramque plantam eſſe differentiam, facilè unicuique patebit. Optimum habetur Rhaponticum, quod teredines non ſenſit, rubeſcens, & quod dentibus contritum cum remiſſa adſtrictione lenteſcit. Rhabarbarum ponderoſum ſit, aureis ac rufis venulis præditum, amaricans & adſtringens, odoratum, & quod madefactum croceo colore manum fricantis tingat; duplex illud apud nos circumfertur: unum Moſcoviticum, quod obſcuriùs flaveſcit & vilius cenſetur, alterum Orientale, ex regno Sinico deſumptum, flavo magis colore & præſtantioribus viribus inſignitum. Genuinam autem creditam Rhapontici deſcriptionem & figuram Cl. Profper. Alpinus ſingulari libello expreſſiſſe videtur, cujus plantam ab Exc. Viro,

Francisco Crasso Rhagusino sibi dono datam, multis in horto suo annis aluit; quam etiam apud nos Augustæ, tum & alibi passim in hortis nunc provenire scimus. Nascitur alioquin, ceu in patrio loco, Rhaponticum in Scythia ac Thracia juxta montes Rhodopæos, videturque inter Hippolapathi latifolii genera reponendum: cujus naturam æmulatur ea Lapathi species, quam vulgus herbariorum Rhabarbarum Monachorum hucusque nominare consuevit.

SAGAPENUM, Gummi, quod Officinis Serapinum dicitut, ex Media, juxta Dioscoridem l. 3. c. 79. ubi è planta quadam ferulacea manat, ortum ducit. Laudatur purissimum, translucidum, colore foris fulvo, intus albido, sapore acri & subamaro, odore gravi, porrumque æmulante, & inter digitos lentescens. Adulteratum haud facilè liquescit, verum autem protinus vino dissolvitur.

SANDALA omnia, citrinum sive pallidum, album, & rubrum, ex India Orientali ad nos convehuntur; quæ inter citrino primus ob præstantiam locus conceditur; cui tamen substitui posse album, judicatur. Eligendum id suaviter fragrans, magnam habens medullam, utpote odoris gratiâ præcipuâ nobilitatam, grave & nodosum; nec ligno cedrino odoratiore adulteratum. Rubrum Brasiliensi ligno permisto corrumpitur, fucus autem ex hoc patefit, quòd Sandalum rubrum nec dulce sit, nec ita inficiat; quæ notæ in Brasiliensi deprehenduntur. Vide Garciam ab Horto l. 1. cap. 17. Officinis etiam nostris usuale est LIGNUM dictum NEPHRITICUM, ex frutice arborescente Mexicano & Novæ Hispaniæ desumptum; quod Sandalum cœruleum vocari quibusdam solet, cùm aquam colore hoc inficiat; cujus genuitatem ex eo ipso, quem aquæ infundit, colore, pro varia tamen radiorum lucis immissione vario adparente, facilè dignoscere licet.

SANGUIS DRACONIS succus est instar sanguinis exsiccati, ex arbore Peruviana &c. stillans, sive ille sit purissimus, foliis arboreis involutus, in forma granorum pyramidalium, (qui sanguis Draconis in lachryma dicitur,) sive alia grandiori, in panes seu massas majores coactus. Hic succus omnis saporis & odoris expers, contritus in pulverem, colorem præbet eleganter rubentem, instar Cinnabaris, unde etiam quibusdam Cinnabaris Indica, & vegetabilis dicitur; non dissolvitur in Aqua, neque in Oleo, sed in Spiritu vini. Adulteratus econtra in aqua liquescit, saporem habet adstringentem, pulveris formam difficulter admittit, quæ omnia fraudem facilè detegunt.

SARCOCOLLA, lachryma arboris in Persia nascentis, eligatur integra (cùm in pulverem redacta adulterii suspecta magis evadat,) subtili thuri similis, porosa & facilè in aqua solubilis; quæ colore ad albedinem accedit, cum tempore magis rubescens, saporeque acrimoniam quandam & amarorem exhibens.

SCAMMONIUM, succus plantæ Syriacæ cognominis Scammoneæ, ex Convolvulorum genere lactariæ, laudatur optimum Antiochenum & Armenum. Expetitur nitidum, splendidum, clarum, spongiosum, citò liquescens, friabile, non valdè ponderosum, salivâ vel aquâ madefactum lactescens, linguam non exurens, nec tetro odore infectum. Adulteratur Tithymali lacte, sed tunc linguam nimis valenter adficit.

SCHOENANTHUM ipso nomine, quid sit, indicat, Juncum floridum innuente, qui Juncus odoratus ex Arabia felici advehitur, & præter flores, ipsos etiam stipites, odore & sapore floribus similes, usui nostro largitur. Flores hi eligendi sunt odore & sapore aromatico se commendantes, colore ex pallido rubentes, pulvere, festucis, aliisque quisquiliis non permixti; qualem etiam odorem & saporem in stipitibus requirimus.

SENA duplex haberi solet: tum Orientalis, id est, Syriaca & Ægyptiaca, sive Alexandrina, tum Europæa, Italica nempe & Gallica. Illa acuminata, hæc obtusiora magis habet folia. Præfertur Orientalis, modò reliquas præstantiæ notas possideat.

Eli-

Eligatur itaque viridis, probé ſiccata, integra, non nimiùm contrita, non maculoſa, nec teredine attrita, vel ſtipitum folliculorumque nimiâ admixtione, aut etiam Coluteæ foliolis fraudata.

SMARAGDUS & SAPHYRUS vitris colorem eorundem repræſentantibus adulterantur, proinde in iis coëmendis circumſpectos Pharmacopœos eſſe oportet. Probantur aliàs, qui in ignem conjecti flammam non edunt.

STYRAX CALAMITA, ſuccus reſinoſus ex inciſo cortice arboris cujusdam prodiens, ſic nuncupatur, quòd olim cannarum calamis, elegantiæ & fragrantiæ conſervandæ causâ, è Pamphylia teſte Galeno lib. 1. de antid. cap. 14. ferebatur, nunc Storax Officinis dicitur, qui optimus ex Cypro, Sidone & Piſidia adportatur. Probatur purus, pinguis & reſinoſus, ex flavo rubeſcens, intus fragmentis albicantibus, odore jucundo, penetrante, ac perſeverante dotatus. Rejiciendus furfuroſus, aut aliis ſordibus inquinatus, ſitu obductus, niger, & inodorus, utpote depravatus; qualem quoque mentiuntur magmata, facilè tamen diſcernenda, ex ligni ſcobe, quam vermiculi erodentes excuſſerint, Melle, Ireos ſedimento, cerâ, aut adipe odorato cum Styrace confecta.

STYRAX LIQUIDUS, ſuccus reſinoſus coloris ex fuſco rubentis, inſtar Balſami craſſus, ſapore acriuſculus, ſtyracini odoris aliquid continens; de cujus ortu diverſæ Authorum ſunt ſententiæ; verùm, quæ eſt Samuelis Dale Deciſio in Pharmacolog. parte 2. pag. 427. omnino factitia res eſt, de qua à Pharmacopolis variis Londinenſibus certiorem ſe eſſe factum, teſtatur. Datur etiam STYRAX RUBER, in hoc ipſo Diſpenſatorio etiam ſemel iterumque præſcriptus; de quo non minor paſſim eſt diſſenſus: prout corticem arboris ſtyraciferæ, aut alterius alicujus arboris eſſe nonnullis videtur, THYMIAMA communiter dictum; maſſam nempe informem, ex India ad nos delatam, friabilem, atro-purpuream, odoratam; qua tamen æquiſſimo animo nos carere poſſe, non immerito noſter Welſchius hecatoſt. 1. obſ. phyſ. med. 61. ſtatuit. Auguſtanis meis Styracem optimum & ſelectiſſimum, vel grana Styracis hoc nomine olim veniſſe, ex Trochiſcorum alyptæ moſchatæ recenſione, in antiquioribus Pharmacopœiæ hujus editionibus pateſcit.

TACAMAHACA, quam Franc. Hernandez lib. 3. cap. 16. Hiſt. nat. Mexic. Tecomachacam vocat, reſina eſt arboris cujusdam Populo ſimilis, in nova Hiſpania, colore partim rutilo, partim flavo pallidiore, veluti ex unguibus albis, inſtar Gummi ammoniaci compacta, ſapore amaricante aromatico, odore fragranti prædita; quam puram, & corticibus aliisque heterogeneis rebus non permixtam eligere convenit.

TAMARINDI ſunt fructus ſiliquoſi arboris tum in Or. Indiæ pluribus locis, tum Arabia felice, atque Æthyopia, partim & Ægypto naſcentis. Eligendi recentes, ex nigro rufeſcentes, teneri, multis villis intertexti, ſucculenti, & acido-vinoſi. Adulterantur Prunis, attamen hi non ut legitimi ſplendent, nec tantam, aut tam gratam aciditatem ſapori referunt, cùm præterea prunorum nuclei à Tamarindorum ſeminibus longè ſint diverſi.

TERRA LEMNIA ac SIGILLATA, itemque BOLUS ARMENA variâ terrarum aliarum, maximè verò lentarum ac limoſarum admixtione polluuntur, adeò ut fraus quandoque deprehendi vix poſſe videatur. Probantur tamen, ſi unctuoſæ fuerint, præpingues ac leves, quæ linguæ promtè adhæreant, & in ore detentæ è ſevo quaſi conſtare videantur, nullam vel minimam arenoſæ alicujus ſubſtantiæ notam, vel ſuſpicionem poſt ſe relinquentes. Vera Sphragis ex Lemno olim petebatur, nunc Turcarum Imperatoris ſigillo varios characteres habente notatæ tabulæ cinerei, rubicundi, imò diverſi coloris Conſtantinopoli ad nos, de genuina admodum incertos, devehuntur. Bolus Armena ex Armenia quondam adferebatur, quam Medici Boli Orientalis nomine dotarunt, in qua hæ notæ requiruntur, ut pura ſit ac ſincera, nihil arenæ continens, man-

manducata verò butyri modo liquescat, gustui manifestam adstrictionem post se relinquens, ac quæ promtissimè admixto liquore in summum lævorem solvatur. Sunt & aliæ Terræ his viribus ferè affines, quas Veteres probavêre, inter quas Samia, Chia, Selinusa, Cimolia, Eretria, Rubrica Synopica ex Synope Cappadociæ urbe delata, Ochra, Attica, Pnigitis, Alana seu Tripolis, & aliæ ejusmodi: nostro porrò tempore præter Insulam Ceylonicam, Malabariam, Italiam, Bohemiam aliaque loca, Melitea inprimis Insula decantatam illam S. Pauli Terram præbet, Lemniæ vires habentem, & Silesia usitatissimam Terram Sigillatam, Turcicâ haud inferiorem nobis suppeditat.

THEE sunt folia fruticis in regno Sinico & Japonico crescentis, quibus diversa magnitudo diversum imponere pretium solet, minoribus, ut melioribus, majori pretio venientibus. Eligenda, quæ sunt fœni recentis instar odorata, viridia, non nigra, aut situ corrupta, cum quadam amaritie adstringentia, & aquæ imposita figuram oblongam, acuminatam & in ambitu crenatam exhibentia, inque plumbeis stanneisve pyxidulis conservata & adportata.

THUS, lachrymam, quam arbuscula quædam incisa fundit, Saba, Arabiæ felicis provincia suppeditat. Eligendum esse censent, quod vocant masculum, id est, purissimum, pellucidum, guttarum formam referens, odore nativo fragrantissimum, colore ad albedinem proximè accedens, & in grana majora condensatum. Gummi & Pineâ resinâ depravatur; ignis maleficium monstrat, nam Gummi flammam non edit, Resina verò fumat, Thus statim ardet ac odorem præbet gratum. Ejus cortex aliis corticibus resinosis adulteratur, sed Thuris cortex ardet, & jucundum effumat spiritum, reliquis corticibus ardentibus quidem, sed sine odore tali fumantibus.

TURBITH, radix Convolvuli Indici, plantæ lactiferæ, ex Cambaja aliisque Indiæ locis ad nos deveniens, mediocriter ponderosum sit, subalbidum, aut cineritium, recens, ac fractu facile, non cariosum aut pulverulentum, intus resinosum, saporis primò subdulcis, postmodum pungitivi. Adulteratur Gummi dissoluto, radicibus aliis illito: verum hæc resinositas non extrinsecus tantùm, sed in fractæ radicis etiam substantia requiritur.

UNICORNU maximi cujusdam piscis è Cetorum genere, in Mari Grönlandico oberrantis, quem Islandi Narhval nominant, dens è superiori maxilla prodiens, olim ob maximam raritatem magno in pretio habitum, nunc crebrioribus in Grönlandiam navigationibus ejusdem pretium cum raritate imminuentibus. Eligitur durissimum & grave, exteriùs albidum, si recens, aut si annosius, ad modum aliorum: Elephantis, Apri, &c. dentium flavescens, intus album, cavum, externè striis multis majoribus minoribusque per totam longitudinem intortum &. convolutum, ipsis quidem harum protuberantiis lævitate, sulcis autem intermediis asperitate præditis. Habetur & aliud UNICORNU, colore & quandoque figurâ modò dictum aliquo modo referens, quod FOSSILE, aut etiam ebur, vel Spodium fossile vocant, inter Margæ species relatum, & variis in Germaniæ locis, aliquando etiam circa Urbem nostram in terra argillave inventum, variarum partium & ossium animalium, cornuum, dentium &c. formâ conspicuum; exteriùs utplurimum durum, interne molle, album, friabile, cæterùm linguæ adhærens deprehenditur.

ZIBETHUM animalis cujusdam, quod Hyænis nonnulli adnumerant, & in utraque India invenitur, excrementum pingue & unctuosum, in certis à Natura circa inguina ei concessis glandulosis folliculis collectum. Quod Butyri mollioris consistentiam habere, coloris subpallidi esse, (quem tamen ætas in flavedinem magis immutat,) & odorem fortissimum, omnino tetrum spirare debet, cum aliis tamen permixtum eximiâ suavitate commendabilem. Insuper si papyro adfrictum, sine corpore remanente

totum

totum sit solubile, aut vasi, in quo aqua bullit, infusum aquæ supernatet, heterogeneis nullis partibus fundum petentibus, bonum itidem æstimari solet; odore tamen omnium optimè sinceritatem confirmare apto.

CAPUT TERTIUM.

De Collectione Medicamentorum Simplicium.



Ametsi in peregrinis Medicamentis certum collectionis tempus sciri nequeat, eorum tamen color, sapor, odor, ac species judicium nostrum subeunt, ex quibus omnibus ac singulis collectionis debito modo & tempore factæ notas desumere possumus. Ea porrò, quæ nostris terris innascuntur, tùm demum colligere ac in usum medicum congerere oportet, cùm maximè vigent aut matura sunt, vel ad propriæ virtutis perfectionem plus magis accedunt. Sic media cujusque plantæ ætas, cùm jam florem emittere cœpit, collectioni quam maximè est opportuna; tùm enim folia magnitudinem suam, colorem, odoremque sunt adepta, ea præsertim quæ cacumini propinquiora nascuntur. Flores decerpendi sunt quandoque, dum adhuc in gemmis versantur; cæterùm antequam marcescant, aut spontè decidant; Semina, cùm siccari cœperint, & antequam excidant: Fructus, ubi maturuerint, nisi specialior intentio immaturos requisiverit. Succi è plantarum tenerioribus foliis ac germinantibus cauliculis exprimendi. Radices quædam licet quovis ferè anni tempore, excepta hyeme, effodi possint, utpote Liquiritiæ, Acetosæ, Buglossi, Apii, Rusci, Althææ, Cyclaminis, &c. hæ enim semper vegetæ sunt ac succulentæ, etiamsi caulis abfuerit vel aruerit; potissimum tamen evellendæ, antequam in stolones vis plantæ abeat, sicque vernali inprimis tempore; nonnullis etiam astrorum observatio necessaria esse putatur, unde Pæoniæ radices ad epilepticos insultus reprimendos decrescente Lunâ legendas esse docemur. Eligantur autem radices plenæ vel succulentæ, integræ, non strigosæ, exsuccæ, tenues aut rugosæ, hæ quamprimùm laventur & à fibrillis adnatis, si evanidæ fuerint, repurgentur, atque insuper pro sui conditione resiccentur: aliæ enim integræ siccantur, ut Gentiana, Satyrium, Hermodactylus: aliæ in taleolas dissectæ, ut Iris, Bryonia &c. aliæ denique, exemptâ matrice lignosâ vel corde, torrefiunt, utpote Petroselini, Apii, & Fœniculi radices. Siccandæ autem sunt non modò herbæ, verùm etiam radices in furno moderate calido, aut etiam in loco sublimi perflabili, non pulverulento aut fumoso, sed puro, sicco, umbroso, ad Septentrionem vel Ortum spectante, atque hæ præsertim, si austrina tempestas, aut cœlum nubilum fuerit, sæpius versandæ, ne mucosæ fiant aut putridæ, maximè verò eæ quæ plurimum succi habent, aut crassæ existunt. Sed & locus, si fieri queat, unde plantæ leguntur, considerandus, etenim calidæ ex calidis regionibus, ac editis, & siccis locis petendæ; sic Galenus Cretæ montes hoc casu præ cæteris prætulit: frigidiores econtra ex locis suæ conditioni & naturæ adcommodis, utpote umbrosis, opacis, ac palustribus petantur.

CAPUT QUARTUM.

De repoſitione, atque adſervatione Medicamentorum cùm Simplicium, tùm Compoſitorum.



Ecta ſic ritè Simplicia, & quæ ex iis ſub variis formis parata ſunt Compoſita, debito modo reponi ac cuſtodiri omnino poſtulant, ne vel ſitum contrahant, vel ranceſcant, putreſcant, teredine conſumantur, aceſcant, aut aliter corrumpantur. Solent autem herbæ, radices ac flores, præſertim odoratiores, in mundis arculis, maximè verò tiliaceis commodè adſervari, loco ſicco; licet radices nonnullæ craſſiores trajecto filo, libero aëri ſuſpenſæ exponantur. Semina chartæ involuta in vitreatis vaſculis vel pyxidibus ligneis rectè ſervantur. Succi, Liquores, & Aquæ ſtillatitiæ in vitris, aut vitreatis vaſis depurantur ac detinentur: ſunt autem ſucci prius defæcandi & dein vitris anguſti orificii indendi, ſuperfuſo Oleo Amygdalino, aut Oleo Olivarum puriſſimo, ne aër ſubintrans ſuccos corrumpat; eodemque modo Vinum Ribium, Cydoniorum, Granatorum, Berberumque adſervari ac in annum unum pluresque ſollicitâ curâ cuſtodiri vel poteſt, vel debet. Syrupi etiam ex ſuccis vel liquoribus jam dictis percocti, aut aliter quoque parati, itidem in vitreis, & teſtaceis ac figulinis vaſis vitreâ cruſtâ obductis, perennant, præſertim verò qui per ſe acidi ſunt, vel alioquin acetum recipiunt, cujusmodi ſunt Syrupi de Limonibus, Granatis, Pomis, Aurantiis, Ceraſis, Agreſta, Cydoniis, Berberibus, ſucco Acetoſæ, Lujulæ, itemque Oxyſacchara & Oxymelita, ac conſimilia; quæ etiam in vaſis figulinis vitreatis, aut lapideis (ut Meſue vult) coqui, ac deſpumari debere præcipimus, cum alioquin depravato ſapore nativo, æruginem ſtatim ſapiant, ac coloris quoque amittant gratiam: aciditas enim quævis ex lebetibus è cupro & aurichalco confectis, vel pyxidibus aut thecis ex ſtanno paratis, mineralem quandam noxam prolicit, ventriculo abominabilem & adverſam, ac proinde vomitus, ſtomachi ſubverſiones, & deteriora nonnulla valetudinis nocumenta inducentem. Quod etiam de Aquis ſtillatitiis notandum, quæ in vitreis magis organis quàm ſtanneis aut plumbeis, vel æreis exſtillari, ac vitreis vaſculis concluſæ, loco frigidiusculo aptè foveri debent. Cortices autem, Gummi, Animalia, eorundemque partes, Trochiſci, & Collyria arida, in pyxidibus ligneis commodè reponuntur. Loco verò ſicco Tabulæ, Orbiculi, Confectiones ſolidæ, & ea, quæ ſaccharo obducta ſunt, cuſtodiuntur. Linimenta & Unguenta partim figulinis, partim ſtanneis pyxidibus concluſa tenentur. Species aromaticæ coriaceis ſacculis probè conſutis, vel potiùs in vitreis aut eburneis vaſculis rectè in uſum haud evanidæ ſervantur. Condita, Conſervæ, Electuaria, Linctus & Lohoch figulina magis, quàm ſtannea vaſa expetunt, licet & in iis non incommodè ſervari queant. Olea denique quævis, cocturâ, expreſſione, inſolatione, vel infuſione parata, in vitreatis ſimiliter aut ſtanneis thecis reponi poſtulant, prout ea, quæ deſtillata ſunt, in vitris anguſti orificii, quæ arctè obligari & ab effluvio ac exſpiratione promtè cuſtodiri queunt, in annos adſervantur. Pilulæ porrò, Cerata & Emplaſtra veſicâ & chartâ, quæ liquatam ceram imbiberit, obvolvi, atque ſic arculis vel pyxidibus ſiccis concluſæ teneri poſſunt.

CAPUT

CAPUT QUINTUM.

De Medicamentorum quorumlibet duratione.



Um ſua ſit cuique medicamento ætas, unumque alio citiùs & adoleſcat & exoleſcat, ideo certum ac definitum durationis medicamentorum tempus ſtatui in genere non poteſt, ſed ſunt ea pro cujusque temperatura ac conditione moderanda, præcipuè cùm & ſpecialior determinatio perſæpe vacillare deprehendatur. Quò tamen ad id, quod utplurimum ita ſe habet, reſpiciendo, aliquid, tum aliorum ad exemplum, tum noſtrorum Anteceſſorum methodum ſecuti, proferamus, animadvertimus, nonnulla vix annuum ſpacium attingere, prout ſunt flores, qui eò rectiùs in medicum uſum cooptantur, quò recentiores fuerint: alia ætatem adepta perfectionem ſuſcipere, cujusmodi eſſe creditur Euphorbium, ut quod recens nimis cauſticum eſſe, cum tempore autem miteſcere putant, vel potiùs virium partem amittit; quædam ſolidam ſubſtantiam & probam omninò qualitatum temperiem nacta, diu perſiſtere integra, quod de Cypero, Ariſtolochiâ, Ruſco, Centaurio majore, Veratro, Chamæleone nigro, ac Elaterio Theophraſtus & alii referunt. Communiter tamen herbas, flores, ac ſemina, præſertim frigida minora, itemque radices tenuiores quotannis mutari convenit; ſemina tamen calida, acria, aromatica, nec non radices craſſiores aut denſæ per duos tresve annos ſalvis viribus perdurare poſſunt, prout & fructus quidam exotici duriori cortice aut cruſtâ veſtiti, ut Myrobalani, Nux Indica, Nux vomica, &c. Syrupi ſimplices, Mella & Rob ſingulis annis commutantur. Compoſiti verò Syrupi, præſertim autem aromatici ad biennium valere creduntur. Conſervæ & Lohoch, maximè quæ Amygdala, Pineas nuces, & ſemina frigida rancori obnoxia in ſui conſtitutionem admittunt, vix ultra annum durant. Condita verò pleraque, præcipuè autem cortices, duos, tres, ac plures annos ſine facultatis violatione perſiſtere poſſunt. Aquæ deſtillatæ exoptantur in ſingulos annos recentes, exceptis quibusdam aromaticis, quorum aliquæ ultra annum durant. Trochiſci, præter eos, qui ſemina facilè ranceſcentia recipiunt, Sief, & Pilulæ, duriori compagine concinnata cùm ſint, ac ob vim quoque Aloës corruptelæ obſtantem, ad duos, aut tres annos pertingunt. Opiatæ compoſitiones pleræque usque ad ſexennium, imò ad decennium, Theriaca verò ac Mithridatium usque ad triginta annos in ſua bonitate perſiſtunt; Unguentis, Ceratis ac Emplaſtris vix ad ſesquiannum durantibus. Inter Olea Amygdalinum, aut ex Nucibus Pineis confectum, intus præſertim ſumenda ſi fuerint, vix ultra duos, aut ad ſummum tres menſes, ſine rancoris nota ſervantur, frigida verò Olea anni unius decurſum obeunt, calidiora autem & aromatica Olea duos, tres, vel plures etiam annos vires ſuas retinent, præſertim deſtillata. Electuaria lenitiva intra annum ferè imbecilliora evadunt, cum ſolutivorum virtus ad ſesquienninm perduret. Hieræ autem & amara Electuaria ad duos annos pertingunt. Species Aromaticæ ſingulis annis, vel ſesquiennali periodo renovari poſtulant. Animalia vero eorundemque partes, quamdiu incorruptæ ſervantur, vegetas vires obtinere creduntur. Id quod etiam de omnibus jam memoratis, cæterisque Simplicibus & Compoſitis æquè intelligendum volumus; cùm eorum quædam citiùs, alia tardiùs ad præfatos corruptionis terminos pertingere certum ſit, ſi vel negligentiùs, vel majori cum ſtudio præparata, atque repoſita fuerint. Inprimis vero negandum non eſt, aëris excluſionem, qui motu ſuo medicamentorum balſamicas particulas agitando, ſecum abducendo, vel

etiam humidas alienas immittendo, corruptionem accelerare poteſt, hîc plurimum valere, quo nempe excluſo, quin propoſita durationis tempora à multis medicamentis ſuperari, eaque longè diutius perdurare queant, nullum eſt dubium. Ne tamen hîc quisquam ſibi nimiùm blandiri aut ſeipſum decipere queat, exoletum nempè viribusve imminutum quid, vegetum adhuc perſiſtere, aut viciſſim, arbitrando, color inprimis, odor, ſapor, aliæque qualitates, cum recentibus diligenter collatæ, pharmacorum peritum edocere facilè poterunt.

CAPUT SEXTUM.

De Simplicibus abſolutè ſcriptis.

Venit ſæpiſſimè, ut in præſcribendis Medicamentorum formulis ſimplex aliquod ponatur à Practicis ſolo nomine, absque ſexus, loci, magnitudinis, formæ, coloris, delectus, aut propriæ partis alicujus determinatione comprehenſum; unde dubium oritur: ſitne radix, an ſemen, vel folia, aut flores, hujus vel illius plantæ ibidem nominatæ, aut ſimplex aliquod aliud ſub diverſis formis ac qualitatibus in Officinis proſtans, idque album vel nigrum, amarum vel dulce recipiendum. Pro cujus rei notitia ſciendum, in unoquoque Medicamenti genere illud adſumi ſemper debere, quod eſt optimum, ut, ſi v. g. ſcribatur Benzoinum, ſumatur amygdaloides, quod eſt optimum, ſi Aloë occurrat ſimpliciter ſcripta, intelligatur Socotrina, ſin Sandalum, capiatur citrinum, utpote odoratiſſimum, ſi Tamariſcus, ſumatur Cortex ejus. Sunt autem plantæ non paucæ, quarum ſola in uſum Medicum folia cooptantur: aliæ ob flores duntaxat expetuntur; nonnullarum radix: prout in quibusdam ſemen tantùm cæteris totius ſtirpis partibus præfertur. Quædam patriâ nativitate gaudent, ac à ſolo ſeu regione, unde ortum duxère, famam ſortiuntur: alia ſexu æſtimantur, pleraque verò qualitatibus aliis, quarum hæ in hoc, aliæ in alio deſiderari conſueverunt, ſua pro dignitate diſtinguuntur.

ITAQUE SI SIMPLICITER OCCURRAT:

Abſinthium,	Sumatur	Ponticum.
Acetum,		Ex Vino.
Agaricum,		Album & fœmineum.
Agnus caſtus,		Semen ejusdem.
Aloë,		Socotrina.
Alumen,		Sciſſile.
Amomum,		Racemoſum.
Ammi,		Æthyopicum.
Ariſtolochia,		Rotunda.
Balſamum,		Opobalſamum, vel ejus ſuccedaneum.
Bryonia,		Alba.
Calamintha,		Montana.
Capparis,		Cortex radicis.

Carda-

Cardamomum,		Minus.
Centaurium,		Minus.
Cichorium,		Sativum.
Corallium,		Rubrum.
Coſtus,		Amarus.
Cupreſſus,		Conus ejusdem in adſtringentibus, folia aut lignum in diureticis.
Daucus,		Semen Dauci Cretici.
Dictamnus,		Cretenſis.
Eruca,		Sylveſtris.
Gummi,		Arabicum.
Granatum pom.		Acidum.
Helleborus,		Niger.
Hepatica,		Lichen.
Hyoſcyamus,		Albus.
Hyſſopus,		Montana.
Iris,		Illyrica, vel Florentina.
Lilium,		Album.
Marrubium,		Album.
Medulla,		Cervina, vel, ſi deſit, Vitulina.
Mentha,		Rubra & hortenſis vera.
Nymphæa,		Alba.
Oleum,	Sumatur	Olivarum.
Opium,		Thebaicum, i. e. ſelectius optimum.
Paſſulæ,		Minores, Corinthiacæ dictæ.
Papaver,		Album.
Pœonia,		Maris ſemen, aut radix.
Petroſelinum,		Macedonicum.
Piper,		Album.
Pix,		Liquida in ſuppurantibus, ſicca in glutinantibus.
Plantago,		Major.
Polypodium,		Quernum.
Prunum,		Damaſcenum, vel Hungaricum,
Reſina,		Larigna aut Terebinthina.
Rhus,		Cortex fructûs Sumach.
Roſa,		Rubra.
Sandalum,		Citrinum.
Scordium,		Creticum.
Scorzonera,		Sativa.
Spica,		Indica.
Stœchas,		Flos Stœchados Arabicæ.
Styrax,		Calamita.
Sulphur,		Vivum.
Thymus,		Creticus.
Veronica,		Mas.
Viola,		Nigra, ſeu cœrulea.

Nosse quoque Pharmacopœos oportet, plura quandoque Simplicia uno titulo simul comprehendi, utpote cum scribitur: Accipe quinque herbarum emollientium, singularum manipulum, sumantur sequentes, nempe

Quinque herbæ emollientes	Malva, Althæa, Violaria, Mercurialis, Parietaria.

His alii Brancam Ursinam, Betam & Atriplicem adscribunt.

Quatuor semina calida majora	Anisi, Fœniculi, Carvi, Cumini.
Quatuor semina calida minora	Ammeos, Amomi, Apii, Dauci.
Quatuor semina frigida majora	Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Melonum.
Quatuor semina frigida minora	Endiviæ, Scariolæ, Lactucæ, Portulacæ.
Quinque radices aperientes majores	Apii, Fœniculi, Asparagi, Petroselini, Rusci.
Quinque radices aperientes minores	Graminis, Rubiæ, Eryngii, Capparis, Ononidis.
Quinque genera Myrobalanorum	Citrinæ, seu flavæ, Chebulæ, seu Cepulæ, Indæ, seu nigræ, Emblicæ, Belliricæ.
Quatuor flores cordiales	Boraginis, Buglossi, Rosarum, Violarum.

Fragmen-

Fragmenta quinque lapidum pretiosorum	Saphiri, Granati, Smaragdi, Hyacinthi, Sardæ, seu Carneoli.
Quinque herbæ capillares	Adiantum nigrum, seu Capillus Veneris, Adiantum album, seu Ruta muraria, Polytrichon aureum, Trichomanes, Asplenium, seu Ceterach,
Quatuor Aquæ pleuriticæ	Cardui B. Mariæ, Taraxaci, Cardui benedicti, Scabiosæ.
Tria Olea stomachica	Absinthii, Cydoniorum, Mastichinum.
Quatuor Unguenta calida	Arêgon, Martiati, Althææ, Agrippæ,
Quatuor Unguenta frigida	Album Camphoratum, Rosatum Mesues, Populeum, Infrigidans Galeni.

Hæc autem omnia ac singula à Pharmacopœis ad amussim tenenda sunt, ne in his error obtingat, qui vel Medici intentionem præpediat, vel ægro damnum adferat; cum adprimè cavendum sit, ne quis ab ea arte, quæ omnibus benefacit, per operarii eam tractantis, aut exercentis, vel inscitiam vel incuriam, lædatur.

CAPUT SEPTIMUM.

De Succedaneis quorundam Medicamentorum.


EVenit persæpe, ut in tanta tàm diversorum Medicamentorum farragine, simplex aliquod medicamentum desideretur, vel quia id omnino deest, ac comparari vix potest; vel quia vis ejus ob loci, unde id peti debet, distantiam, & itineris prolixam moram, exoletum utplurimum ad nos devehitur, ac viribus expers; vel quia de ejus ortu, an nimirum legitimum id sit vel spurium, adhuc dubitatur; unde ne ægri suo commodo priventur, aliud quodpiam viribus

viribus æquipollens huic ſubſtituendum, quod ejus defectum ſimili temperaturâ ac facultate reſarciat. Talia ſubrogata medicamenta Græcis *αντιϐαλλόμενα* dicta, Latinis Succedanea & Subſtituta, Officinis verò (licet ſatis barbarè) Quid pro Quo, vocari conſueverunt. In iis autem deligendis, utpote quidnam cuique commodè ſubrogari queat, cùm non niſi peritiſſimi Medici, minimè verò Pharmacopœi judicare ac decernere poſſint ac debeant, idcirco præcipua eorum complexi, hæc ipſa in ſeriem Alphabeticam ſic digeſſimus, ut è dextro ſubjecti Catalogi latere vera & legitima, ex ſiniſtra verò ſuccedanea ſeu *αντιϐαλλόμενα* promte conſpicerentur.

ITAQUE PRO

Acacia,		Hypociſtis, aut ſuccus Prunorum ſylveſtrium.
Acantho,		Malva.
Ammi,		Aniſum.
Amomo,		Cardamomum vel ſemen Citri, ac Hyperici, æquali pondere.
Ammoniaco,		Galbanum.
Amygdalis amaris,		Nuclei Perſicorum.
Ariſtolochia rotunda,		Longa vel Piſtolochia.
Aſpalatho,		Lignum Aloës.
Balauſtio,		Malicorium.
Cardamomo,		Cyperus.
Carpobalſamo,		Cubebæ.
Caſſia lignea,		Cinnamomum optimum.
Citri ſucco,		Succus Limonum.
Coſto,		Zedoaria, vel Angelica.
Dictamno,		Scordium.
Doronico,	Subſtit.	Galanga cum corticum Citri parte, vel Zedoaria.
Folio,		Macis & Cyperi partes æquales.
Galbano,		Sagapenum.
Herba Paris,		Umbilicus Veneris, aut Sedum minus.
Lapide Armeno,		Lapis Lazuli.
Mandragora,		Hyoſcyamus, Solanum, Papaver.
Meo,		Angelica, aut Oſtrutium.
Oeſypo,		Medulla cruris vituli.
Opobalſamo,		Oleum Nucis moſchatæ; vel etiam Balſamum Tolutanum, aut Peruvianum, vel quod de Copaiba vocatur.
Opopanace,		Ammoniacum, vel Galbanum.
Oſſe è corde Cervi,		Cornu Cervi crudum.
Phu Pontico,		Valeriana vulgaris.
Polytricho aureo,		Trichomanes.
Rhapontico,		Rhabarbarum ſelectum.
Saxifragia,		Pimpinella vulgaris.
Terra ſigillata Turcica,		Terra ſigillata Sileſiaca.
Xylobalſamo,		Lignum Aloës.

CAPUT

CAPUT OCTAVUM.

De Venenis, eorundemque Antidotis.

ETsi in confesso sit, celeberrimas illas Antidotos, Mithridatium nimirum & Theriacam, à Damocrate & Andromacho ante aliquot secula, pellendis quibusvis venenis, eorundemque noxis abolendis, inventas constructasque fuisse, ac contra venenatorum animalium ictus & morsus præclaram & efficacem omnino opem præstitisse, quibus longa posteritatis observatio multâ experimentorum serie fidem non modò fecit; sed utriusque etiam Antidoti famam ad nostra usque tempora non sine perennis gloriæ encomio ac laude deduxit. Venenatorum tamen varietas, ac eorundem diversa natura, peculiaria quædam cujuslibet toxici Alexipharmaca expetere visa fuit, ut sua quodlibet agendi potestate illatam noxam infringeret & emendaret. Cùm enim non uno eodemque modo obsint omnia, sed unum dementando, stupefaciendo; aliud constipando; plurima verò erodendo; aliqua etiam diversimodè noceant, ideo singulis ferè venenis sua propria sunt reperta & instituta Alexiteria, ut noxia quævis attererent, fractisque malitiei viribus, vel expellerent vel annihilarent. Nostrum quidem jam non est, notitiam Venenorum prolixiorem adducere; hoc tamen monere liceat, noxios eorum & lethales effectus commodissimè, quod à Recentioribus quibusdam Clarissimis Medicis abunde probatum vidimus, ex ipsa eorum natura, sive principio activo salino - sulphureo demonstrari; dum partim salinis particulis suis acutissimis vel acerrimis nervosas corporis partes perfodiendo, & irritando, ipsamque massam sanguineam agitando, turbando, coagulando, & corrumpendo partim sulphureis, viscidis, fœtidis, & narcoticis particulis cerebri ac nervorum poros obstruendo, spiritus animales dementando, sopiendo & quasi suffocando, motumque sanguinis & humorum sistendo, vim suam deleteriam exserunt, quæ licet manifesta satis sic videantur, atque, ut ita dicamus, ad oculum demonstrari queant, ut primarum & secundarum qualitatum in tenebris, quibus medica pariter ars & naturalis scientia olim inerrabant, ampiùs subsistere haud opus habeamus, fateri tamen cogimur, intimiores in naturæ recessus nondum nos esse admissos, & revera occultum quid nihilominus subinde in quibusdam concurrere, intellectui nostro imbecilliori imputandum, cui non tantùm in plenariam mistionis principiorum naturalium, salis nimirum & sulphuris, sed & ipsorummet intimiorem naturæ eorum constitutionem penetrare hactenus denegatum fuit. Nobis sufficit, quod ex antedictis satis superque constare queat, non omnem Antidotum cuivis veneno opponi posse, quæ sanè pro diversitate ipsius veneni, aliarumque circumstantiarum, diversa etiam requiritur; id quod prudentem ac peritum Medicum latere cùm nequeat, pluribus deducere haud laboramus; qui saltem in gratiam nostrorum Pharmacopolarum, eorumque, veneno ore sumto, vel per incuriam sui ipsius, vel per malitiam alterius qui intoxicati fuerint, Venenorum quædam magis obvia enumerare, & qua ratione debellanda sint, fideliter commonstrare intendimus; dum plerumque præsens, promptum ac festinum remedium expetunt, nec Medicus tamen semper præstò esse potest, cujus consilio periculum instans confestim evitari queat. Quotiescunque ideo mente ac corpore cæteroquin sanus aliquis, sine magnis in diæta erroribus priùs commissis, aliamque evidentem ob causam, gravissimis subito opprimitur symptomatibus, anxietate cumprimis & dolore præcordiorum, vomitu enormi &c. nec tamen alia de veneno sumto notitia habetur, illum tale aliquod hausisse, non vanè conjicere licet; quod itaque in ventriculo adhuc hærere, ex memoratis modò signis si constiterit, quantocyus vomitu id esse eliminandum,

ſana ſuadet ratio, quem tamen non violentis emeticis, niſi blandiora forte nil promoveant, ſed levioribus, pinguibus inprimis procurare, erit convenientiſſimum, largè propinato lacte vaccino, olivarum vel amygdalorum dulcium oleo, vel jure, pinguedinis aut butyri plurimum admixtum habente; quo non tantùm acrimoniam venenati corporis, ferè ſemper conjunctam, disjungendo, inviſcando & obtundendo ejus ſpicula, mitigari, & partes nervoſas, ne ejusdem aculeis lædantur, præmuniri dabitur, ſed faciliorem quoque ad exitum diſponetur; ſcopusque optatus eò promtius obtinebitur, ſi & alia, quæ venenum enervare unâ valent, dextrè jungantur, qualia oxymeli, acetum &c. præcipuè eſſe poterunt. Sin pars veneni inteſtina jam ſubierit, ibique torminibus & circa umbilicum roſionibus turbas excitaverit, Enematum ex radicibus & herbis emollientibus aliisque lubricantibus & demulcentibus, malvâ, althæâ, lacte, oleo &c. paratorum uſus unâ proderit. Poſtea iis quæ acrimoniæ toxici, utplurimum timendæ, reſiſtere valent, pergendum, qualia inprimis exhibent Mucilagines ſeminum cydoniorum, pſyllii, malvæ, Syrupus violarum, Emulſiones quatuor ſeminum frigidorum majorum, amygdalorum dulcium &c. Theriacam etiam vel alias expertas Antidotos jungere decet, ſi qualenam fuerit toxicum, ignoretur. Sin verò de qualitate hujus certius quid conſtiterit, paucis jam, quænam in uſum vocanda ſint, indicare, aut etiam ex antedictis repetere, Lectoris cum venia liceat. Scilicet acrioribus illis, & manifeſtè cauſticâ vi præditis Vegetabilibus: ANACARDIIS, FLAMMULÆ, EPHEMERO, COLCHICO, EUPHORBIO, & MEZEREO &c. non tantùm ſeminum cydoniorum, pſyllii, malvæ mucilagines, Emulſiones amygdalorum dulcium, vel ſeminum quatuor frigidorum majorum, Hordeum in cremorem decoctum, ſed ipſum etiam Acetum eſt opponendum: Si quæ verò in ſanguinem jam tranſiit noxa, uti hîc, ita in ſequentibus etiam Venenis, Diaphoreticorum & Alexipharmacorum adpropriatorum uſu eidem, habitâ ſymptomatum indè provenientium ſedulâ conſideratione, prudentia Medici rectiùs mederi tentabit. AQUAM FORTEM, ARSENICUM, AURIPIGMENTUM, CINNABARIM, MERCURIUM SUBLIMATUM, ÆRIS SQUAMAM, & ÆRUGINEM, quin & GYPSUM, CALCEMQUE VIVAM, præter modò dicta mucilaginoſa & oleoſa, Cryſtallus montana, Terra ſigillata, Lapis Bezoar, aut etiam Sal tartari enervant. A CEREBRO FELIS ſumto læſis Moſchi optimi ſcrupulus dimidius ſuccurrit. CERUSSA, LITHARGYRUM, MINIUM, & SCOBS PLUMBEA ab Aceto, obſervante Excell. D. D. Wedelio, ſalubriter ea in Saccharum quaſi ſenſim corrodente, emendantur. CICUTÆ, OPII, HYOSCYAMI, SOLANI FURIOSI, MANDRAGORÆ noxam idem Acetum inprimis, dein Theriaca, Diascordium Fracaſtorii, Rutæ ſuccus, Caſtoreum & Sal cornu cervini volatile abigit. NAPELLO, præter Acetum, Species diamoſchi dulcis, diambræ, Lapis bezoar reſiſtunt. A FUNGORUM eſu illatum periculum Theriaca in Oxymelite ſumta, Bezoar &c. avertunt. SANGUINEM & LAC IN VENTRICULO CONCRETUM, poſtquam Spermate ceti, Aceto ſimplici, Oxymelite, Oculis cancri, Coagulo leporino, vel Pulvere ad caſum uſuali reſoluta fuerint, vomitu exturbare, & ſi quid ſuperſit noxii, Theriacâ corrigere convenit. CANTHARIDIBUS ſumtis itidem Mucilaginoſa & Emulſiones ſeminum frigidorum oleoſorum medentur. HELLEBORO, SCAMMONIO, TITHYMALO, & ESULA læſis Cydoniorum & Citriorum pomorum ſucci, Acetumque; NUCI VOMICÆ Citri cortex & ſuccus propinantur.

CAPUT NONUM.

De Ponderibus & Menſuris Medicis, Signisque Chimicis.



Ectè ſanè hucusque communis Philoſophorum ſchola omnia pondere, numero & menſura contineri docuit; hæc enim agendorum ſunt quaſi quidam limites ac regulæ, quibus ea, quæ præſtanda ſunt, ad juſtitiam & æquitatem penſantur, adeò ut his neglectis, in Medicina facienda periculi plenus labor ſit futurus, cùm cujusque medicamenti vis & energia, ad ſubjecti ſeu patientis ægri vires aut tolerantiam comparatione factâ, horum adminiculo, eliciendæ debitæ doſis causâ, trutinetur, ne aut medicamentum in minori quàm par eſt quantitate exhibitum, effectu expectato fruſtretur; aut in ejusdem proportionis exceſſu porrectum, corpus vel lædat, vel omnino peſſundet.

In ponderibus autem enumerandis à minutioribus, tanquam à partibus majora conſtructuris, initium ducimus; è granis enim ſcrupuli, ex his drachmæ, hinc unciæ, ac tandem libræ conſurgunt.

Granum minimum pondus eſt, quo utimur, albi piperis granum pondere adæquans, ejus vinginti ſcrupulum, ſexaginta drachmam conſtituunt.

Scrupulus pendit grana viginti.

Drachma continet grana ſexaginta, ſeu tres ſcrupulos, & eſt octava pars unciæ.

Uncia duodecima pars libræ, conſtat drachmis octo.

Libra duplex in uſu eſſe ſolet: Publica ſeu Civilis, pendens uncias ſedecim, vel drachmas 128. & Medicinalis duodecim unciarum, vel 96. drachmarum pondere circumſcripta; & hæc Officinis uſitata, ſemper adhibenda, ubi ſimpliciter Libræ pondus ponitur, cùm priori illi: p. c. *ponderis civilis* addi ſoleat.

NOTANTUR AUTEM PONDERA HIS SIGNIS.

Gr. gr.		Granum.
℈. ß.		Dimidium ſcrupulum.
℈. I.		Scrupulum.
ʒ. I.		Drachmam.
℥. ß.		Unciam dimidiam.
℥. I.	Deſignat	Unciam.
℔. ß.		Libram dimidiam.
℔. I.		Libram.
M.		Manipulum.
N.		Numerum.
P.		Pugillum.
ANA. āa. a.		Æquale pondus, aut menſuram duorum vel plurium medicamentorum.

Liquida, præter uncias, Menſuris ſic dictis diſpenſari ſolent. Menſura autem Auguſtana bilibris eſt, continens uncias triginta duas.

Inſuper notamus, conſultius eſſe in definiendis, aut præſcribendis medicamentorum formulis, ac ſignando numero, priſcorum Romanorum notis uti, quæ ſic pinguntur:


guntur: I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. &c. quàm aliis characteribus 1.2.3.4. 5.6.7.8.9.10.11.12.13. &c. ſic enim ob notarum diverſitatem non tam facilè error committitur, qui characterum ſimilitudine forſan ſubrepere poſſet; cùm v. g. 3. & drachmam, pondus, & numerum ternarium deſignet.

Uſitatiora denique Chimicorum ſigna, quæ pro ſcribendi quodam compendio haberi poſſunt ac ſolent, hiſce ſubnectere, ne, ſi quæ horum aliquando occurrant, errorem pariant, conſultum duximus. Denotatur itaque per;

🜊 Acetum.
🜋 Acetum deſtillatum.
🜁 Aer.
🝪 Alembicus:
○ Alumen.
🝛 Amalgama.
♁ Antimonium.
▽ Aqua.
🜅 Aqua fortis.
🜆 Aqua regia.
∴ Arena.
☽ Argentum.
☿ Argentum vivum.
🜺 Arſenicum.
🜽 Auripigmentum.
☉ Aurum.
B Balneum.
MB Balneum Mariæ vel Maris.
VB Balneum Vaporis.
🜂 Calx viva.
♋ Cancer.
☉ Caput mortuum.
🝗 Cineres.
🜍 ȝȝ Cinnabaris.
C. C. Cornu cervi.
🝧 Crucibulum.
♀ Cuprum.
☌ Dies.
♂ Ferrum.
🝮 Hora.
△ Ignis.
🝨 Ignis rotæ vel circularis.
🝁 Mercurius ſublimatus.
🝂 Mercurius præcipitatus.
🝱 Menſis.
⦶ Nitrum.
🝯 Nox.
🝆 Oleum.
♄ Plumbum.
🝟 Præcipitatio.
Q. E. Quinta Eſſentia.
🝭 Retorta.
🜲 Regulus.
⊖ Sal.
⊖✱ Sal ammoniacum.
🜷 Sal gemmæ.
Sp. 🜩 Spiritus.
♃ Stannum.
S. S. S. Stratum ſuper ſtratum.
🝞 Sublimatio.
🜍 Sulphur.
🜿 Tartarus,
🜨 Terra.
℞ Tinctura.
🜈 Vini Spiritus.
⊕ Viride æris.
⊕ Vitriolum.
◻ Urina.



CLAS-



CLASSIS PRIMÆ, SYRUPOS ALTERANTES, MELLA, JULEP, MIVAS AC ROB CONTINENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS, IN OFFICINIS PHARMACEUTICIS REIPUB. AUGUSTANÆ USUALIBUS.

SYRUPUS DE ABSINTHIO MESUÆ.

℞. Abſinthii Pontici, ſeu Romani libram ſemis,
Roſarum rubrar. uncias duas,
Spicæ Indicæ drachmas tres,
Succi Cydoniorum libras tres, & uncias quatuor.

Macerentur in vaſe fictili horis viginti quatuor: deinde decoquantur, exprimantur, & colaturæ addantur

Sacchari libræ duæ.

Fiat, ut eſt artis, Syrupus.

Ventriculi, hepatis, & viſcerum aliorum imbecillitati, & cachexiæ, præſertim à cauſa frigida ſuccurrit: unde adpetentiam dejectam excitat, flatus diſcutit, auriginoſos juvat, humoresque per urinas propellit: Datur etiam in albo & pituitoſo menſium fluore.

Quamvis ſubtiliorum partium magna ex parte jacturam in coctione hujus Syrupi, aliorumque nonnullorum ſubſequentium contingere, nemo diffiteri queat, easdem tamen, utpote intentioni noſtræ non adeo neceſſarias haud ægre ſemper ferre poſſumus, eoque magis, cum utplurimum adverſæ ſint & ingratæ, aut parvæ energiæ, ac imbelles, (quibus ſimilibusque epithetis celeberr. D. Daniel Ludovici in Pharmacia moderno ſeculo applicanda, differt. 1. non immerito easdem mactat,) imo in

exigua admodum quantitate accedant, sive solitariè, sive aliorum medicamentorum pro edulcoratione &c. tantùm adhibeantur, quin &, si necessitas postulat, ex tempore, aliarum scopo satisfacientium admistione facile suppleri possint. Si quis tamen aliquod earum connubium in hoc Syrupo expetat, tum aliis modis, tum sequenti etiam, præparationem instituere posset: Absinthium scilicet, Rosas & Spicam in aliquot Vini unciis aliquandiu macerando, & leniter exprimendo, remanentiam verò cum succo cydoniorum coquendo, exprimendo, & Colaturam Saccharo additam clarificando, atque ad crassiorem consistentiam per coctionem deducendo, ut dein cum superiori infusione, priùs depuratâ, Syrupus fieri queat, nativo vini &c. sapore & odore magis pollens, quàm si per destillationem separatæ tenuiores partes ei accesserint. Litem tamen haud movebimus, si quis alibi, per destillationem partes dictas separando, easdem Syrupo suo jungere ex arte voluerit; nos interea vinum quondam addi solitum omisimus; cùm cydoniorum succus sic satis extractioni necessariæ sufficiat.

Cæterùm Welschius in hujus Syrupi præparatione, quam Zvvelferus Augustanæ substituerat, improbat, quòd 1. duplicem aquæ prolectionem commendet, quarum secunda cum aut nihil, aut aliquid virium habeat, minùs recte id fieri animadvertit; si enim nihil virium contineat, inutilem eam esse necesse sit; sin verò aliquid, Syrupo huic decedat, ideoquenon satis efficax evadat; 2. expressum sigillatim inspisset, & non potius cum saccharo coquat, atque hæc duo cum ovi albumine clarificet, adeoque labores & sumtus multiplicet; 3. sola dissolutione Syrupum hunc fieri velit, quod impossibile, clarus Syrupus si expetatur, cum nullum saccharum, etiam finissimum, sine sordibus aut arena reperiatur; quod etiam quia tot in aliis Syrupis Zvvelferianis occurrit, in genere illud de iisdem hîc animadvertisse sufficiet; 4. unica ebullitione eundem paret, qua profectò æquè ac coctione subtiliores partes exhalent, quas tamen tam anxiè servare nitatur; ubi sanè notari meretur, quod Zvvelferus circa Mellis anthosati præparationem scripserat, nempe virtutes potiores & subtiliores in coctione persistere non posse, quia *mox inchoatâ cocturâ* in auras avolent; 5. aquam secundam demum usus tempore admiscere jubeat, quod absurdos errores & labores inutiles causare in Officinis posse, prudentiores judicare valeant; quin & hoc non esset, Syrupos vendere, sed Julapia, aut Potiones. Ipse autem Welschius verum præparandi modum, & præ Zvvelferiano compendiosiorem esse existimat, quem his verbis proponit: ℞. omnia secundùm Augustanorum præscriptionem, incisa immitte cucurbitæ vitreæ, & adfuso vino ac succo cydoniorum, adposito capitello, macera per 24. horas, postea destilla ℥xx. circiter, quas serva separatim, residuum statim exprime adhuc calens, adde sacchari ℔ij, clarifica cum albumine ovi, & transmitte per manicam Hippocratis dictam, coque ad consistentiam debitam, h. e. ne extractum & succus inspissatus adurantur, (quam peritus Pharmacopœus novit, scribi dicive non potest,) ab igne remoto statim admisce aquam illam destillatam, fiat Syrupus.

SYRUPUS DE ALTHÆA FERNELII.

℞. Rad. Althææ, uncias duas,
Graminis,
Asparagi,
Glycyrrhizæ,
Uvarum passarum mundatarum ana unciam semis,
Cicerum rubrorum unciam unam,
Cymarum Althææ,
Malvæ,
Helxines,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Adianti albi, & nigri ana manipulum unum,
Sem. quatuor frig. major. & minor. ana drachmas tres,

Incisa coquantur ex aquæ libris novem, usque dum quatuor supersint: deinde cum Sacchari albi libris quatuor, fiat ex arte Syrupus.

Ardorem urinæ demulcet, & crassam, obstruentemque pituitam, nec non viscidam purulentamque renum saniem, & arenulas blandè expurgat.

Incommoda à mucilagine viscidissima & oleaginositate seminum metuenda Welschius præcaveri censet 1. si radices, herbæ & semina non contundantur, sed tantùm incidantur, exceptis solis ciceribus, qui crassiuscule contundi possint; 2. si major aquæ quantitas sumatur; 3. ne nimis diu decoquantur ante expressionem & sacchari additionem. Unde sequentem ceu verum & plane possibilem modum subjungit: ℞. Specierum omnium præscriptam quantitatem, incide omnia, & solos ciceres crassiusculе contunde, adfunde aquæ fontanæ ℔ix. coq. ad remanentiam ℔vij. exprime, expresso adde sacchari ℔iv. clarifica cum ovorum album. trajice per manicam Hipp. coq. ad debitam

tam consistentiam. F. Syrupus. Destillatione tamen etiam parari posse hac ratione, subjungit: ℞. Ingredientia omnia præscripto pondere, add. aquæ ℔ix. macera, destilla in cucurbita vitrea ℥xvj. quas serva, deinde residuum exprime, expresso add. facchari ℔iv. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coq. ad consistentiam debitam, uti adiantinum, quo de vid. infra, & deinde ab igne remoto add. aquæ destillatæ ℥xvj. F. Syrupus.

SYRUPUS ANTICAUSODICUS.

℞. Mellis clarificati uncias sedecim,
Succi Sempervivi majoris uncias quatuor,
Cancrorum fluviatilium,
Phlegmatis Vitrioli ana uncias duas semis,
Aceti rosati uncias tres,
Coquantur secundùm artem ad justam consistentiam.

In causo ejus usus esse potest, linguam enim siccam humectat, asperam lenit, & æstuantem refrigerat.

SYRUPUS DE ARTEMISIA.

℞. Herb. Artemisiæ manipulos duos,
Pulegii,
Melissophylli,
Dictamni Cretici,
Sabinæ ana manipulum unum,
Flor. Hyperici manipulum semis,
Rad. Rubeæ,
Rusci ana uncias duas,
Sem. Nigellæ unciam semis,
Cassiæ ligneæ unciam unam,
Sacchari albi libras duas.
Coquantur cum aquæ font. libris quinque secundùm artem in Syrupum.

Mensium obstructionibus, uteri suffocationibus, & partui difficili medetur.

Syrupum hunc ex Fernelio desumtum, prolixæ admodum compositionis cum esset, Collegium nostrum A. 1684. novam Dispensatorii hujus editionem parans, immutare, & contractiorem hanc, non minùs tamen proficuam, substituere voluit; unde quem Welschius præparandi modum adscribit, de antiquiori illo intelligendus erit, qui hac ratione ab eo exponitur: ℞. Species præscriptas præscripto pondere: concisas & contusas immitte cucurbitæ vitreæ, affunde aquæ ℔vij. macera per 24. horas, & destilla inde ℥xvj. quas serva. Residuum adfusa novæ aquæ f.q. (species enim propter insignem copiam, priorem omnem in se absorbere solent,) coque, deinde fortiter exprime, expresso adde facch. ℔iv. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coq. ad consistent. debitam, cui ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℥xvj. F. Syrupus.

SYRUPUS DE CORTICIBUS AURANTIORUM.

℞. Corticum Aurantiorum recentium & extimorum uncias sex,
Vini albi Neccarici fortissimi libram unam.
Macerentur per viginti quatuor horas, in loco calido, benè obturato vase, postea Vinum decantetur, filtretur, & cum Sacchari clarificati ultra consistentiam tabellarum cocti sufficiente quantitate permiscendo fiat Syrupus.

Ventriculum frigidum roborat, co-ctionem adjuvat, flatus dispellit, ac cordis vires adauget.

Welschius in Zvvelferiano modo taxat, quòd 1. aquæ vel vini ℔iß à corticibus aurantiorum abstrahat ferè usque ad siccitatem, adeoque ignorare videatur, quot unciæ prolici debeant, quæ sufficere possent; 2. pondus facchari duplicarit, à quo Syrupus omnino minùs efficax reddatur; 3. residuum in cucurbita denuò adfusâ aquâ coquat, cum tamen non faciendum sit per plura, quod fieri potest per pauciora, quod ex suo, nempe Welschiano modo pateat; 4. idem decoctum ad consistentiam tabulati cum facchari coctum pro Syrupo adhibeat, quod tamen in Augustanorum modo antiquo, effectu & viribus carere innuit; 5. de hoc decocto scribat, clarificandum esse, si opus sit, cum semper

opus sit & ceu regula generalis in omnibus Syrupis conficiendis observari debeat; 6. decoctum peculiariter, saccharum verò omnino non clarificet; 7. rerum suarum plane incertus, aquæ prolectæ s. q. admiscere jubeat, nullâ mensurâ determinatâ; cum verò sacchari libris duabus non plures quàm ℥xiiiß. immisceri possint, reliquarum unciarum virtus spirituosa, balsamica, calida & subtilis Syrupo decedat; 8. ebullitione institutâ partium subtilium aliquas evanescere faciat; id quod in pluribus aliis subsequentibus Zvvelferus non minùs incautè satis peragit.

Welschius autem hunc in modum parat: ℞. Corticum aurantiorum recentium & exteriorum à carne diligenter purgatorum ℔j. quibus concisis & cucurbitæ vitreæ immissis adfunde aquæ font. aut vini Malvatici ℔iß. macera per 24. horas, destillando in MB. prolice ℥vi. ʒvi. quas serva. Residuum exprime, expresso adde sacchari ℔j. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hippocratis dictam, coque ultra consistentiam tabellar. cui ab igne remoto admisce aquæ supra prolectæ ℥vj. ʒvj. F. Syrupus.

SYRUPUS FLORUM BELLIDIS.

℞. Florum Bellidis hortensis flore rubro libram unam semis,
Macerentur in Aquæ fontanæ libris duabus per viginti quatuor horas, postea exprimantur, & cum
Sacchari albi libra una
coquendo, & albumine ovi clarificando fiat Syrupus.

In aperiendis obstructionibus, hepatis præsertim, efficax; in pectoris vulneribus curandis, & sanguine coagulato resolvendo utilis exsistit.

SYRUPUS DE BERBERIBUS.

℞. Succi Berberum depurati libras duas,
Sacchari libram unam semis.
Fiat ex arte Syrupus.

Refrigerat, & modicè attenuat: febribus malignis confert, bilem reprimit, febrium æstus delet, ac immoderatam sitim compescit, & biliosis ventris profluviis salutaris est.

Welschius hunc Syrupum ita parat: ℞. sacchari ℔ij. solve cum aqua font. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto adde succi berberum depurati & per chartam emporeticam transmissi ℔j. ℥iß. F. Syrupus. *Ast minor succi berberum quantitas & quæ sacchari mole longe sit inferior, cum hac ratione Syrupo accedat, illi verò, non huic virtutes adscriptæ debeantur, minùs commodum videtur, coctionem succi, ob minutias illas particularum nonnihil subtilium, neque etiam in hoc Syrupo necessariarum omittere.*

SYRUPUS DE BORAGINE.

℞. Florum Boraginis recentium libras sex,
Aquæ fontanæ puræ calentis, quantum sufficit.
Fiat infusio per horas viginti quatuor, postea exprimantur, &
Colaturæ libræ quinque cum
Sacchari libris duabus semis,
coquantur secundùm artem, ad formam Syrupi.

Prodest hic Syrupus maniacis ac melancholicis, pectus quoque humectat & lenit, nec non syncopen & animi defectiones è corde natas arcet, cujus etiam tremori, palpitationi & imbecillitati succurrit.

Potest etiam Syrupus hic, ex succo, sequenti modo parari: ℞. Succi Boraginis defæcati, & cum albuminibus ovorum clarificati libras octo: In hoc succo calente, infunde per horas duodecim, florum Boraginis recentium libram unam: postea colentur, & cum Sacchari libris quatuor fiat Syrupus.

Welschius hunc ad modum Syrupi de floribus aurantiorum, qui infenus proponetur, & destillatione peragitur, esse parandum statuit.

SYRU-

SYRUPUS DE SUCCO CARDUI BENEDICTI.

℞. Succi Cardui Benedicti depurati libras tres,
Sacchari clarificati libras duas,
Fiat coctione Syrupus.

Febribus malignis ac pestilentibus confert, humorum putredinem arcet, sudores prolicit, vermes enecat, & pleuritidi auxiliatur.

Præparationem hujus Syrupi ad methodum Syrupi de betonica instituit Welschius.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

℞. Succi Cerasorum acidorum per residentiam defæcati libras sex,
Sacchari clarificati libras tres,
Fiat Syrupus.

Ad internos æstus efficax: sitim extinguit, adpetitum instaurat, febrium incendia reprimit, bilis ferociam domat, mulierum malaciæ prodest, cordis denique vires tuetur.

Sumenda hîc sunt Cerasa illa acida, aliquibus Duracina dicta, quæ nos vulgari idiomate Weixeln nominamus, atque ex eorum succo, ubi probè maturuerint, Syrupus hic conficiendus.

Quamvis Welschius verum modum parandi hunc Syrupum credat, ubi ℔iij. Sacchari in aqua fontana solutis, & post clarificationem cum albumine ovi, per manicam Hipp. trajectis, nec non ultra consistentiam tabell. coctis succi cerasor. acid. per residentiam depurati & filtrati ℥xx. ʒij. admiscentur, ob majorem tamen succi copiam, à quo Syrupi virtus dependet, (Confer. Syr. de berber.) prior ille Augustanorum præferendus est; neque etiam minutiæ illæ drachmarum duarum, præter uncias viginti, hîc & in aliis quibusdam, tam præcedentibus quàm sequentibus Syrupis requisitas, attendere opus est, cum nonnihil plus minusve addidisse, Syrupi justæ consistentiæ nihil derogare valeat.

SYRUPUS DE CHAMEMELO.

Præparatur ex florum infusione, colatura & Saccharo, uti antecedens de Boragine.

Usus ejus est in colica & iliaca, itemque affectibus uterinis à frigore enatis. Additur potissimùm in enemata, ubi flatus evocare necesse est.

SYRUPUS DE CINNAMOMO.

℞. Cinnamomi optimi, crassiusculè contusi uncias quinque:
Ponantur in cucurbitam vitream, addanturque
Aquæ Cinnamomi optimæ cum vino destillatæ libræ duæ,
Aquæ rosarum odoratissimæ unciæ duæ.
Stent in loco calido, bene obturato vase, ne quid exspiret, horis viginti quatuor; deinde filtrentur, atque cum Sacchari albissimi clarificati & ultra consistentiam tabellarum cocti sufficiente quantitate
Fiat Syrupus.

Vitales spiritus plurimùm recreat, cor ac ventriculum à frigore languidum reficit, & coctionem juvat.

In Zvvelferiano modo Welschius animadvertit, quòd 1. prima destillatio usque ad siccitatem imperetur; 2. ter vel quater repetatur, semper accepto recenti cinnamomo; 3. cinnamomo à trina destillatione residuo adfundat vinum Malvaticum & aquam rosarum, & sic denuo destillet, quod sit, labores multiplicare, & per compendium fieri possit; 4. extractum liquidum peculiariter, Saccharum verò non clarificet; 5. pro Sacchari ℔ii*ß*. accipiat tantùm extracti hujus liquidi ℔j. (imò nec tantum, cum à clarificatione ipsi aliquid decesserit,) quæ sit nimis exigua quantitas pro Saccharo solvendo, & in Syrupum elegantem coquendo; 6. aquam cinnamomi ter destillatam, cum altera illa ex vino Mal-

vatico &c. prolecta iterum per arenam destillet, quod nihil aliud sit quàm facere per plura, quod fieri poterat per pauciora; 7. Saccharum ad consistentiam tabulati coquat, coquendum autem sit ultra eandem; 8. aquæ fragrantissimæ ℔iß. cum Sacchari ℔iiß. misceat, cum tamen plures quam ℔j. ℥iv. ʒvij. immisceri nequeant; 9. aquam fragrantissimam omnem non commisceat Syrupo suo; 10. filtrandam non esse aquam dicat, quod tamen omnes norint, qui aquam & oleum cinnamomi unquam destillarunt.

Welschius hunc modum parandi proponit: ℞. Cinnamomi optimi & acutissimi, in frustula exigua diffracti ℥x. adfunde in cucurbitam vitream immisso aquæ cinnamomi ℔ij. vini Malvat. generosissimi ℔j. (aut vinum Malvaticum posset omitti, & pro illo tantundem aquæ cinnamomi accipi, cum spiritus vini non faciat Syrupos elegantes,) aquæ rosarum ℥ij. macera per 24. horas, deinde destilla, juncturis probe obturatis, quamdiu aliquid exstillat: tum aquam prolectam materiæ residuæ in cucurbita denuo adfunde, & iterum destilla exinde ℥xvj. ʒvij. quas diligenter serva; deinde residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔iiß. solve, clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto adde aquæ supra destillatæ ℥xvj. ʒvij. F. Syrupus.

SYRUPUS CORALLIORUM QUERCETANI.

℞. Corallia rubicundissima & elegantissima libram semis.
Succi Berberum perfectæ maturitatis depurati, ut materiam quatuor digitos supereminneat, digerantur in calore Balnei vaporosi vel alio moderato per triduum, vel quousque corallia bullulas emittunt, dein quod dissolutum est, per inclinationem separetur, & recentem coralliis relictis succum depuratum rursus affundendo, tantisper id reiteretur, usque dum tota soluta videantur. Pro hujus Succi, corallinâ essentiâ imprægnati libris duabus, sumatur

Sacchari cantii albi libra una: & lentâ in M. B. evaporatione redigantur in formam Syrupi.

Hic Syrupus facit ad omnes affectus ab hepatis vitio scaturientes; confert omnibus fluxionibus hepaticis, dysentericis, & lientericis.

Præparationem hujus Syrupi Zvvelferianam non esse aspernandam, Welschius judicat, hoc tamen notari debere, ut Sacchari libræ uni, aqua simplici solutæ, clarificatæ, ultra consistentiam tabell. coctæ, atque ab igne remotæ admisceantur succi berber. ℥vj. ʒvj. in quo solut. corall. ℥ij. solutæ sint. Non videtur tamen Welschio ulla hujus Syrupi necessitas esse: siquidem fortasse ex tempore rectius præscriberetur, v. gr. ℞. Syr. de berber. q. s. solut. corall. quantum opus est pro varia intentione. *Quæ sanè omissio Syrupi hujus Welschiani & Zwelferiani culpari nequit: genuina tamen Quercetani elaboratio, ut elegans satis & paratu maximè possibilis merito in Officinis nostris locum invenit.*

SYRUPUS DE CORTICIBUS CITRI.

℞. Corticum Citri recentium & extimorum uncias sex,
Granorum tinctorum, seu Chermes drachmas duas,
Vini albi Neccarici fortissimi libram unam.

Macerentur loco calido, vase benè tecto, per viginti quatuor horas; postea Vinum decantetur, & filtretur, atque cum Sacchari clarificati ultra consistentiam tabellarum cocti sufficiente quantitate permisceatur.

Fiat Syrupus.

Cor & ventriculum roborat: cordis palpitationi medetur, pestilentibus venenatisque morbis resistit:

Si quis completum desideret hunc Syrupum, Moschi Or. in particula vini citrati soluti & filtrati grana sex eidem immiscere poterit.

Syrupum hunc Welschius è corticibus citri solis rectius parari censet, 1. cum aliàs compositus dicendus esset; 2. colorem nonnihil immutent grana chermes; 3. exiguæ vires à ʒij. granorum istorum, cum sint exsucca & arida, Syrupo accedant; & si omnino tale quid addi deceat, satius esset Syrupum granorum chermes accipere. *Verùm quamvis*

vis diversimode confici Syrupus hic queat, tamen 1. non absolutè sequitur, atque à potiori fit denominatio, prout nec Syrupus de Absinthio aliique simplici tali denominatione indigni à quoquam hucusque censentur; 2. si, uti videtur, coloris impetrandi causa addantur, res benè se habet; 3. sufficit, si tantum virium accedat, quantum desideratur; grana verò ipsa licet sint arida, succum tamen exsiccatum & quasi concentratum recondunt, quem coctione in liquorem dimittunt.

SYRUPUS CYDONIORUM.

℞. Succi Cydoniorum acidorum depurati libras tres,
Sacchari albi clarificati libram unam semis.
Fiat Syrupus.

Languidas ventriculi & viscerum aliorum vires recreat, nauseam ideo & vomitum sistit, lienteriam, & alvi profluvium biliosum, ac dysenteriam hepaticam sedat: cibi adpetentiam excitat, malos succos, biliosos præsertim, concoquit, atque ad expulsionem præparat.

Welschius hunc Syrupum instar illius de berberibus conficit.

SYRUPUS DE ERYSIMO LOBELII.

℞. Erysimi totius recentis manipulos sex,
Radicum Helenii,
Tussilaginis ana uncias duas,
Herb. Boraginis,
Cichorii,
Capillorum Veneris an. manipulum unum semis,
Florum Cordialium,
Anthos,
Stœchadis ana manipulum semis,
Seminis anisi drachmas sex,
Passularum mundatarum unc. duas.
Incisa & contusa coquantur in
Aquæ hordei,
Hydromelitis ana libris quatuor,
Succi Irionis unciis sex,
ad remanentiam librarum trium; in expresso liquore dissolvantur
Sacchari albi libræ duæ.
Fiat lege artis Syrupus.

Vires ejus sunt pectorales, & magnoperè inprimis in raucedine commendantur.

SYRUPUS DE FARFARA.

℞. Succi Farfaræ depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam semis.
Decoquantur in Syrupum.

Refrigerat, lenit, & humectat: calidis ob id pectoris vitiis, tussi, pleuritidi, peripneumoniæ, ac phthisi salutaris, nec non catarrhis salsis, acribus, & in pectus faucesque delabentibus idoneus.

SYRUPUS DE FRAGIS.

℞. Succi fragorum depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam semis.
Fiat lege artis Syrupus.

Æstuosis febribus, ac internis incendiis convenit, urinas movet, & renum arenulas expurgat.

SYRUPUS DE GLYCYRRHIZA MESUÆ.

℞. Glycyrrhizæ uncias duas,
Capillorum Veneris unciam unam,

Hysso-

Hyssopi unciam semis,
Aquæ libras quatuor.
Species prædictæ in aqua priùs fervefacta horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias: colaturæ addendo
Mellis despumati uncias octo,
Sacchari albi uncias sedecim,
Aquæ Rosarum uncias sex.
Fiat Syrupus secundùm artem.

Thoracem, & pulmones expurgat: ideo diuturnæ, itemque siccæ tussi, ac pleuritidi opem fert.

Quamvis Saccharum penidium ab alio Saccharo, manum pharmaceuticam non experto, haud parùm differat, quia tamen Syrupos paulò turbidiores reddere solet, nec tamen virtuti eorum, si omittatur, multum detrahat, ejus loco, Saccharum album substituere in hoc Syrupo, aliisque nonnullis subsequentibus, voluimus.

SYRUPUS GRANATORUM ACIDO-DULCIUM.

℞. Succi Granatorum acido-dulcium depurati libras quinque,
Sacchari albissimi libras duas semis.
Coquantur in Syrupum.

Refrigerat, & humectat: nauseam ac vomitum biliosum reprimit, febribusque biliosis plurimum auxiliatur.

Hujus præparationem instar ejus qui ex succo citri vel limonum conficitur Welschius instituit.

SYRUPUS DE SUCCO HEDERÆ TERRESTRIS.

℞. Succi Hederæ terrestris depurati libras tres,
Sacchari albissimi libram unam semis.
Coquantur, ut est artis, in Syrupum.

Ad internos abscessus, cruenta, & saniosa sputa salubris, phthisi medetur, vasa rupta glutinat, urinas, menses, ac sudores promovet.

SYRUPUS DE HYSSOPO MESUÆ.

℞. Hyssopi,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroselini,
Glycyrrhizæ ana drachmas decem,
Hordei mundi unciam semis,
Tragacanthi,
Sem. Malvæ,
Cydoniorum ana drachmas tres,
Capillorum Veneris drachmas sex,
Jujubarum,
Sebesten ana numero triginta,
Uvarum passarum majorum ab arillis liberatarum unciam unam semis,
Caricarum,
Dactylorum pinguium ana numero decem,
Aquæ libras octo.
Coquantur ad librarum quinque consumtionem:
Expressum cum Sacchari albi libris duabus in Syrupum ex arte percoquatur.

Utimur eo in morbis thoracis invalescentibus, ex frigida, crassa, & lenta materia natis, ubi attenuatione, detersione ac expurgatione majore opus est: ideo asthmaticos & tussiculosos juvat, obstructiones aperit, hypochondriorum dolori, ac renum calculis utilis.

Welschii modus: ℞. hyssopi, radd. apii, fœniculi, petroselini, glycyrrhizæ ana ℥x. capill. Vener. ℥vj. adfunde aquæ font. ℔ij. macera, destilla

ftilla inde ℥ix. quas ferva, deinde refiduo adde hordei mundati ℥ß. fem. malvæ, cydon. an. ʒiij. jujub. febeft. an. num. xxx. uvar. paffar. ℥iß. caricar. dactylor. ping. an. num. x. aq. ℔viij. coque ad remanentiam ℔vij. exprime, expreffo adde Sacchari penidii (qui velit, fumat fimplex,) ℔ij. clarifica cum album. ovor. trajice per manicam Hipp. coque ad confiftentiam debitam, talem fcilicet, ut ℥ix. fupra deftillatæ aquæ adhuc admifceri commode poffint, ut F. Syrupus, cui qui velit, addat demum mucilaginem ex tragacanth. ʒiij. extractam, fed probè dilutam; melius tamen foret, hanc plane omittere, quandoquidem intentioni Syrupi hujus videtur potius repugnare; cum tragacanthum glutinet, & fiftat potius, quàm incidat & detergat, quæ vires in hoc Syrupo expetuntur: Idem de femine cydoniorum obfervare poterit,qui velit. *Aft cum rarò fine feri quadam acredine ifti fint adfectus, quibus hic Syrupus deftinatur, vel hac ratione poffet mixtura Mefuana fimilium ingredientium acrimonia adverfantium tolerari. Aliàs etiam omitti absque piaculo poffe eadem, non contradicere vellem.*

SYRUPUS DE JUJUBIS MESUÆ.

℞. Jujubarum num. fexaginta,
Violarum,
Sem. Malvæ ana drachmas quinque,
Capillorum Veneris,
Hordei mundi,
Glycyrrhizæ ana unciam unam,
Sem. Papaveris albi,
Melonum,
Lactucæ,
Cydoniorum,
Tragacanthi ana drachmas tres,
Aquæ font. libras novem.
Coquantur ad tertias, & colaturæ addendo
Sacchari libras duas,
Fiat fecundùm artem Syrupus.

Ad tuffim ficcam, arteriæ afperitatem, omnesque thoracis & fpiritalium partium affectus à fluxionibus calidis ortum habentes adcommodatus, fputum tenue fuo lentore maturat, incraffat, & expectorat: eum Manardus ad veficæ ulcera celebrat, ad quæ lentore dulci, frigido, & mucofo ideoque lenitate opus eft.

Simplex fecundùm Mefuen fit ex Ziziphis centum, in Aquæ libris quatuor ad dimidias coctis, cum Sacchari libra una. Utilis ad tenues in pectus deftillationes, & fputum liquidius modicè incraffandum.

Welfchius ita præparat: ℞. Species præfcripto pondere, incifis & contufis adfunde aquæ ℔vij. deftilla in cucurbita vitrea f. a. liquoris ℥ix. quas ferva; refiduum exprime, expreffo adde Sacchari ℔ij. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ad confiftentiam debitam, ut nofti, cui ab igne remoto admifce aquæ deftillatæ fuperioris ℥ix. F. Syrupus.

SYRUPUS DE LIMONIBUS.

℞. Succi Limonum maturorum depurati libram unam femis,
Sacchari albiffimi clarificati, ultra tabellarum confiftentiam cocti libras tres.
Fiat fecundùm artem.

Refrigerat, & acrimoniæ fuæ vi penetrat: internis incendiis conducit: putredinem arcet, ac lumbricos enecat: nec non cor, & ftomachum reficit.

Cum hoc Syrupo ille, qui ex Succo pomorum citriorum paratur, & ACETOSITATIS CITRI vulgò adpellari folet, coincidit. Quamvis enim ratione aciditatis in utriusque pomi Succo aliquam differentiam dari, & in Limonibus majorem illam effe, non diffiteamur, eandem tamen virtutem poffident; cùm cæteroquin Citria poma in ea quantitate & pretiò apud nos haberi nequeant, quæ ufui noftro fatisfacerent.

SYRUPUS DE SUCCO MENTHÆ.

℞. Succi Menthæ libras tres,
Abftrahantur leni calore arenæ ejusdem unciæ fex; in remanentia folvatur
Sacchari albi libra una femis.

Clarificetur cum albumine ovi, atque ad debitam consistentiam coquatur; additâ aquâ per destillationem abstractâ,
Fiat Syrupus.

Usus ejus præcipuus est stomachicus, coctionem juvat, cruditates emendat, singultum & vomitum inhibet, ac flatus dissipat.

Cum huic Syrupo partes subtiliores odoratas, coctione aliàs exhalantes, conservare præstet, destillatione easdem à fuga retractas ut Pharmacopœi nostri, ceu jamdudum observare prudentiores consueverunt, porrò conjungant, non prohibemus; qualem præparationem Welschius etiam commendat.

SYRUPUS MYRTINUS COMPOSITUS MESUÆ.

℞. Baccarum Myrti drachmas viginti,
Rosarum rubrarum,
Sandali albi, & rubri,
Sumach,
Balaustiorum,
Berberum ana drachmas quindecim,
Mespilorum drachmas quinquaginta,
Succi pomorum agrestium,
Cydoniorum ana libram semis.
Omnia cum aquæ font. libris octo coquantur ad medias, colentur, & cum Sacchari libris tribus
Fiat secundùm artem Syrupus.

Hæmorrhagiam omnem, præsertim pectoris, renum, & uteri, cohibet, diabetem ac omnem immodicam vacuationem, uti ventris profluvium, & vomitum sistit.

Commodissimè paratur hic Syrupus autumnali tempore, quando Mespila matura quidem, sed duriuscula adhuc nec temporis morâ vel diuturniore situ emollita prostant.

Syrupus Myrtillorum simplex seu ex succo nostris non est in usu, cùm his locis parari nequeat, nisi quis succum Myrtillorum ex Italia, aut Gallia Narbonensi petere voluerit; quantumvis nostri quoque Myrtilli, vulgò Heydelbeer/ *ad hunc usum maximopere celebrentnr.*

In hoc myrtino Syrupo Welschius animadvertit, Zvvelferum eundem tantùm coquere, cum verò rosæ etiam & sandala, quæ Zvvelferus in Syrupo de Endivia ipsemet destillat, ingrediantur, baccæ etiam myrti Italicæ sint odoratissimæ, destillationem magis probat, quòd non tantùm adstrictio hîc requiratur, sed etiam spirituum, quos hæmorrhagiæ quæcunque dissipent, refectio; unde sequentem modum ceu verum commendat: ℞. Species præscriptas; quibus adfunde succos præscriptos, macera, destilla inde ℥xvj. quas serva, residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔iij. clarifica, cola, coque ad consistentiam debitam, (diligenter despumando, valde enim spumat,) cui ab igne remoto adde aquæ prædictæ ℥xvj. F. Syrupus. *Augustani tamen prolixiori illo destillationis labore carere malunt, tum quòd pauca sint ingredientia destillationi subjicienda, tum spirituosa sanguinem rarefaciendi & magis commovendi vim habeant; spirituum refectione, sublatâ hæmorrhagiâ, sponte succedente, commodiusve aliis modis impetrandâ.*

SYRUPUS DE PÆONIA.

Paratur hic Syrupus eodem modo, quo antecedens de Boragine, ex florum infusione; quamvis aliqui itidem ex ipso florum succo eundem conficiant.

Epilepsiæ, convulsionibus, ac spasmo auxiliatur: menses ducit, uterinis quoque aliis affectibus opitulatur.

Syrupum hunc, ut & qui sequuntur, de Papavere erratico, florum Paralyseos, & Pilosellæ ad modum Syrupi de boragine Welschius conficiendos esse judicat.

SYRU-

SYRUPUS DE PAPAVERE SIMPLEX MESUÆ.

℞. Capitum Papaveris albi & nigri recentium & cum seminibus, ana uncias septem & semis.
Aquæ pluvialis libras octo.
Decoquantur ad remanentiam libræ unius & dimidiæ: cui addantur
Sacchari albissimi unciæ octo.
Fiat Syrupus, ut est artis.

Usu creber arcendis defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus in thoracem ruentibus, quæ asperam arteriam faucesque exasperant; proinde tussim ex defluxionibus iis enatam pellit, & somnum blande conciliat.

SYRUPUS DE PAPAVERE ERRATIGO, QUOD ALIIS PAPAVER RHOEAS DICITUR.

Fit ex florum infusione, ut Syrupus de Boragine: quamvis ex succo quoque parari queat.

Ad ardentium febrium vehementes æstus adhibetur, quos moderatur, vigiliasque arcet; calidis præsertim pectoris malis, utpote peripnevmoniæ, acribus destillationibus, faucium inflammationibus, ac pleuritidi, cui à proprietate quam maximè prodesse creditur, salutaris existit.

SYRUPUS DE SUCCO PLANTAGINIS.

℞. Succi Plantaginis defæcati libras tres,
Sacchari albi libram unam semis.
Coquantur, ut est artis, in Syrupum.

Utiliter internis vasorum disruptionibus adhibetur: proinde cruentis sputis, ac renibus sanguinem fundentibus auxilio est, dysenteriam quoque, hæmorrhoides, & menses nimium fluentes reprimit.

Hunc quoque Syrupum, mediante destillatione, nempe ut Syrupum de Betonica simplicem, Welschius parari jubet; *qua tamen haud opus esse videtur, cum vis adstringendi tantùm in ipso expetatur.*

SYRUPUS PRUNORUM SYLVESTRIUM.

℞. Succi Prunorum sylvestrium depurati libras tres,
Sacchari clarificati libras duas.
Coquendo fiat Syrupus.

Vim habet exsiccandi, adstringendi, & incrassandi; unde in profluviis alvinis, & sanguineis utilis censetur.

SYRUPUS DE RIBIBUS.

℞. Succi Ribium depurati libras tres,
Sacchari libram unam semis.
Fiat ex arte Syrupus.

Incendio febrili salubris exsistit, sitim sedat, nec non choleræ, cardiacisque succurrit.

SYRUPUS DE ROSIS SICCIS.

℞. Rosarum rubrarum exsiccatarum libram unam.
Infundantur in aquæ calentis puræ sufficiente quantitate, horis viginti quatuor, postea in expressione diluatur Sacchari albissimi libra una, & coquantur ex arte in Syrupum.

Ad omnem alvi fluorem ſiſtendum commendatur: unde cœliacos, lientericos, ac dyſentericos juvat: partes internas roborat, ulcera detergit, ac glutinat, vomitum compeſcit, nec non uteri rhevmatiſmum cohibet.

Welſchius hunc Syrupum uti roſatum ſimplicem, inferiùs deſcribendum, fieri debere cenſet, nempe per deſtillationem; *aſt ſi aquæ deſtillatæ roſarum purgandi vim ineſſe, quod ibi adſtruitur, concedatur, deſtillationem hîc obeſſe, ideoque eſſe negligendam, vel ſaltem aquam deſtillatam huic Syrupo non admiſceri debere, ſequitur; cum non purgandi, ſed ſiſtendi vires exercere debeat.*

SYRUPUS DE RUBO IDÆO.

℞. Succi baccarum Rubi Idæi depurati libras tres,
Sacchari albi libram unam ſemis.
Coque ſecundùm artem in Syrupum.

Febrium æſtus mitigat, alvum blandè adſtringit, ob id diarrhœæ & dyſenteriæ, bilioſisque alvi fluxionibus opitulatur: cordis inſuper vires tutatur & auget.

Welſchius ut Syrupum de Berberibus hunc parare docet.

SYRUPUS DE SCABIOSA.

℞. Succi Scabioſæ defæcati libras tres,
Sacchari libram unam ſemis.
Coque ex arte in Syrupum.

Pectoris noxis plurimum prodeſt, & anhelam ſenum tuſſim ſublevat, pleuritidi confert, malignis febribus reſiſtit, & apoſtemata ſanat.

Ad modum Syrupi de Betonica ſimplicis Welſchius hunc conficit.

SYRUPUS FLORUM TUNICÆ.

Fit, ut Syrupus Roſatus ſimplex.

Ad præcipuos cordis affectus tollendos efficax, ejus tremorem ac ſyncopas fugat, animique deliquiis opitulatur.

Welſchius hunc Syrupum, juxta normam in Syrupo florum Aurantiorum, aut Violarum tradendam, conficit.

SYRUPUS VIOLATUS EX FLORIBUS.

℞. Florum Violarum Martialium libram unam, eos diligenter è caliculis excerptos, & à viridi caule repurgatos, in libra una ſemis aquæ per viginti quatuor horas infunde, poſtea cola & exprime; expreſſum cum ſacchari clarificati ultra conſiſtentiam tabellarum cocti ſufficiente quantitate
Fiat lege artis Syrupus.

Efficaciſſimus eſt in pectoris ac faucium morbis calidis: acres defluxiones demulcet ac temperat, ſitim relevat, gutturis aſperitatem mitigat, refrigerat & humectat.

Elegans eſt modus, quem docet Quercetanus, quo dicti Violarum flores in mortario marmoreo, piſtillo ligneo, fortiter contunduntur, & cum triplo Sacchari ultra Syrupi conſiſtentiam cocti permiſcentur & exprimuntur. Et talis parandi modus Welſchio admodum commendatur, qua meliorem nondum uſpiam ſe vidiſſe teſtatur; ex modis autem Zvvelferi, quos duos proponit, neuter ipſi placet; in utroque enim taxat; 1. quòd faciat infuſionem, quæ genuinum colorem non ſervat, ſed immutat, unde etiam eum purpureum, & purpureo-violaceum adpellat; 2. in vaſe ſtanneo, vel ſtanno obducto, quod tinctore aliquo dignius, quàm pharmacopœo ſit, infundat, cum vitreum eſſe queat; 3. Saccharum pulveriſatum aut contuſum accipiat, ex quo, niſi ſolvatur & clarificetur, elegans Syrupus nunquam fieri poſſit; 4. libris duabus

bus Sacchari addat infusi aut succi ℔j. ℥iij. quæ quantitas nimia sit; 5. solâ dissolutione Syrupum fieri velit, quod sæpe jam reprehendit; 6. Syrupus durabilis non sit, nisi multum in MB. evaporarit; 7. ex floribus à bina infusione relictis alium Syrupum componat; qua ratione Syrupo priori aliquas vires decedere sequitur, quas aliàs omnes medicamento accedere debere urget; 8. in secundo modo ebullitionem inutilem & noxiam suadeat.

MEL ANTHOSATUM.

℞. Mellis Rosati simplicis ad majorem spissitudinem cocti libras tres,

Florum Rorismarini recentium contusorum manipulos sex.

Stent in infusione, loco calido, horis viginti quatuor, deinde exprimantur, & fiat colatura, ut artis est.

Colicos ac uterinos dolores mitigat, cerebri, cordis, & ventriculi vires auget, & crudam in intestinis, ac circa mesenterium, pituitam digerit ac flatus discutit. Additur in Enemata, ubi paresis ex colica metuitur, nervosas enim partes à noxis defendit.

Aliter sic paratur: ℞. foliorum rorismarini libram unam, Aquæ fontanæ libras sex. Stent in infusione per horas duodecim, abhinc secunda & tertia vice, reassumto novo Roremarino repetatur infusio, cujus colaturæ libris quinque adde Mellis optimi despumati libras quatuor. Coque secundum artem. Cum vero in pluribus locis florum Rorismarini tanta non extet copia, quæ huic melli parando sufficiat, non minori efficacia herba ejusdem substituitur. Rondeletius, Renodæus, & alii libras tres Mellis accipiunt, ac in eo libram unam florum Rorismarini infundunt, & insolatione sola Mel anthosatum parant.

Welschius in Zvvelferi modo taxandum esse arbitratur, quòd 1. flores Rorismarini etiam in Melle rosato, debitam suam consistentiam nacto, infundat, cum tamen tum alibi, tum ex. gr. pag. 20. corticum citri in Syrupum eorum injectionem admodum exagitet, quòd decoctum quoddam Saccharo imprægnatum, atque ad Syrupi consistentiam coctum, ob lentorem & crassitiem, aliarum rerum essentias extrahere nullo modo possit; 2. flores Rorismarini recentes non esse succulentos, contra sensus & experientiam dicat; 3. obscure & imperfecte modum suum reformatum tradiderit; cum enim flores Melli infundat, modum, quo iterum separari debeant, non edixerit, nec quomodo mel ipsum despumari & clarificari possit, quod utut satis ante coctum, accedente tamen nova humiditate, & coctione in alembico, semper spumare soleat. Ipse autem Welschius talem modum proponit: ℞. florum rorismar. recent. M. vj. (qui fortius voluerit, accipiat plures, cum tamen una vice manipuli sex vix haberi possint, paullatim colligantur, & quotidie quantum haberi possunt, infusioni injiciantur,) adfunde aquæ font. ℔iij. (pro aqua communi etiam aquam rorismarini quis posset sumere, *(cum verò postea saltem aquæ ℥xiiiß. abstrahantur, reliquæ ℥xxiiß. in coctione sequenti inutiliter in auras abirent,* stent in digestione, postea destilla inde ℥xiiiß. quas serva; residuum exprime, expresso & clarificato adde mellis optimi ℔iij. aquæ font. q. s. *(qua tamen non opus est, cum fere libræ duæ ab infusione præcedente accesserint,)* despuma diligenter, cola per manicam H. & coque ultra consistentiam suppositoriorum, cui ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℥xiiiß. F. Insuper Welschius Rondeletii & Renodæi modum, qui per insolationem in vase bene obturato instituitur, meliorem esse longa & laboriosa, non autem artificiosa Zvvelferi præparatione judicat; in qua insuper reprehendit: 1. duplicem aquæ exstillationem, & prioris tantùm libræ unicæ, quæ quantitas nimis sit exigua, pro mellis ultra ordinariam & satis crassam consistentiam evaporati libris quatuor, adservationem; 2. incertam, quod illo: suff. quant. denotatur, aquæ illius melli additionem; 3. quòd scribat: quo plus aquæ spirituosæ immisceri possit, eo præstantius Mel evadere, & tamen ipse libram unam saltem immisceat, cum alteram etiam dimidiam libram jungere potuisset, atque ita 4. dimidiam hanc libram disperdat; 5. quòd mel non sumat despumatum, sed simplex & clarum, ambiguâ determinatione. Modum verò suum Welschius his verbis exponit: ℞. herb. rorismar. ℔iij. adfunde aq. font. (qui volet, poterit aquam rorismarini adfundere,) ℔vj. macera per 24. horas, destilla inde ℥xxj. quas serva; residuum exprime, & clarifica cum album. ovi, adde mell. opt. despum. ℔iv. & una vel altera ebullitione facta, trajice per manicam Hipp. tum coq. ultra consistentiam supposit. cui ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℥xxj. F.

MEL MENTHÆ.

℞. Succi Menthæ purificati libras duas,

Mellis optimi despumati tantundem.

Coquantur ad justam consistentiam.

Ventriculum frigidum fovet, coctionem adjuvat, ac pituitosos faucium tumores discutit.

In modo parandi Zvvelferiano Welschius reprehendit, quòd 1. succo menthæ immergat herbam ejusdem, & sic destillet, cum aut merum succum, aut solam herbam compendiosius sumere potuisset; 2. in aqua prolecta denuo mentham infundat, labore plane superfluo, cum istas herbæ hujus uncias quatuor cum prioribus destillare potuisset; 4. ambigue de melle loquatur, dum clarum desiderat, quo vocabulo incertum, an despumatum, vel aliud quodcunque intelligatur, & propterea pondus exacte determinari nequeat, cum longe aliud sit libras duas, & aliud libras tres accipere; 5. de aqua supra destillata tantum jungere præcipiat, quantum ad justam consistentiam sine coctione sufficiat: nam si mellis non despumati sumat ℔ij. tum plus immisceri non posse quàm ℥ix. restare igitur de libra una uncias tres, quæ superfluæ; sin verò accipiat mellis non despumati ℔iij, tum immisceri posse ℥xiiiß. adeoque deficere unciam unam semis; si mellis despumati sumat ℔ij, tum plus immisceri non posse quàm ℥xß, restare igitur ℥iß, quæ superfluæ; sin verò mellis despumati accipiat ℔iij, tum immisceri posse ℥xvß. ʒij, deficere ideo ℥iiiß. ʒij. Welschius verò sequentem modum pro vero adducit. ℞. succi menthæ purif. ℔ij. destilla inde ℥xß. quas serva: residuo adde aquæ font. q. s. clarifica cum album. ovi, adde mellis despumati ℔ij, una vel altera ebullitione facta, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam suppos. cui ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℥xß. F.

MEL ROSATUM SIMPLEX.

℞. Rosarum rubrarum recentium libras novem.

Contusæ infundantur in

Aquæ fontanæ puræ & calentis libris duodecim

per horas viginti quatuor; Colaturæ libris quinque addantur libræ quatuor Mellis.

Coquantur simul, ut artis est.

Ventriculum roborat, detergit, viscidosque succos & crudos coquit & expurgat: putredini oris, prout & gingivarum tonsillarumque inflammationibus adversatur.

Mel hoc à Welschio sic paratur: ℞. rosar. ℔ij. adfunde aquæ s. q. contunde, inde cucurbitæ, destilla ℥xiv. quas serva; residuo expresso adde mellis opt. ℔v. despuma, trajice per manicam Hipp. coque ad consistentiam supposit. cui ab igne remoto adde destillati superioris ℥xiv. F.

OXYMELI SCILLITICUM MESUÆ.

℞. Mellis despumati libras tres,
Aceti Scillitici libras duas.

Coquantur lento igne ad perfectam consistentiam.

Ad cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitosos, aut melancholicos etiam contumaces utile est. Asthmaticis quoque plurimum confert, venarum obstructiones inveteratas reserat, crassosque humores potenter incidit.

Compositum fit, ut Oxymeli compositum ex radicibus: scilliticum autem simplex juxta modum in Oxymelite simplici parando traditum conficit Welschius.

JULEP ROSARUM.

℞. Aquæ Rosarum odoratissimæ uncias quatuordecim,
Sacchari clarificati & ultra consistentiam tabulati cocti libras duas.
Misce.

Cordiale medicamentum est: totius corporis exæstuationi confert, vitalesque spiritus reficit.

Wel-

Welſchius in Zvvelferi modo taxat, quòd 1. aquæ roſarum odoriferæ libris duabus roſas alias addat, quod laborem ſuperfluum implicet, cum in prima ſtatim deſtillatione conveniens earum quantitas pro adquirenda aqua fragrantiſſima accipi queat; 2. aquæ tantùm ℥xv. vel xvj. proliciat, relictis in cucurbita ejuſdem unciis octo vel novem; 3. Saccharum albiſſimum vel clarificatum præſcribat, quæ non ſint unum & idem, utrumque tamen pro eleganti Syrupo obtinendo obſervari debeat; 4. ex ſola Sacchari albiſſimi vel clarificati in aquæ roſar. ℥xv. vel ℥xvj. diſſolutione Julepum hunc parare doceat; cum ex Saccharo ſimpliciter intellecto, absque clarificatione, nullum Julepum elegantem producere liceat, clarificatum autem, utpote per ſe liquidum, aquæ roſarum admixtionem, multo minus illam tot unciarum non admittat. Ipſe verò talem genuinum modum adducit: ℞. Sacchari albiſſ. ℔ij. ſolve cum aquæ font. ſ. q. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ultra conſiſtentiam tabell. cui ab igne remoto admiſce aquæ roſar. optimæ & fragrantiſſ. ℥xiiiß. F. Quem etiam modum in Julepi ſambuci & violarum præparatione obſervat.

JULEP SAMBUCINUM.

Paratur eodem modo, ex Aqua Sambuci è floribus deſtillata, & Sacchari ſufficiente quantitate.

Seroſos in corpore humores blandè temperat, calores febriles mitigat, & ſudores elicit.

JULEP VIOLARUM.

Ex Aqua florum violarum, uti præcedentes, cum ſaccharo conficitur.

Febrium incendia reprimit, vigilias levat, ac faucium afflictionibus à ſalſi aut acris humoris influxu enatis ſucurrit.

DIACARYON, SEU ROB NUCUM GALENI.

℞. Succi Corticum viridium Juglandium diebus canicularibus extracti libras quatuor,
Mellis libras duas.
Coquantur, ut eſt artis.

Stomaticum eſt Medicamentum: admodum efficax ad oris phlegmonas & ſynanchas, nec non deſtillationes in fauces, & alias præfocantes.

DIAMORON SIMPLEX.

℞. Succi Mororum domeſticorum depurati libras quinque.
In quibus ſolvatur Sacchari libra una.
Clarificetur cum album. ovi, & fiat coctio ad juſtam conſiſtentiam.

In oris, linguæ & faucium inflammationibus ſalubre deprehenditur.

Delicatior noſtrorum guſtus, repudiato Melle, quondam huic Compoſitioni deſtinato, Saccharum ſubſtituere nos jubet.

ROB DE AGRESTA.

R. Omphacii, ſeu Agreſtæ depuratæ libras duas,
Sacchari optimi libram unam.
Coque ad ſpiſſitudinem mellis.

Refrigerat & adſtringit, unde fluxus malignos ac colliquantes coërcet, ſitim ſedat, bilioſos ructus compeſcit, & contagioſis morbis opitulatur.

ROB DE CORNIS.

℞. Pulpæ Cornorum libras duas,
Sacchari libram unam,
Coquantur ad debitam conſiſtentiam.

Poten-

Potenter adſtringit; unde in fluxibus ventris, dyſenteria, lienteria, & cœliaca utiliter exhibetur.

ROB CYDONIORUM.

℞. Succi Cydoniorum depurati quantum libet.
Coque ad Mellis ſpiſſitudinem.

Ejus multiplex uſus eſſe ſolet in diarrhœaællioſa, dyſenteria, ac alvi profluviis à calidis & acribus humoribus concitatis, vomitiones emendat: choleræ morbo medetur, & inteſtinorum hæmorrhagiam cohibet.

ROB CYNOSBATI.

Fit, ut Rob de Cornis, ex fructu Cynosbati, vel Roſarum ſylveſtrium, qui poſt florum defluvium circa finem Autumni, vel medio Autumno, pulcherrimo rubore matureſcit.

Uſurpatur ad renum calculos atterendos, & arenulas eorundem expurgandas, hæmorrhagias etiam uteri, renum ac veſicæ cohibendas: dyſentericis quoque auxilio eſt.

ROB EBULINUM.

℞. Succi Granorum Ebuli libram unam.
Inſpiſſetur lento igne, additâ librâ ſemis Sacchari.

Bilem, pituitam, & ſerum detrahit, ſudores movet, ac ob prædicta hydropicos adjuvat: leucophlegmatiæ, & podagræ, procurato ab ejus ſumtione ſudore, medetur.

ROB JUNIPERINUM.

Eodem modo, quo prius, parari conſuevit.

Frigidis ventriculi, inteſtinorum ac uteri malis magnoperè prodeſt; urinas, menſes, calculos ejicit: renes & veſicam à mucoſitate repurgat, flatus ventris diſcutit, pectus à craſſo & tenaciùs infarcto phlegmate expurgat, venena pellit: ob id plebi adverſus aëris infectionem, & contagioſos morbos antidotus familiaris exiſtit.

ROB PRUNORUM SYLVESTRIUM.

Fit ex pulpa Prunorum ſylveſtrium,
ut Rob de Cornis.

Dyſenteriam, diarrhœam, ac ventris profluvia, præſertim verò ſeroſa & bilioſa, adſtringendo, retardat.

ROB SAMBUCINUM.

Fit, ut Ebulinum.

Ebulino viribus affine eſt; etenim ictericos & hydropicos juvat, in eryſipelate prodeſt, ſudoreſque prolicit, ac ſerum acre, nec non bilioſi ichoris abundantiam evacuat.

CLAS-

CLASSIS PRIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

SYRUPUS DE SUCCO ACETOSÆ MESUÆ,

℞. Succi Acetosæ depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam semis.
Coquantur ad Syrupi consistentiam.

Febribus biliosis & pestilentibus salubris, viscerum nimium calorem moderatur, ipsaque roborat.

Welschianus hunc Syrupum parandi modus: ℞. succi acetosæ depurati ℔vj. inde cucurbitæ vitreæ, destilla aquæ ℥xx. quas serva; residuum mox exprime, expresso adde Sacchari ℔iij. clarifica cum ovi albumine, trajice per manicam Hippocratis dictam, coque ultra consistentiam tabell. pharmacopœo notam, ab igne remoto admisce aquam supra destillatam. F. Syrupus. Potest etiam absque destillatione parari, ut Syrupus de betonica simplex. Quod si cui placuerit, poterit magma illud seu recrementum expressionis probe exsiccatum in cinerem redigere, exinde sal, ut moris est, elicere, & Syrupo deinde adjungere, id quod etiam in omnibus aliis Syrupis observari secundùm Welschium potest. *Verùm sal hoc quia lixiviosam naturam habet, Syrupo huic ut admisceatur, non conducere potest, quod ob alcalicam suam vim, gratam, utilem & expetitam Syrupi aciditatem admodum immutat ac destruit; id quod etiam de reliquis Syrupis acidis intelligendum est. Prout nec in aliis quibusdam, adstrictoriam nempe facultatem, cui sal alcalicum contrariatur, præ se ferentibus; locum additio hæc facilè inveniet; in aliquibus autem, ex. gr. è violis parato, coloris & saporis nativam gratiam inde perverti contingit. Cæterùm quod perpaucas subtiles particulas, destillatione obtinendas attinet, maxime huc quadrat, quod supra circa Syrupum de absinthio fuit monitum. Succi autem acetosellæ depurati sufficientem quantitatem cum Sacchàro clarificato ad crassissimam consistentiam cocto miscere, non inelegantem quidem præparationem innuit, ast ob parciorem succi, cujus vires tamen unicè hic expetuntur, minùs efficacem Syrupum suppeditat.*

SYRUPUS DE SUCCO ACETOSELLÆ.

℞. Succi Acetosellæ depurati libras duas,
Sacchari clarificati libram unam.
Coquantur in Syrupum.

Viscerum inflammationibus, nec non malignis, ac pestilentibus febribus confert, sitim, ac sanguinis ebullitiones compescit, & cor roborat; aphthis etiam auxiliatur.

SYRUPUS ACETOSUS SIMPLEX MESUÆ.

℞. Sacchari clarificati libras quinque,
Aceti libras tres.
Coquantur ad justam consistentiam.

Humorum crassitiem incidit, attenuat & abstergit; unde obstructiones aperit, & affectibus calidis, ac biliosis confert.

Welschius Syrupum hunc sic parat: ℞. Sacchari ℔v. aquæ font. q. s. clarificetur cum albumine ovi, trajiciatur per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto adde aceti acerrimi aliquoties per chartam emporeticam transmissi ℔ij. ℥ix. ʒvj. F. Syrupus. Si quis tamen omnino ex aceto destillato Syrupum præoptaret, posset eundem hac ratione parare: ℞. Sacchari ℔v. aquæ font. q. s. clarifica. cum ovi albumine, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto admisce aceti destillati per MB. à phlegmate separati ℔ij. ℥ix. ʒvj. F. Syrupus, cui denique adjunge crystallos aceti, ex residuo destillationis s. a. paratos.

SYRUPUS ACETOSUS COMPOSITUS MESUÆ.

℞. Rad. Fœniculi,
Apii,
Endiviæ ana uncias tres,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Apii ana unciam unam,
Endiviæ unciam semis.
Coquantur lento igne in libris sex aquæ ad dimidias: colatura cum
Sacchari albi libris tribus,
Aceti acerrimi libris duabus,
Coquatur secundùm artem in Syrupum.

Obstructiones viscerum, jecoris, lienis, renum &c. reserat, humorum crassitiem tenuat, urinas promovet, febres compositas & nothas, prout & ventriculum bile ac pituitâ crassâ refertum corrigit.

Welschius hunc in modum parat: ℞. species præscriptas præscripto pondere; incisas & contusas immitte cucurbitæ vitreæ, adfunde aceti acerrimi ℔ij. ℥iv, macera per 24. horas, destilla in arena ℥xx. quas serva, deinde residuo adfunde aquæ font. s. q. coque & exprime, expresso adde Sacchari ℔iij. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. notam, deinde ab igne remoto admisce aceti supra à speciebus destillati ℥xx. F. Syrupus. Cui, qui volet, poterit & sal ex magmate destillationis relicto s. a. extractum admiscere; quod de omnibus Syrupis observari potest; laboriosum tamen & sumptuosum hoc esset. *Confer. Syrupus ex succo acetosæ. Metuendum est in hoc Welschiano modo, ne destillatio in arena facta, ob magnam specierum molem & aceti paucitatem, liquori destillato empyreuma imprimat. Si quis autem partium subtiliorum connubium in hoc Syrupo desideraret, posset species odoratas in aceto acerrimo macerare, postea colare & fortiter exprimere, expressum filtrando depurare, remanentiam cum aqua sufficiente quantitate coquere, colare, additâque Sacchari debitâ quantitate, ope album. ovi clarificare, ad debitam consistentiam coquere, & tandem præfatum acetum admiscere.*

SYRUPUS ACETOSUS DIARRHODON MESUÆ.

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,
Endiviæ ana uncias duas,
Rosarum unciam unam,
Glycyrrhizæ unciam semis,
Spicæ drachmas duas semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Apii ana drachmas septem,
Succi Endiviæ,
Apii ana libras duas semis,
Aceti libras duas,
Sacchari libras tres,
Coquantur lege artis in Syrupum.

Usus ejus est ad febres complicatas: hepatis & splenis obstructiones aperit, & viscera corroborat.

Welschius in Zwelferi modo taxat, quòd 1. rosarum dosin, contra Mesuæ mentem duplicet, præcipue cum à rosis aperientem Syrupi virtutem impediri credat; 2. frustra cucurbitam terream pro destillatione denominet, quia vitrea etiam sufficiat; 3. duplicem aquam exstillet; 4. macerationem ante destillationem omittat; 5. paucas ebullitiones instituat, quibus subtiliores odoratioresque partes exhalare coguntur. Ipse vero talem modum proponit: ℞. species omnes, in eadem, quam ex Mesue Augustani ponunt, quantitate; incisas & contusas immitte cucurbitæ vitreæ, adfunde succi endiviæ, apii ana ℔iiß. aceti optimi ℔ij. macera per 24. horas, deinde destilla ℥xx. quas serva; residuum mox fortiter exprime, expresso adde Sacchari ℔iij. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. deinde ab igne remoto adde aquæ supra destillatæ ℥xx. F. Syrupus. Cui, qui volet, sal ex magmate Specierum & herbarum præscriptarum s. a. paratum addere potest, aut etiam alios paratos ex herbis ingredientium succorum sales adjicere.

SYRUPUS ADIANTINUS FERNELII.

℞. Adianti albi, id est, Rutæ murariæ manipulos tres,
nigri, seu Capilli Veneris,
vulgaris, id est, Polytrichi aurei,
Saxifragiæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Aspleni ana manipul. duos
Coquantur ex aquæ libris octo, usque dum ad quinque redeant. In expresso solvantur
Sacchari albi libræ quatuor,

Mellis

Mellis optimi despumati libra semis.
Fiat ex arte Syrupus.

Omnes in quacunque corporis parte humores crassos incidit, atque detergit.

Welschius animadvertit, Syrupus hic ex herbis recentibus ut paretur, frustra à Zvvelfero præcipi, cum apud nos nec Capilli Veneris crescant, nec Asplenum. Ipse verò hunc modum parandi laudat: ℞. herbas præscriptas præscripta quantitate, inde cucurbitæ vitreæ, adfunde aquæ font. ℔v. stent ita per 24. horas, deinde destillando prolice ℥xvj. quas serva; residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔iv. mellis optimi ℔ß. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ad consistentiam debitam (non tamen ad consist. tabell.) ne residuum aduratur, cui ab igne remoto adde aquæ supra destillatæ ℥xvj. F. Syrupus.

SYRUPUS DE AGRESTA MESUÆ.

℞. Omphacii depurati seu Agrestæ libras quinque,
Sacchari clarificati libras tres.
Coquantur in Syrupum.

Adstringit, refrigerat & siccat, ideoque à putredine vindicat, & febribus biliosis, choleræ morbo, ac dysenteriæ medetur. Post cibum sumtus, vomitum immoderatum, ab æstuante bile, aut inflammatione, sanat; prægnantium etiam malaciam emendat.

Agresta, succus est ex uvis immaturis expressus, paulò antequam maturuerint; is Græcis Omphacium dicitur. Hoc autem loco Agresta sumi debet nondum coctione densata, sed expressa tantùm & depurata.

Welschius hac ratione parat: ℞. Sacchari ℔iv. solve cum aq. font. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coq. ultra consistentiam tabell. ab igne remoto admisce Omphacii ℥xxvij. F. Syrupus. *Confer. Syrupus de Agresta.*

SYRUPUS ANAGALLIDIS.

℞. Succi ex herba Anagallidis flore phœniceo, expressi & depurati libras tres,
Sacchari clarificati libras duas.
Coquantur in Syrupum.

Vires ejus sunt cephalicæ, maniacis præsertim commendatæ; potissimùm adhibetur in torminibus infantum.

SYRUPUS APERIENS MAGISTRALIS D. MINDERERI.

℞. Succ. depuratorum:
Rad. Cichorii,
Pimpinellæ ana libram unam,
Fumariæ,
Lupuli ana uncias sex,
Petroselini,
Fœniculi ana uncias tres,
Rad. Apii,
Enulæ,
Asparagi,
Eryngii,
Vincetoxici ana unciam unam,
Herbarum Agrimoniæ,
S. Kunegundis seu Eupatorii,
Avicennæ,
Agerati ana manipul. unum,
Foliorum Cuscutæ,
Ceterach,
Adianti utriusque,
Cardui benedicti,
Comarum Absinthii Pontici,
Florum Centaurii minoris ana manipulum semis,
Granorum Alkekengi unciam unam,
Aquæ fontanæ libras tres,
Aceti Scillitici libras duas,
Sacchari albi libras tres semis,
Fiat secundùm artem Syrupus justæ consistentiæ.

Omnibus jecoris, mesenterii, hepatis ac venarum mesaraicarum obstructionibus; nec non diuturnis febribus, & ex eis natis cachexiis, ac hydropi prodest. Acui ejus vis potest Spiritu chalcanthi.

Circa Syrupum hunc animadvertit Welschius: 1. Zvvelferum falsò adstruere, quod succos ex radicibus cichorii, pimpinellæ, fumariæ, lupuli, petroselini, & fœniculi expressos Mindererus præscripserit, cum saltem cichorii succum ex ejus radicibus prolectum ab eo fuisse positum, Augustanorum autographum clare satis ostendat; nec cicho-

cichorium Auguſtanis ſuccum denegat, quod nempe in magna ſatis copia apud nos ſeritur, ut etiam in acetariis viliſſimus quisque copioſe comedere ſoleat; 2. fruſtra coctionem rejicere, quod ſcilicet partes ſubtiliores ſic exhalent, quos ipſe alibi ſæpe coxerit, & hac ipſa in compoſitione una vel altera ebullitione diſperdat; 3. difficile ipſi videri, vires ingredientium quod conſervari poſſint; aliter enim ſe rem habere, ſuum parandi modum fidem facere monet, videlicet dum ſpeciebus inciſis & contuſis ac vitreæ cucurbitæ immiſſis adfundit ſuccos ex radicibus cichorii & herbis &c. ut & acetum ſcilliticum; macerat per 24. horas, deinde deſtillat in arena ℥xvj. quas ſervat; reſiduum exprimit, expreſſo addit Sacchari ℔iiiß. clarificat cum ovi album. trajicit per manicam Hipp. coquit ad conſiſtentiam debitam, eique ab igne remoto aquæ ſupra deſtillatæ ℥xvj. admiſcet.

SYRUPUS FLORUM AURANTIORUM.

℞. Florum Aurantiorum recentium libram ſemis.

Infundantur in aquæ fontanæ calentis libris duabus, horis viginti quatuor: tum rejectis prioribus floribus, cum totidem novis infuſio reiteretur, idque trinâ vice fiat. Tandem colatura depurata cum ſacchari albiſſimi clarificati & ultra tabellarum conſiſtentiam cocti ſufficiente quantitate redigatur in Syrupum.

Cor, ac cerebrum recreat, ſpiritus inſtaurat, ſudoresque movet, peſtilentibus ideò febribus ſalutaris.

In Zvvelferiano modo Welſchius animadvertit, quod 1. inutiliter flores aurantiorum aqua roſarum humectari jubeat, quæ refrigeret, flores autem calefaciant; nec odor hic principaliter, ſed efficax medicamentum requiratur; 2. quantitatem florum non deſignet; 3. ad Sacchari ℔j. accipiat aquæ fragrantis ℥vij. vel viij. aſt has nimias eſſe, præſertim cum Saccharum cum pari quantitate decocti mucilaginoſi, ob lentorem ſuum, coctione non poſſit ad conſiſtentiam tabell. redigi; 4. diſſolutionem in MB inſtituat, quod ſuperfluum; 5. Sacchari ℔j. cum pari decocti quantitate non poſſit redigi coctione ad conſiſtentiam tabulati, ob decocti lentorem quaſi mucilaginoſi, adeo ut deinde aquæ ſpirituoſæ deſtillatæ ℥vij. non queant immiſceri, ſi debita Syrupi conſiſtentia deſideretur. Ipſe poſtea ſuum modum addit: ℞. florum aurantiorum recent. aquæ ſimpl. ana ℔iß. macera per 24. horas in cucurbita vitrea, juncturis optime obturatis, deinde deſtilla in MB. & prolice ℥vj. quas ſerva, deinde aquam ſecundam ſerva pro aliis uſibus; reſiduum exprime, expreſſo adde Sacchari ℔ij. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coq. ad conſiſtentiam mellis craſſioris, (ultra enim absque aduſtione fieri nequit,) cui ab igne remoto admiſce aquæ prioris deſtillatæ ℥vj. F. Syrupus. Pro delicatulis poſſet fieri ſola permiſtione aquæ flor. aurantiorum cum Saccharo clarificato & debito modo inſpiſſato.

SYRUPUS E SUCCO AURANTIORUM.

℞. Succi Aurantiorum depurati libras tres,
Sacchari albiſſimi libram unam ſemis.
Coquantur ſecundùm artem in Syrupum.

Dupliciter hic Syrupus præparari poteſt, è ſucco nimirum Aurantiorum dulcium, & acidorum: quorum hic nauſeam, ſitim, & cordis tædia pellit; ille calidis faucium ac pectoris malis opitulatur.

Welſchianus modus: ℞. Sacchari ℔iv. ſolve cum aqua font. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ultra conſiſtentiam tabell. ab igne remoto admiſce ſucci aurantiorum depurati & per chartam emporeticam transmiſſi ℔ij. ℥iij. F. Syrupus.

SYRUPUS DE BETONICA SIMPLEX.

℞. Succi Betonicæ depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam ſemis.
Coquendo fiat Syrupus.

Ad capitis & uteri vitia efficax: leniter aperit, concoquit & abſtergit, ac menſes moderate provocat.

In primo Zvvelferi modo Welſchius taxat, quod ℔ij. ſucci vel aquæ deſtillando evocet, cum ℥x. ʒj. pro requiſita Sacchari ℔iß. ſufficiant; & ſucci reſidui ℔j. pro dicta Sacchari quantitate ad Syrupum elegantem conficiendum nimis ſit exigua. In ſecundo modo, quod 1. ſucco immergat herbam recentem, cum tamen ex hac nil aliud quam ſuccus aut aqua deſtillari poſſit; unde ſatius fuerit pro ℔iv. ſucci & ℔j. herbæ accipere ℔v. ſucci. Sic enim efficacior fuiſſet Syrupus, quia ℔j. herbæ non reddat ſucci libram integram; 2. ſuarum rerum, ut ubique fere, plane incertus ſcribat pro ℔ij. Sacchari deſtillandam eſſe aquæ ℔j. h. e. ℥xij. vel

vel ℥xv. atqui illam quantitatem pro ℔iij. Sacchari nimis esse exiguam, hanc verò nimiam, cum ℥xiiiß. sufficiant, ideoque ℥iß. supersint rejiciendæ: *de quo tamen dubitare liceat, cum Zwelferus in præfatione ad Classem primam, ad Sacchari libram unam utplurimum uncias septem vel octo liquoris requirat, ipse etiam Welschius uncias novem immisceri posse, in notis ad Proœmium Zwelferianum MSS. moneat, qui tamen aliàs ad libram unam Sacchari tantum uncias sex cum totidem drachmis, uti in hoc, ita aliis quibusdam, nimis scrupulose drachmas duas (imò etiam unciam,) detrahens, admittit;* 3. sola dissolutione Syrupum fieri velit, cum omne Saccharum sit impurum, & omne ideo clarificandum. Welschius verò suum modum his verbis proponit: ℞. succi beton. depurati ℔iij. destilla in cucurbita vitrea ℥x. ʒj. quas serva; residuo adde Sacchari ℔iß. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabulati, cui ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℥x. ʒj. F. Syrupus. Subjungit dein alium simpliciorem modum ex succo sine destillatione: ℞. Sacchari ℔iv. solve cum aqua font. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto adde succi betonicæ depur. & filtr. ℥xxvij. F. Syrupus. *Quem tamen posteriorem succi admixti paucitas priori longe inferiorem esse virtute, ostendit.*

SYRUPUS DE BETONICA COMPOSITUS.

℞. Betonicæ manipulos tres,
Majoranæ manipulum unum semis,
Thymi,
Rosarum ana manip. unum,
Violariæ,
Stœchadis,
Salviæ ana manipulum semis,
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Ammeos ana unciam semis,
Rad. Pæoniæ,
Polypodii,
Fœniculi ana drachmas quinque.

Fiat decoctio in libris sex aquæ, ad medietatis consumtionem, colaturæ postmodum addendo

Succi Betonicæ libras duas,
Sacchari libras tres.
Fiat f. a. Syrupus.

Viribus ad simplicem accedit; licet ejusdem usui Syrupus de Stæchade Fernelii successerit.

Hic Zvvelferum inprimis taxat Welschius, quòd aquam destillet ferè ad siccitatem specierum, quas utplurimum recentes vult accipi, unde cum & ipsæ in se quandam humiditatem habeant, hinc destillando ad minimum libræ duæ aquæ impetrentur, quæ quantitas nimia sit pro ℔iij. Sacchari; nisi quæ superfluæ sunt, una, eaque satis violenta ebullitione exhalare debeant. Welschii modus parandi ita se habet: Species præscriptas præscripto pondere; incisas & contusas inde cucurbitæ vitreæ, adfunde succi betonicæ depurati ℔vj. (NB. quantitas succi in composito eadem est, quæ in simplici, in hoc nostro modo) macera per horas 24. destilla ℥xx. ʒij. quas serva; residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔iij. clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto admisce destillati superioris ℥xx. ʒij. F. Syrupus.

SYRUPUS DE BUGLOSSO.

Paratur eodem modo, quo Syrupus de Boragine.

Quoad vires & Welschianum parandi modum etiam cum eodem convenit.

SYRUPUS BYZANTINUS SIMPLEX MESUÆ.

℞. Succ. Endiviæ,
Apii ana libras duas,
Lupuli,
Buglossi ana libram unam.

Ferveant simul, ac depurentur. Postea eorum libræ quatuor cum Sacchari clarificati libris duabus semis, lento igne in Syrupum percoquantur.

Febres putridas mixtas ex humore bilioso & pituitoso, solutu contumaces juvat: obstructionesque viscerum aperit.

Circa hujus Syrupi præparationem Welschius Lectorem ad Syrupum de betonica remittit.

SYRUPUS BYZANTINUS COMPOSITUS MESUÆ.

℞. Succ. Endiviæ,
Apii ana libras duas,
Lupuli,
Buglossi ana libram unam.
In his succis decoquantur.
Rosarum rubrar. unciæ duæ,
Glycyrrhizæ uncia semis,
Spicæ Indicæ drachmæ duæ,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Apii ana drachmæ tres:
Colaturæ addendo
Aceti libras duas,
Sacchari albissimi libras tres,
Coquantur, ut est artis, in Syrupum.

Ad prædicta omnia valentior; hepatis inprimis & splenis pertinaces obstructiones reserat, ventris inflationi, ac hydropi incipienti medetur.

Welschianus parandi modus: ℞. Species præscripto pondere, immitte in cucurbitam vitream, adfunde succos & acetum præscripta quantitate, destilla in arena ℥xiv. quas serva; residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔iij, clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ad consistentiam debitam, ut sæpiùs dictum, deinde ab igne remoto adde destillati superioris ℥xiv. F.

SYRUPUS DE CALAMINTHA MESUÆ.

℞. Calaminthæ montanæ, seu Nepetæ, domesticæ ana uncias duas,
Sem. Ligustici,
Dauci,
Schœnanthi ana drachmas quinque,
Uvarum passarum libram semis,
Aquæ libras sex.

Primo coquantur Uvæ passæ cum reliquis ad medias, in fine addatur Schœnanthos. Expressum cum mellis despumati libris duabus s. a. fiat Syrupus.

Viscerum obstructiones levat, dum incidit, attenuat, tergit, & aperit; menses movet, tussi inveteratæ, asthmati, & intemperiei viscerum frigidæ convenit.

Postquam Welschius Zvvelferum, secus ac in animadvers. circa Syrupum aper. magist. Minderéri promiserat, omissa compositionum mutatione, præparationem saltem veram & legitimam se demonstraturum, innuisse, hîc vero pondus calaminthæ & seminum mutasse monuerat, insuper animadvertit: 1. eum aquæ tantùm libram dimidiam adfundere, cum rectius aquam residuo à destillatione destinatam simul isti destillationi submisisset, atque liquoris s. q. prolicuisset; 2. nullam macerationem, aliis in Syrupis, ubi tamen minus opus erat, injunctam, præscribere; 3. destillatum pro mellis ad consistentiam crassissimam percocti libris duabus non sufficere. Unde talem modum ipsemet suppeditat: ℞. Species secundùm præscriptionem Mesuæ; incisis & contusis adfunde in cucurbita vitrea aquæ ℔v, macera per 24. horas, deinde destilla ℥xß. quas serva; residuum exprime, & cum album. ovi clarifica, cui adde mellis despum. ℔ij. unâ vel alterâ ebullitione factâ, trajice per manicam Hipp. dein coque ultra consistentiam suppositoriorum, cui ab igne remoto admisce destillati superioris ℥xß. F.

SYRUPUS DE CAPILLIS VENERIS SIMPLEX.

℞. Capillorum Veneris uncias sex.
Macerentur in libris sex aquæ, horis viginti quatuor: deinde coquantur ad medietatis consumtionem: Colaturæ addendo Sacchari libram unam semis,
Fiat, ut artis est, Syrupus.

Ad thoracis affectiones calidas ac destillationes tenues præstans est: pleuritidi proinde incipienti idoneus, cùm materia calida, aut mixta ob tenuitatem promtè ejici nequit: obstructiones præterea vasorum leniter aperit.

Welschius hic Ludov. Septalium, lib. 6. caut. & animadv. med. §. 137. adducit, ubi Capillos Veneris, & alia similia coquenda esse negat, quòd vires suas in superficie sortita sint, quas coctione amittant &c. Unde hunc modum ipse tradit: ℞. capill. Vener. ℥vj. macera in ℔iij. aquæ per horas 24. in vitrea cucurbita, deinde destilla ℥x. ʒj. quas serva; residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔iß, clarifica cum album. ovi, trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto adde aquæ supra destillatæ ℥x. ʒj. F. Syrupus.

SYRU-

SYRUPUS DE CAPILLIS VENERIS COMPOSITUS.

℞. Capillorum Veneris uncias quinque,
Glycyrrhizæ uncias duas,
Aſpleni, ſeu Ceterach manipulum unum.

Macerentur in libris ſex aquæ, horis viginti quatuor: deinde coquantur ad medietatis conſumtionem. Colaturæ addendo
Sacchari clarificati,
Penidiorum,
Aquæ Capillorum Veneris ana uncias octo,
Fiat Syrupus ſecundùm artem.

Venarum meatus leniter expurgat, obſtructiones aperit, è renibus item & veſica mucores ac arenulas expellit: quem in finem Dodonæus Radicum Ruſci & Aſparagi ana unciam unam, ac Seminis inſuper Malvæ drachmas duas addendas cenſet.

Welſchius hunc ita parat: ℞. capill. Vener. ℥v. glycyrrhiz. ℥ij. aſpleni ſeu ceterach Mi. macera in aquæ capill. Ven. ℥viij. & aquæ commun. ℔iſs. in cucurb. vitrea, deſtilla ℥ix. quas ſerva, reſiduum exprime, expreſſo adde Sacchari ſimpl. & penidiati ana ℥viij. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ultra conſiſtentiam tabellati, cui ab igne remoto admiſce aquæ ſupra deſtillatæ ℥ix. F. Syrupus.

SYRUPUS DE CICHORIO SIMPLEX.

℞. Succi Cichorii depurati libras tres,
Sacchari clarificati libram unam ſemis.
Coquantur in Syrupum.

Hepatis ac renum intemperiem calidam emendat: febribus auxiliatur, bilis acrimoniam temperat, refrigerat, humectat, & obſtructiones expedit.

Compoſitus, ſeu de Cichorio cum Rhabarbaro, inter Purgantes requirendus.

SYRUPUS DE ENDIVIA SIMPLEX.

℞. Succi Edriviæ depurati libras octo,
Sacchari libras quatuor.

Coquantur, ut eſt artis, in Syrupum.

Ad hepatis, & viſcerum intemperiem calidam eſt utilis: ſitis ardores compeſcit, ac morbi lateralis initiis convenit.

Ad Syrupi de Betonica ſimplicis elaborationem hujus ut & ſeqq. de farfara, fumaria, hedera terr. aliorumque præparatio à Welſchio inſtituitur.

SYRUPUS DE ENDIVIA COMPOSITUS.

℞. Endiviæ recentis,
Boraginis,
Scariolæ,
Hepaticæ,
Bugloſſi,
Meliſſæ,
Eupatorii,
Lactucæ ana manip. unum,
Sem. quatuor frig. major. ana unciam unam,
Florum Cordialium ana drachmas tres,
Sandali albi,
rubri ana drachmam unam.

Coquantur in aquæ fontanæ libris ſex, ſecundùm artem ad medias: deinde colaturæ addendo

Succi Endiviæ depurati libras quinque,
Granatorum uncias tres,
Sacchari albi libras quatuor,
Fiat Syrupus, ut eſt artis.

Potens eſt in magno præcordiorum incendio, nec non ventriculi & hepatis intemperie calida, febribus pariter bilioſis & ardentibus: obſtructiones reſerat, ac urinas promovet.

Welſchius hunc Syrupum ita conficit: ℞. ſpecies omnes præſcripta quantitate, adfunde ſuccos & aquam, deſtilla in cucurb. vitr. ſ. a. ℥xviij. quas ſerva; reſiduum exprime, expreſſo adde Sacchari ℔iv. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ad conſiſtentiam debitam, cui ab igne remoto admiſce aquæ deſtillatæ ſuperioris ℥xviij. F. Syrupus.

SYRU-

SYRUPUS DE EUPATORIO MESUÆ.

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,
Endiviæ ana uncias duas,
Glycyrrhizæ,
Schœnanthi,
Cuſcutæ,
Abſinthii,
Roſarum ana drachmas ſex,
Capillorum Veneris,
Cardui benedicti,
Eryngii,
Florum Bugloſſi,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Eupatorii Meſ. ſeu Agerati ana drachmas quinque,
Rhabarbari,
Maſtiches ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Aſari,
Folii, vel ejus loco Spicæ Romanæ ana drachmas duas,
Aquæ fontanæ libras octo.
Coquantur ad tertiæ partis conſumtionem;
Expreſſioni addendo
Succi Apii libras duas,
Endiviæ libram unam,
Sacchari libras quatuor,
Coquantur ſecundùm artem in Syrupum.

Prodeſt in febribus diuturnis ac tertianis nothis, ex bile aut pituita craſſa, quæ jecoris aut lienis obſtructiones parit, ortum ducentibus: aperit, incidit, tenuat, tergit, & digerit: adpetentiam excitat, robur ventriculi ſuſcitat, hydropi ſuccurrit, cacochymiam & cachexiam emendat: vitioſos ſuccos per urinas educit, intemperiem frigidam delet, flatus diſſipat, hypochondriorumque dolorem, ac tenſionem levat.

Hunc ad modum Syrupi de Betonica compoſiti fieri vult Welſchius.

SYRUPUS DE FUMARIA SIMPEX.

℞. Succi Fumiterræ depurati libras quatuor,
Sacchari clarificati libras duas ſemis.
Fiat Syrupus.

Sanguinem mundificat, obſtructiones reſerat, ventriculum & jecur roborat, unde icterum tollit, ventrem lubricat, urinas prolicit, cutis vitia, pruritum & ſcabiem aufert, demum ex viſcerum infarctu natas febres, præſertim bilioſas curat.

SYRUPUS GRANATORUM DULCIUM.

Paratur eodem modo, quo Syrupus Granatorum acido-dulcium.

Tuſſem ſedat, exſcreationes promovet, humectando ſitim mitigat, ac pectus lenit.

SYRUPUS FLORUM HYPERICI.

Paratur ut Syrupus de Boragine.

Calculoſis, ac renum dolores patientibus auxilio eſt, urinas movet, vermes enecat, nec non cordis cerebrique vires adauget.

Welſchius hunc Syrupum uti illum ex floribus Aurantiorum præparat.

SYRUPUS DE LUPULO.

℞. Succ. depurati Lupuli libras quatuor,
Fumariæ libras duas,
Sacchari clarificati libras quatuor.
Fiat Syrupus.

Ad jecoris intemperiem calidam, & bilis efferveſcentis impetum retundendum utilis: ſanguinem purgat, ejusque ebullitionem compeſcit: bilioſis inſuper febribus, ſynochis, cephalalgiæ calidæ, & ictero confert.

Paratur quoque hic Syrupus ex ſolo Lupuli ſucco, prout Meſue cap. de Volubuli docet.

In hujus Syrupi confectione ſtudendum, ut ſuccus è primis emergentis Lupuli turionibus, ſeu aſparagis, ante enata folia, exprimatur, non autem cùm jam planta provectior in caules adolevit.

SYRUPUS DE SUCCO MELISSOPHYLLI.

℞. Succi Meliſſophylli, ſeu Citrariæ veræ libras tres,

Abſtrahantur leni arenæ calore ejusdem unciæ ſex; in remanentia ſolvatur

Sacchari albi libra una ſemis.

Clarificetur cum albumine ovi, & ad debitam conſiſtentiam coquatur, poſtea additâ aquâ per deſtillationem abſtractâ,

Fiat Syrupus.

Ad cordis vires reparandas efficax: lipothymias ſanat, ſpiritus auget, ac peſtilentium febrium malignitati adverſatur: uteri inſuper affectibus ſummopere prodeſt, & præſertim menſes moram trahentes promovet.

SYRUPUS DE MENTHA MINOR MESUÆ.

℞. Succi Menthæ depurati,
Granatorum dulcium,
acidorum,
Sacchari ana libram unam.
Coquantur ſecundùm artem.

Commendatur in ventriculi intemperie frigida, ideoque vomitum, nauſeam, & ſingultum ſedat, ac alvi fluorem ſiſtit, ſtomachum quoque, & ventrem inferiorem blando ſuo calore, lenique adſtrictione confortat.

Welſchius hunc, ut & præcedentem, juxta Syrupum de Betonica ſimplicem vult fieri.

SYRUPUS DE MENTHA MAJOR EJUSDEM.

℞. Succi Cydoniorum acido-dulcium,
dulcium,
Granatorum acido-dulcium,
dulcium,
acidorum ana libram unam ſemis,

In ſuccis his, horis viginti quatuor macera

Menthæ ſiccæ libram unam ſemis,
Roſar. rubrar. uncias duas.

Coquantur lento igne ad dimidias, & poſt colaturam, addendo

Sacchari libras duas,

ad perfectionem, in fine autem aromatiſando Galiæ Moſchatæ veræ, tritæ & in ſindone ligatæ drachmis tribus.

Priore longè præſtantior, in quo parando Mentha parùm ſicca ſumenda eſt, quæ ſupervacaneam humiditatem, ſuis flatibus ventriculum turbantem depoſuerit.

In hoc Syrupo parando Welſchius Lectorem ad illum de Abſinthio remittit.

SYRUPUS DE SUCCO MERCURIALIS.

℞. Succi Mercurialis depurati libras tres,
Sacchari libram unam ſemis.
Coquantur in Syrupum.

Ejus uſus ad enemata paranda utplurimum commendatur: alvum enim leniter ſubducit, bilioſos & aqueos humores evacuans: uterum quoque impurum mundificat, & conceptioni habilem efficit.

Welſchius hunc, ut Syrupum ex ſucco Betonicæ, fieri jubet, abſurdum enim eſſe judicat, eundem cum Zvvelfero per ſimplicem coctionem parare, quia tantùm pro enematibus uſurpari ſoleat, addens: quaſi vero pro illarum partium affectibus medicamenta minus debeant eſſe efficacia? *Modò tantillulum ſubtiliorum particularum laborioſà deſtillatione conſervare, nimiæ curioſitatis ſuſpicionem non incurrat.*

SYRUPUS NEPHROCATHARTICUS JOUBERTI.

℞. Quinque Radicum aperientium ana uncias duas,

Rad. Raphani ſylveſtris,
Ononidis,
Bardanæ,
Ericæ,
Rubi,
Eryngii,
Leviſtici,
Rubeæ majoris ana unciam unam.

Macerentur contuſæ in aceto per diem naturalem: poſtea accipe
Calami aromatici,
Cyperi,
Aſari,
Valerianæ,
Althææ,
Cort. radicis Capparis,
Citri ſicc. ana unciam ſemis,
Saxifragiæ cum radicibus,
Plantaginis cum radicibus ana manip. duos,
Summitatum Malvæ,
Parietariæ,
Urticæ,
Aſparagi,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Quinque Herbar. Capillarium,
Naſturtii,
Siſymbrii aquatici,
Berlæ, id eſt, Sii, ſeu Laveris,
Crithmi marini,
Fragariæ ana manip. unum,
Pulpæ Paſſularum minorum,
Jujubarum,
Sebeſten,
Glycyrrhizæ raſæ ana uncias duas,
Caricarum pinguium numero triginta,
Granorum Halicacabi,
Juniperi ana numero viginti,
Quatuor Seminum frig. majorum, minorum.
Sem. Milii Solis,
Urticæ,
Ocymi ana unciam ſemis,
Carui,
Dauci,
Seſeleos ana drachmas duas,
Florum Cordialium,
Geniſtæ,
Hyperici,
Matriſylvæ ſeu Caprifolii German. ana pugillum unum.

Coquantur in ſufficienti quantitate decocti hordei, addito aceto infuſionis radicum. Libris quatuor colaturæ adde
Succi Limonum libram unam,
Sacchari & Mellis deſpumati ana libras duas.
Fiat Syrupus, qui aromatiſetur
Cinnamomi unciâ unâ,
Nucis Moſchatæ unciâ ſemis.

Reponatur in uſum.

Laborioſa hujus Syrupi eſt confectio, ejus tamen uſus quondam apud nos increbuerat, ob vires, quibus in cienda urina, renibusque à ſabulo liberandis pollet: calculos enim atterit, arenulas expurgat, urinarios meatus aperit, & mundificat. Datur commodiſſimè cum decocto Herniariæ, aut Cicerum rubrorum.

Apud nos tamen uſus ejus jamdudum eviluit; ut ita illis, qui eodem uti voluerint, ejus emendationem, quâ egere videtur, relinquere malimus: Welſchius autem eundem ad modum Syrupi aperientis Mindereri, vel acetoſi compoſiti conficit, pro pulpis tamen, ut labori parcatur, fructus ipſos, ſed in majori quantitate, quia in parandis pulpis ſemper aliquid decedit, accipiens.

SYRUPUS DE NYMPHÆA SIMPLEX.

Fit ex florum Nymphææ albæ infuſione, prout Syrupus Roſatus.

Inſigniter refrigerat, ſomnum conciliat, viſcerum æſtus mitigat, Veneris inſomnia cohibet, ſemen immodicè fluens reſtringit, ſitim ac febrium ardores temperat.

Hunc Syrupum Welſchius ita præparat: ℞. flor. Nymphææ albæ mundat. ℔ij. ℥viij. aquæ font. Menſ. iß. deſtilla in cucurbita vitrea & prolice ℥x. reſiduum exprime, add. Sacchari ℔ij. ℥viij, ſolve, clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coq. ad conſiſtentiam debitam, ne ſcilicet ob decocti lentorem mucilaginoſum aduratur, atque ab igne remoto adde aquæ ſupra deſtillatæ ℥x. F.

SYRU-

SYRUPUS DE NYMPHÆA COMPOSITUS FRANCISCI PEDEMONTANI.

℞. Flor. Nymphææ albæ uncias duas,
citrinæ,
Psyllii integri,
Sem. Acetosæ una unciam unam,
Quatuor frigid. major. ana unciam semis,
minor. ana drachmas duas,
Rad. Fœniculi unciam unam.
Coquantur in aquæ hordei libris quatuor ad medias: colaturæ addantur
Sacchari libra una,
Succi Granatorum acidorum,
Aceti ana unciæ duæ.
Fiat lege artis Syrupus, qui aromatisetur cum
Sandali citrini,
Spicæ Indicæ ana drachma una semis.

Valet ad biliosarum vehementiumque febrium æstus, dolores à bile procreatos, & capitis fervores; insomnium levat, sitimque extinguit.

Syrupum hunc juxta modum in Syrupo acetoso composito traditum parare docet Welschius, & reprehendit Zvvelferum, quòd semina frigida esse mucilaginosa scribat, quæ oleaginosa rectius dixisset; Psyllium enim integrum recipi, non semen ejusdem, quod mucilaginosum esse omnes sciant. Præterea Zvvelferi admonitionem reprehendit, qua cavere jubet, ne in coctura decoctum mucilaginosum reddatur; quod tamen in ejus modo non possit non accidere.

SYRUPUS DE PAPAVERE COMPOSITUS MESUÆ.

℞. Capitum Papaveris albi & nigri cum suis seminibus ana uncias sex, & drachmas duas,
Capillorum Veneris drachmas quindecim,
Glycyrrhizæ drachmas quinque,
Jujubarum numero triginta,
Sem. Lactucæ uncias quinque,
Malvæ,
Cydoniorum ana drachmas sex.
Coquantur in libris octo aquæ, ultra medietatis consumtionem: Postmodum accipiendo
Colaturæ libras tres,
Sacchari albi,
Penidii ana libram unam,
Fiat Syrupus.

Somnum conciliat, & refrigerat, catarrhum, tussim siccam, phthisim sedat: alvi etiam profluvio, ac dysenteriæ, quam materiæ acris & biliosæ effluxus excitat, medicatur, intemperiem calidam & siccam intestinorum emendat.

Rectius ex compositione hac Eclegma, quàm Syrupum parari arbitratur Welschius; quo de confer. Syrupus viol. comp.

SYRUPUS FLORUM PARALYSEOS.

Paratur ex florum infusione, ut Syrupus de Boragine.

Frigidos nervorum ac cerebri morbos egregie curat. Datur ideo convulsis, tremulis, & paralyticis: cordis etiam vires tuetur, ac oris ulcera sanat.

SYRUPUS DE PILOSELLA SEU HISPIDULA RENODÆI.

℞. Summitatum floridarum & recentium Pilosellæ libram unam.
Infundantur per horas duodecim, in libris quinque aquæ calentis, deinde lento igne bulliant: abhinc colaturæ libris quatuor addendo
Sacchari libras tres,
Coquantur ex arte in Syrupum.

Exhibetur potissimùm iis, quibus à capite aut aliis partibus in thoracem fit defluxio, & quibus pulmones pituitoso humore multo infarciuntur: siquidem humoris irruentis impetum cohibet, influxum coquit, partem affectam roborat, ac expectorationem promovet.

SYRUPUS DE POMIS SIMPLEX MESUÆ.

℞. Succi pomorum dulcium,
acidorum, ana defæcatorum libras quinque.
Cum Sacchari libris tribus fiat ex arte Syrupus.

Cor imbecillum roborat, syncopi, cordis palpitationi, ac omnibus cordis affectibus ab atra bile natis succurrit: ventriculum firmat, sitim sedat, febribusque biliosis auxiliatur.

E dulcibus eligenda sunt sapidissima, ex acidis, quæ vinosa dicuntur, nostris, Weinling aut Beyäpffel: quæ integra, hoc est, cum corticibus sunt exprimenda.

Welschius hunc Syrupum pari cum illo de Betonica præparationi submittit.

SYRUPUS DE PORTULACA MESUÆ.

℞. Sem. Portulacæ libram semis,
Succi Endiviæ cocti & depurati libras duas,
Sacchari libram unam,
Succi Granatorum acidorum uncias novem.

Tritum semen in succo Endiviæ macera viginti quatuor horis, postea lento igne coque ad dimidias: demum cum Saccharo secundùm artem percoque in Syrupum.

Potenter refrigerat, sitim, febrium ardores, ventriculi & jecoris calidam intemperiem moderatur. Eo efficaciter utuntur ad lumbricos, & interaneorum animalia expellenda, cortice Citri indito.

Welschianus parandi hunc Syrupum modus: ℞. semin. portulacæ ℔ß. succi endiv. ℔ij. succi granator. ℥ix. parumper contusum semen in succis macera, destilla inde ℥vj. residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔i. solve, clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℥vi. F. Syrupus.

SYRUPUS DE PRASIO MESUÆ.

℞. Prasii, seu Marrubii albi non admodum sicci uncias duas,
Glycyrrhizæ unciam unam,
Capillorum Veneris,
Hyssopi ana drachmas sex,
Calaminthæ,
Anisi,
Rad. Apii,
Fœniculi ana drachmas quinque,
Ireos,
Sem. Malvæ,
Fœnugræci ana drachmas tres,
Lini,
Cydoniorum ana drachmas duas,
Passularum majorum ab arillis liberatarum uncias quinque,
Caricarum pinguium numero sedecim.
Coquantur in aquæ puræ libris decem ad dimidias: expressioni addantur
Sacchari albi,
Mellis despumati ana libræ duæ.
Fiat lege artis Syrupus.

Ad longos & diuturnos thoracis affectus, tussim anhelam, senibus & frigidis naturis familiarem, ex crassa, frigida, & lenta materia, salutaris; asthmaticis prodest, suppuratorum pus egregiè dissolvit, incidit, tergit, atque educit.

Hunc Syrupum ita parat Welschius: ℞. species præscripto pondere, adfusâ aquâ, destilla in cucurbita vitrea s. a. ℥xiv. quas serva; residuum exprime, expresso adde Sacch. & mell. ana ℔ij. clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ad consistentiam debitam, cui ab igne remoto admisce destillati superioris ℥xiv. F.

SYRUPUS DE DUABUS RADICIBUS.

℞. Rad. Petroselini,
Fœniculi ana uncias quatuor,
Aquæ libras quinque.
Coque ad medias: colaturæ adde
Sacchari albissimi libras duas.
Fiat ex arte Syrupus.

Obstru-

Obstructionem viscerum aperit, humorum crassitiem extergit, purgat & tenuat: urinas promovet: in febribus compositis & nothis prodest, ventriculum bile ac pituitâ refertum allevat.

Welschiana hujus Syrupi præparatio fit ad methodum in Syrupo de capillis Veneris simpl. institutam, scilicet radices cum ℔iv. aquæ macerando, ℥xiiiß. inde destillando, & cum residuo expresso, ac Sacchari ℔ii. f. a. in Syrupum efformando.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS MESUÆ.

℞. Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroselini,
Asparagi,
Rusci ana uncias duas,
Aquæ font. libras sex,

Coquantur ad tertiæ partis consumtionem: expressum coquatur denuò secundùm artem cum
Sacchari libris tribus:
addendo in fine
Aceti albi uncias octo.

Humorum lentorem incidit, & præparat, obstructaque potenter aperit.

Hujus parandi ratio Welschiana sic se habet: ℞. radices præscript. adfunde aquæ ℔v. aceti ℥viii. macera, destilla inde ℥xx. ʒij. quas serva; residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔iij. cola, coque ultra consistentiam tabell. ab igne remoto admisce aquam superiorem destillatam, & F. Syrupus. *Magis placet Augustanorum modus, cum aceti potiores virtutes, in hoc medicamento utiles, conserventur, ibi verò in coctione non pauca in auras abigantur.*

SYRUPUS ROSATUS SIMPLEX.

℞. Rosarum rubrarum recentium libras duodecim,
Aquæ puræ calentis, quantum sufficit.

Rosæ contusæ stent in infusione per horas viginti quatuor, tum colentur, & colaturæ addantur Sacchari libræ quatuor.

Fiat secundùm artem Syrupus.

Abstergit, aperit, lenit, ac concoquit: bilem crudam, & humores pituitosos, febrium fomitem præbentes, expulsioni præparat, alvumque molliorem reddit.

Cum Rosarum partes subtiliores in hujus Syrupi coctione exhalent, & aquæ rosarum nullam purgandi facultatem inesse, nondum demonstratum esse credat Welschius, qua de re Casp. Hoffmannus de med. off. lib. 1. cap. 30. §. 21. qui Costæum ad ℥x. exhibitam purgare scribentem citat, legendus sit, destillationem in hujus Syrupi elaboratione Welschius commendat; *quam, cui curta rosarum est supellex, obire equidem poterit, aquam rosarum pro aliis usibus aptam impetraturus, qua cæteroquin in hoc Syrupo non indigemus, cum revera vis purgandi in florum istorum partibus subtilibus aut nulla, aut minimi momenti reputari debeat; vel, juxta celebr. D. D. Georg. Wolff. Wedelii decisionem in Pharmac. acroamat. lib. 2. sect. 1. cap. 5. §. 6. per accidens saltem operetur.* Talis autem est Welschianus parandi modus: ℞. rosar. rubr. recent. contus. ℔vj. aq. font. ℔viiij. stent per ♂.j. destilla inde ℔iij. ℥ivß. quas serva; residuum exprime, expresso adde Sacchari ℔vj. clarifica, cola, coque ultra consistentiam tabell. ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℔iij. ℥ivß. F.

SYRUPUS SCELOTYRBICUS.

℞. Succi Nasturtii aquatici,
Becabungæ ana libram semis,
Fumariæ,
Lupuli ana uncias tres,
Lento igne destillando abstrahantur ejus unciæ quatuor semis.

Residuum cum Sacchari unciis octo clarificetur, & ultra tabulati consistentiam coctum, cum aqua destillata permisceatur ad debitam Syrupi consistentiam.

Scorbuto inprimis medetur, ejusdemque Symptomata varia mitigat; lienis, & venarum mesaraicarum obstructiones aperit, erosioni oris, & gingivarum prodest.

Hujus Syrupi, ut & seqq. de scordio simplicis & de sempervivo simplicis, ad modum Syrupi de betonica simplicis Welschius præparationem instituit.

SYRUPUS DE SCOLOPENDRIO FERNELII.

℞. Polypodii querni,
Rad. Buglossi,
Cort. rad. Capparum,
Tamarisci ana uncias duas,
Scolopendrii veri, seu Ceterach manipulos tres,
Lupuli,
Capillorum Veneris,
Cuscutæ,
Melissophylli ana manipulos duos.
Coquantur in aquæ libris novem ad remanentiam librarum quinque: colaturæ adde
Sacchari albi libras quatuor.
Percoquantur lege artis in Syrupum.

Crassum melancholicum succum attenuat fluxilemque reddit: lienem ab obstructione liberat, tumentemque solvit: melancholiæ ideo, quartanis, diuturnisque febribus utilis.

Modum parandi hujus Syrupi in illo de quinque radicibus dicto observatum Welschius commendat.

SYRUPUS DE SCORDIO SIMPLEX.

℞. Succi Scordii depurati libras duas,
Sacchari libram unam semis.
Fiat ex arte Syrupus.

Ejus usus præcipuus est in pestilentibus & malignis febribus: internæ namque putredini & venenis adversatur, atque humorum corruptiones emendat, lumbricos enecat, menses ciet, vasa rupta glutinat, nec non sudores prolicit.

Notandum, in succi hujus defectu substitui posse decoctum Scordii, ex copiosa plantæ hujus quantitate paratum, quod multam herbæ vim imbiberit, ita ut suo valore succum æquet.

SYRUPUS DE SCORDIO COMPOSITUS HIERONYMI MERCURIALIS.

℞. Florum Nymphææ,
Rosarum,
Boraginis,
Citri,
Foliorum Sonchi,
Boraginis,
Acetosæ,
Pimpinellæ ana pugillos quinque,
Sem. Acetosæ,
Citri ana drach. quinque.
Decoque in Aquæ hordei libris tribus ad tertias: deinde recipe dicti decocti libras duas,
Succi Scordii depurati libras tres,
Sacchari fini libras quatuor.
Decoque secundùm artem, in fine addendo
Camphoræ,
Moschi ana scrup. semis.
Fiat Syrupus.

Describitur hic Syrupus ab Octaviano Roboreto in Tractatu de febre puncticulari, cui præcipuè convenit, prout morbis omnibus ab humorum corruptela seu putredine natis.

Welschii præparatio hujus Syrupi eadem est cum illa in Syrupo de betonica composito.

SYRUPUS DE SEMPERVIVO SIMPLEX.

℞. Succi Sempervivi depurati libras tres,
Sacchari albi libram unam semis.
Coque s. a. in Syrupum.

Febrium æstus extinguit, ac internis incendiis auxiliatur, ob id linguæ inflammationem ejusque ariditatem aufert.

SYRUPUS DE SEMPERVIVO COMPOSITUS.

℞. Foliorum Sempervivi recent. libras duodecim.
Contundantur in pila lapidea, adspergendo iisdem,
Salis ammoniaci mundi drachmas decem:
Stent probè tecta in vase fictili vitreato, per dies tres, vel quatuor, & quotidie agitentur. Postea exprimatur succus, qui cum saccha-

facchari libris fex in vafe itidem fictili, aut lapideo, coquatur lege artis in Syrupum juftæ confiftentiæ.

Easdem cum Syrupo de Sempervivo fimplici vires habet, efficacior tamen ad reftinguendum febrium calorem fupra modum adauctum.

SYRUPUS DE STOECHADE FERNELII.

℞. Florum Stœchad. uncias quatuor,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana unciam unam femis,
Salviæ,
Betonicæ,
Flor. Rorismarini ana unciam femis,
Sem. Rutæ,
Pæoniæ,
Fœniculi ana drachmas tres.

Incifa & contufa macerentur per 24. horas in Aquæ font. libris decem, & deftillando inde leni arenæ calore feparentur liquoris unciæ circiter quatuordecim; in quibus iterum per 24. horas infundantur:
Cinnamomi,
Zingiberis,
Calami aromatici ana drachmæ duæ.

Poftea Remanentia prima exprimatur, & quod expreffum eft, cum facchari libris quatuor clarificetur, atque ad debitam confiftentiam coquatur, additâque aromatum infufione filtratâ,
Fiat Syrupus.

Vires hujus Syrupi cephalicæ prædicantur, cerebri ideo ac nervorum affectibus frigidis & pituitofis eft dicatus.

Welfchii præparatio fic fe habet: ℞. flores, herbas, aromata, femina, præfcripta quantitate, incifis & contufis fingulis, prout apta nata funt, adfunde aquæ ℔x. macera per 24. horas, deftilla inde ℥xxvij. quas ferva; refiduum exprime, expreffo adde Sacchari ℔iij, folve, clarifica, cola, coque ultra confiftentiam tabell. cui ab igne remoto admifce aquæ fupra deftillatæ ℥xxvij. F. Syrupus.

SYRUPUS DE STOECHADE MINOR.

℞. Flor. Stœchadis uncias tres & drachmas fex,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana drachmas decem,
Anifi drachmas feptem,
Paffularum majorum ab arillis liberatarum uncias quatuor,
Aquæ libras feptem,
Sacchari aut mellis libras quatuor.

Fiat ad modum Syrupi de Stœchade Fernelii, & condiatur cum
Calami aromatici,
Cinnamomi,
Zingiberis ana drachma una femis.

Ventriculum, cor, cerebrum, ac hepar confortat: craffos humores, & tenacem lentamque pituitam incidit, obftructionesque à vifcidis humoribus obortas referat.

Welfchius in modo parandi Zvvelferiano, aquæ odoriferæ ℔iij. nimias effe animadvertit, quæ cum Sacchari ℔iv. folâ diffolutione, ac fine ulteriori coctione elegantem & juftæ confiftentiæ Syrupum largiantur; ipfe vero talem proponit: ut flores, herbas, aromata, femina & fructus, incifa & contufa, in aquæ ℔vij. maceret, uncias ℥xxvij. inde deftillet, & cum Sacchari una cum expreffo fucco clarificati, ac ultra confiftentiam tabell. cocti ℔iv. in Syrupum efformet. Eodem modo etiam fequentem præparat.

SYRUPUS DE STOECHADE MAJOR MESUÆ.

℞. Flor. Stœchad. uncias tres & drachmas fex,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani ana drachmas decem,
Anifi,
Pyrethri ana drachmas feptem,
Piperis longi drachmas tres,
Zingiberis drachmas duas,
Paffularum majorum ab arillis liberatarum uncias quatuor,
Aquæ libras octo,
Sacchari aut Mellis libras quinque.

Ean-

Eandem cum antecedente præparationem requirit, condiendus cum
Cinnamomi,
Calami aromatici,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Zingiberis,
Piperis nigri,
longi ana drachma una ſemis.

Affectibus cerebri & nervorum frigidis & pituitoſis convenientior, ubi incidentibus, & tenuantibus magis utendum eſt; unde paralyſi, ſpaſmo cynico, convulſioni, nec non epilepſiæ medicatur, deſtillationes frigidas conſumit & ſiccat, ac ventriculum confortat.

SYRUPUS DE SYMPHYTO FERNELII.

℞. Radicum & Cymarum Symphyti majoris manipulos ſex,
Roſarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis ana manipulos duos.

Ex tuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus, coquaturque ad libras tres, addendo
Sacchari albi libras duas ſemis,
Fiat ex arte Syrupus.

Tabidorum & ulceratorum pulmonum ſaniem & pus blande, ac ſine ſanguinis erupturi metu extergit, pulmonesque pariter confirmat.

Welſchius hunc Syrupum ut illum de betonica ſimplicem parare præcipit, ſcilicet ob roſarum, betonicæ &c. partes ſpirituoſas; *quibus tamen, ſi vires medicamenti hujus perpendere, & ſcrupuloſis nimis etiam nobis eſſe liceat, facile carere eum poſſe arbitramur.*

SYRUPUS E SUCCO VERONICÆ.

℞. Succi Veronicæ depurati libras tres,
Sacchari albi libram unam ſemis.

Coquantur ſ. a. in Syrupum.

Renum calculos & arenulas expurgat, eosque purulentos mundificat, & ſanat; pulmonum præterea exulcerationibus eximiè convenit, quorum ſaniem abſtergit, ulcera glutinat, nec non ſanguinis ſpuitionem prohibet; peſtilentibus etiam febribus ſalutaris.

Welſchius hunc Syrupum inſtar illius de Betonica ſimplicis parat.

SYRUPUS VIOLARUM SIMPLEX.

Fit eodem modo, quo Syrupus Roſatus ſimplex.

In febrium æſtibus, bilioſis & acutis morbis, viſcerum inflammationibus, ac ſiti commendatur.

In modo hunc Syrupum parandi Welſchius Lectorem ad roſatum ſimplicem remittit.

SYRUPUS VIOLATUS COMPOSITUS MESUÆ.

℞. Violarum recentium uncias duas,
Sem. Cydoniorum,
Malvæ ana unciam unam,
Jujubarum,
Sebeſten ana num. viginti,
Aquæ Cucurbitæ libras ſex.
Coquantur ad tertias; addendo
Sacchari libram unam ſemis,
Fiat Syrupus ſecundùm artem.

Pleuritidi & tuſſi ex cauſa calida medetur: non ſolùm leniendo, refrigerando, & humectando, ad gutturis aſperitatem utilis exſiſtit, ſed etiam ardentem urinam, ac nephriticum cruciatum demulcet.

Cucurbita deſtillanda eſt, dum adhuc tenera exſiſtit, & antequam indureſcere incipiat.

Circa hunc Syrupum Welſchius non aliud monet, quàm Eclegma potius ex eo fieri poſſe. *Aſt cum Syrupus ab Eclegmate parùm differat; quin ſi, uti communiter traditur, hoc craſſior tantum eſt Syrupus, paulo majori liquoris acceſſione evadet Syrupus, & ita non erit impoſſibilis Syrupi hujus præparatio; præſertim quia Auguſtani ſecundùm artem, & ita cum debita liquoris ad ſaccharum proportione eundem parare præcipiunt.*

MEL

MEL ANACARDINUM ALZARAVII.

℞. Anacardia recentia, i. e. ſucculenta atque vetuſtate non corrupta, tere, & in aquæ ſufficiente quantitate decoque, donec melleum ſuccum in aquam depoſuerint, exprime & clarifica, ulteriorique coctione in mellis conſiſtentiam redige.

Memoriæ jacturam reſarcit, labantes ſenſus reficit, ac mentem acuit: morbis cerebri frigidis & humidis conducit, nervorumque reſolutioni opitulatur.

Fuchſius paulò aliter deſcribit: Anacardia enim trita in aceto juſtæ quantitatis diebus ſeptem infundit, octavo die lento igne ad medietatem decoquit, & per linteolum colat, in ſucco autem Mel juſtæ quantitatis ad ſpiſſitudinem decoquit.

Poſtquam Zvvelferum Welſchius hîc taxavit, quòd 1. ſcribat: paretur vel coquendo, vel digerendo, 2. cùm, vel ſine aceto, quod non ſit idem, 3. percoquat etiam cum aceto ad conſiſtentiam, contra propriam in Syrupo acetoſo factam reprehenſionem, ipſe ſuum modum proponit: ℞. Anacardiorum ℥viij. infunde contuſa in ſ. q. aquæ, (vel ſi quis velit Fuchſium ſequi, aceti,) ſtent in loco calido, deinde deſtilla (nos enim anacardia in aqua infudimus, poſtea deſtillavimus, prodiit aqua reſinoſi odoris & ſaporis) inde aquæ ℥x. (aliàs eſſent ℥xß. ſecundùm noſtram conſuetudinem,) quas ſerva; reſiduum exprime, expreſſo & clarificato adde mellis optimi deſpumati ℔ij. coque ultra conſiſtentiam ſuppoſitoriorum, cui ab igne remoto admiſce aquam ſupra deſtillatam. F.

MEL EMBLICORUM.

℞. Myrobalanorum Emblicarum numero quinquaginta.

Contundantur mediocriter, & decoquantur in libris tribus aquæ ad conſumtionem librarum duarum: reſiduo colato & clarificato addatur Mellis deſpumati tantundem, & ad juſtam conſiſtentiam coctio inſtituatur.

Cor, cerebrum, jecur, nec non ventriculum confortat.

MEL MERCURIALIS.

℞. Succi Mercurialis libras tres,
Mellis puri ac optimi libram unam ſemis.

Coquantur & deſpumentur, ut artis eſt.

Easdem cum Syrupo vires obtinet, magis tamen abſtergit, ideoque alvum (ubi Enematibus inditur) felicius ſubducit.

Verum modum parandi eſſe putat Welſchius, ſi juxta Mel Menthæ inſtituatur.

MEL PASSULARUM.

℞. Uvarum paſſarum libras quatuor,
Aquæ libras duodecim.

Inciſæ Paſſulæ macerentur horis viginti quatuor in Aqua, deinde coquantur ad remanentiam tertiæ partis: Colentur, & ad Mellis conſiſtentiam coctione redigantur; ob quam vocatur Mel Paſſularum.

Pectoris vitiis, præcipuè verò deſtillationi acri, & calidæ à ſalſis humoribus obortæ conducit, dum aſperam arteriam lenit, & humectat, expectorationem promovet, tuſſim itidem, ac raucedinem mitigat.

MEL ROSATUM MESUÆ.

℞. Roſarum rubrarum nondum penitus apertarum libras duas,
Mellis optimi libras ſex.

Coquantur lento igne ſecundùm artem.

Id vulgus quondam plerumque expetiit, ac uſurpavit: eodem raucedines mitigare, aſperæ quoque arteriæ, columellæ, fauciumque noxas depellere, edoctum.

Mel hoc inſtar anthoſati ſecundi parandum eſſe Welſchius monet.

MEL ROSATUM CITRATUM.

℞. Mellis Rosati simpl. ad perfectionem cocti libras duas,
Huic, dum adhuc à coctura fervet, infunde
Cort. Citri recentium & extimorum libram unam;
Stent in infusione per mensem, postea Mel transcoletur, ac reponatur.

Frigidis ventriculi & cordis affectibus succurrit; abstergit, tenuat, concoquit; corruptionem humorum, eorundemque putredinem arcet, ideoque oris fœtorem corrigit. Requiritur potissimùm ad compositionem Oxymelitis helleborati à Juliano descripti, & à Gesnero magnis encomiis celebrati.

Præterquam quòd Zvvelferi in Mel præsens animadversiones contradictionem involvant, dum injectionem corticum citri in Mel rosatum ut frustraneam & inutilem damnat, qui tamen supra in Melle anthosato flores rorismarini in Mel rosatum injecerat, notat insuper Welschius, quòd 1. loco rosarum rubrarum Damascenas, h. e. incarnatas accipiat, quarum tamen vires diversas esse, omnes norint; 2. corticum citri pondus imminuat, à quibus tamen vires præcipuæ in Melle hoc promanare debeant; 3. mellis pondus pariter immutet, pro libris duabus tres adhibens. Ipse autem hunc suum parandi modum commendat: ℞. rosar. rubr. recent. ℥xxij. cort. citri exter. rec. concis. ℔j. aquæ font. ℔v. macerentur per 24. horas, deinde destilla inde ℥xß. quas serva. Residuum exprime, expressum clarifica, adde mellis despum. ℔ij. factâ unâ vel alterâ ebullitione, trajice per manicam, coque ultra consistentiam supposit. cui ab igne remoto admisce aquæ supra destillatæ ℥xß. F.

MEL VIOLATUM.

Fit, ut Mel Rosatum simplex.

Refrigerat, lenit, & humectat, alvumque emollit: inditur potissimùm Enematibus, ubi bilis & caloris acrimonia levanda, aut obtundenda est.

Mellis hujus præparationem instar anthosati secundi, vel, quod ex mentha fit, Welschius instituit.

OXYMELI SIMPLEX GALENI.

℞. Mellis despumati & ad crassam consistentiam debite cocti libras duas,
Aceti acerrimi uncias decem.
Misce.

Efficacissimum ad tenuandum, incidendum, & resolvendum humorem crassum, & lentum ventriculi, hepatis, præsertim in febribus diuturnis pronunciatur; Vid. Galenus de ratione victus in morbis acutis cap. 27. & 28. & 4. Salubrium.

OXYMELI COMPOSITUM MESUÆ.

℞. Corticum mundatorum & incisorum,
Radicum Apii,
Petroselini,
Rusci,
Fœniculi,
Asparagi ana uncias duas,
Sem. Apii,
Fœniculi,
Petroselini ana unciam unam,
Aceti libram unam semis,
Aquæ libras sex,
Mellis libras tres.

Cortices radicum, & semina horis viginti quatuor macerentur in aceto & aqua: tum coquantur ad tertiæ partis consumtionem: colato addatur Mel, & lento igne ex arte percoquatur.

Efficacius est Oxymelite simplici, ac morbis diuturnis magis opportunum: potentiùs enim materiæ crassitiem incidit, & tenuat: melancholicis malis, quartanæ, & splenis duritiei, inclinante potissimùm morbo, ut & quotidianis febribus succurrit, urinas & sudores, coctâ jam materiâ, prolicit.

Welschianus modus: ℞. species præscriptas præscripto pondere; incisis & contusis, atque cucurbitæ vitreæ immissis adfunde aceti acerrimi ℔iß. macera per 24. horas, destilla inde s. a. ℥xiiiß. quas serva; residuo adfunde aquæ simpl. ℔vj. coque, exprime, clarifica cum ovi album. adde mell. ℔iij. despuma, & trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam supposit. cui ab igne remoto admisce destillati superioris ℥xiiiß. F. Eodem modo etiam in seq. Oxymelite diuretico procedit.

OXY-

OXYMELI DIURETICUM.

℞. Mellis despumati uncias quindecim,
Aceti acerrimi,
Aquæ fontanæ ana libras duas,
Rad. Raphani recentium unciam unam,
Fœniculi drach. decem,
Apii,
Petroselini,
Genistæ,
Asari,
Levistici ana drach. tres,
Sem. Fœniculi,
Petroselini,
Asparagi,
Rusci âna drachmas duas,
Coriandri præparati,
Cumini ana drachmam semis.
Coquantur secundùm artem.

Impeditam urinam, & renum calculos propellit: cujus usus olim D. D. Ambrosio Jungio, Sen. aliisque etiam nostris Medicis familiaris fuerat.

OXYSACCHARUM SIMPLEX.

℞. Succi Granatorum acidorum uncias octo,
Aceti uncias quatuor,
Sacchari albi libram unam.

Saccharum purissimum aceto solvatur, & ad crassam consistentiam percoquatur: cui, dum modice refrixerit, succus Granatorum admisceatur, simulque lege artis in Syrupi formam reducantur.

Humori ferventi refrigerando, crasso autem incidendo, putredini arcendæ, siti sedandæ, nec non viscerum inflammationi mitigandæ conducit.

Improbat in hoc medicamento, utpote simplicis titulum præ se ferente, succi granatorum additionem Welschius, dubitans, cur id fiat, & licet ex Casp. Hoffmanni lib. 2. de med. offic. cap. 24. §. 12. correctionis loco id fieri notet, displicet tamen illud ipsi, & medicamentum hoc planè omittendum, ejusque loco, si usus ejus expetatur, tale quid, ex Syrupo granatorum acidorum, & Syrupo acetoso simplici, pro lubitu permixtis, ex tempore parari posse, censet. In ipso autem parandi modo, quem Augustani describunt, & Zvvelferus admittit, acetum coctione disperdi, Saccharo ad consistentiam cocto succi granatorum non plus quàm uncias sex cum totidem drachmis immisceri posse, censet. *Uti vero succum granatorum cur Nicolao Myrepso, cui Oxysaccharum hoc in Sect. 34. Dispens. med. debetur, addere placuerit, ex viribus adscriptis non difficile est colligere, ita tamen tam rudem eundem non fuisse mihi persuadeo, qui putatitiæ alicui correctioni in aceto illum destinaverit: sufficit, succum hunc nec viribus, nec præparationi Oxysacchari quidquam derogare; simplicis autem adpellatio respectu alterius, quod modo adducemus, & compositum dicitur, atque ex pluribus ingredientibus conficitur, ipsi concedi potest. Extemporanea Syruporum, acetosi & granatorum acidorum mixtura alteram non excludit; nec omne acetum in præparatione disperdi, & ratio & sapor evincit; præcipuè si liquidiori in forma Oxysaccharum hoc paratur; cum etiam in Syrupis uncias novem liquoris libræ uni Sacchari immisceri posse, ex Welschio supra monitum fuerit.*

OXYSACCHARUM COMPOSITUM NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI.

℞. Capillorum Veneris,
Aspleni, seu Ceterach,
Scolopendrii, seu Linguæ cervinæ,
Lichenis, seu Hepaticæ,
Violarum,
Polytrichi,
Rad. Fœniculi,
Asparagi,
Rusci,
Graminis ana unciam unam,
Succi Granatorum acidorum libras octo semis.

Omnia in Granatorum acidorum succo per triduum macerentur, deinde post modicam ebullitionem exprimantur & colentur: tandem cum Sacchari libris quatuor ad formam Syrupi secundùm artem percoquantur.

Febribus tertianis nothis, omnibusque affectibus ex sanguinis ac bilis fervore & crassitie natis subvenit, jecoris, lienisque obstructionibus confert.

Postquam Welschius Zvvelferum in hujus medicamenti præparatione coctionem, contra proprias animadversiones, in Syrupo adiantino Fernelii aliisque admisisse animadvertisset, Oxysacchari hujus loco Syrupum acetosum compositum accipi posse, cum is verè Oxysaccharum compositum tam re quàm nomine, secus ac illud Nicolai, utpote quod nihil aceti ingrediatur, existat, vel ingredientia cum s. q. aceti destillari, & cum Saccharo deinde parari posse, notat. *Quia tamen vocula illa: ὀξὺς non unice acetum, sed in genere etiam τὸ acidum (ex. gr. Oxys apud Plinium lib. 27. hist. nat. cap. 12. planta acetosella, sic ab acido sapore dicta, esse creditur; in scholis medicis etiam ὀξύγαλα ὀξυρεγμία &c. nota sunt,) denotat, nomen hoc suum, ob granatorum acidorum succum tueri jure poterit. Revera etiam Oxysaccharum hoc à Syrupo isto acetoso composito plurimùm differt.*

JULEP EX VINO.

Fit ad modum Julepi rosati, ex vino optimo, odoratissimo, albo, & saccharo.

Ventriculi & cordis robur tuetur, coctionemque promovet.

In Zvvelferiano processu Welschius vituperat: 1. ejus præparationem non ex vino, sed ex vini spiritu, qui tamen Syrupos elegantes non faciat, 2. trinam destillationem vini, quæ unâ vice, sumendo vini Malvatici libras sex, fieri potest, 3. ponderis Sacchari & Spiritus vini omissam determinationem, 4. Sacchari in Spiritu vini rectificatissimo dissolutionem impossibilem, quam & ipse Zvvelferus in animadversionibus ad Extractum catholicum notaverat. Postea Welschius sequentia addit: Modus verus, in quo vinum integrum Julapio immiscetur: ℞. Sacchari ℔ij. solve cum aqua fontana, clarifica cum album. ovi, trajice per manicam, coque ultra consistentiam tabell. & ab igne remoto admisce vini generosissimi ℔j. ℥iß. F. Julapium hoc non esse contemnendum, Welschius judicat: nam licet homines sani, quod Zvvelferus objicit, sæpe majorem quantitatem vini ingurgitent, aliam tamen rationem esse ægrotorum, quibus minor sufficit; sanos sæpe magnam fragorum, cydoniorum, cerasorum &c. fructuum omnium esculentorum copiam absumere absque noxa: ægrotis tamen sæpe pauxillum exhiberi cum commodo: fortasse & primò inventum fuisse Syrupum istum à R. Moyse, pro Muhammedanis, qui vinum bibere religione suâ prohibentur: ejusdem tamen eximiis virtutibus & commodis carere nolebant; præsertim senes, pro quibus primò compositus esse videtur.

MIVA CYDONIORUM
SIMPLEX MESUÆ.

℞. Succi Cydoniorum medii saporis depurati libras duodecim,
Sacchari libras tres.
Coquantur ad justam consistentiam.

Adversus alvi profluvia efficax: ventriculum & cætera viscera firmat, ac vomitionem prohibet.

Welschius inprimis hìc animadvertit, nihil aliud esse Mivam hanc, quàm Syrupum cydoniorum, quod ex ipsa inscriptione hujus medicamenti apud Ebnsinam constet, nempe: Serapium cydoniorum, quod dicitur Miva: à Zvvelfero autem contra intentionem Mivæ, in ea mustum (& quidem vini recentis clari, quod absurdè dici facilè adparet,) accipere, quod ventriculum non firmat, vomitionemve prohibeat, sed potius infirmet, & alvum moveat. *Cæterùm quamvis libenter concedamus, Mivâ hac carere Officinas facilè posse, diversam tamen esse à Syrupo, non minùs fatendum est; siquidem Miva consistentia, nostra ætate, non tantùm crassior, quàm in Syrupo esse solet, sed Miva hæc etiam ex succo cydoniorum medii saporis, Syrupus autem ex acido confici debet; adeoque non nominetenus saltem, sed reipsa differunt.*

MIVA CYDONIORUM
AROMATICA MESUÆ.

℞. Succi Cydoniorum depurati libras viginti,
Sacchari libras sex.

Clarificentur cum album. ovor. & coquantur ad consistentiam spissiorem, Pharmacopœo perito notam; quibus ab igne depositis misceatur sequens infusio:

℞. Cin-

℞. Cinnamomi electi,
Cardamomi majoris ana drachmas tres,
Caryophyllorum drach. duas,
Zingiberis,
Mastiches,
Ligni Aloës,
Macis ana drachmam unam semis,
Croci drachmas duas,
Trochiscorum Galiæ moschatæ drachmas duas,
Moschi scrupulum unum.

Incisa & contusa macerentur per 24. horas in Vini albi generosi libra unâ, postea filtrentur.

Ventriculum frigidum & humidum, & à pituitosis humoribus laxum constringit: ob id diarrhœam indè causatam refrænat, præcipuè verò lienteriam cohibet.

Circa Zvvelferi modum Welschius notat: 1. libras iv. vini respectu aromatum esse nimias, vel horum dosin nimis exiguam, unde præstantissima & regia Miva non proveniat; 2. liquoris aromatici tantùm libras duas minùs rectè destillari, cum longè plus libris sex Sacchari ad consistentiam tabulati cocti immisceri queat; 3. residuum destillationis phlegma adpellari nauseabundum, ingratum, ventriculum invertens, & non nisi porcis saginandis ferculum conducibile, & tamen ab ipso Mivæ suæ addi. Verum autem modum in eo consistere scribit, ut aromatum quantitas duplicetur, quæ deinde adfusis vini libris sex destillatur, dum ℔iij. ℥iv ß. evocatæ fuerint, quæ serventur; postea Sacchari ℔vj. cum residuo destillationis expresso solvantur, clarificentur, trajiciantur per manicam Hipp. coquantur ultra consistentiam tabell. Addatur succus cydoniorum s. a. inspissatus; & tandem ab igne remotis immisceatur destillatum superius. Posset etiam ita fieri, ut succi cydon. ℔xx. adderentur vini ℔vj. cum dupla aromatum quantitate, & post macerationem debitam inde destillarentur, residuum expressum clarificaretur & coqueretur s. a. cum Sacchari ℔vj. ad consistentiam crassissimam, quibus ab igne remotis illud destillatum admisceretur.

DIAMORON USITATUM NICOLAI.

℞. Succi Mororum Batinorum, id est, Rubi libram unam,
Mororum Celsi libram semis,
Mellis libram unam,
Sapæ uncias tres.

Succos Mororum priùs depuratos cum Melle & Sapa in vase lapideo lente decoque: coctum percola & serva.

Ad faucium ardores, serpentia oris ulcera, gulæ, columellæ, & tonsillarum inflammationes, anginæque principia efficax exsistit.

Mora Celsi, seu domestica nostris Maulbeer dicuntur. Mora verò Sylvestria sunt Mora Rubi sive Bati, quæ Brombeer & Hymbeer vulgari idiomate adpellantur.

ROB DE BERBERIBUS.

℞. Succi Berberum depurati, quantum volueris.

Coquatur per se ad spissitudinem Mellis.

Valenter refrigerat, ac præter adstrictionem nonnihil incidentis facultatis habet, bilem ventriculo infestam reprimit, indè enata ventris profluvia sistit, & sitim sedat: febribus ob id biliosis, ac tertianis opportunum.

Rob de Berberibus, quod COMPOSITUM olim dicebatur, ad differentiam hujus, SIMPLICIS nomine insigniti, cum Syrupo idem est, nisi quòd Rob Sacchari tantùm libram unam recipere consueverit.

ROB CERASORUM.

Paratur eodem modo, quo Rob de Berberibus simplex.

Fervores internos extinguit, sitim sedat, & cor roborat.

ROB RIBIUM.

Paratur ex succo ad spissitudinem mellis inspissato,

Ad refrigerandum, adstringendum, & in ventriculi, cæterorumque viscerum intemperie calida, proficuum est; ventriculum firmat, vomitum biliosum reprimit, felleas alvi excretiones sistit, choleramque & hæmorrhagiam curat.

Rob hoc SIMPLICIS cognomine olim notabatur: COMPOSITUM verò est, quod cum Saccharo, ut Rob de Berberibus paratur.

ROB VERONICÆ.

℞. Succi Veronicæ libras duas,
Sacchari libram unam.
Fiat Rob.

Utiliter peripnevmoniacis ac phthisicis lingendum porrigitur, urinarios meatus repurgat, renumque calculos atterit, sanguinem mundificat, sudores prolicit, & malignis pestilentibusque febribus adversatur; datur sanguinem screantibus, & ab alto lapsis, qui vasis alicujus interni rupturam passi sunt.



CLAS-



CLASSIS SECUNDÆ, SYRUPORUM PURGANTIUM SERIEM COMPLECTENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

SYRUPUS DE CICHORIO CUM RHABARBARO NICOLAI FLORENTINI.

℞. Endiviæ domeſticæ,
ſylveſtris ana manipulos duos ſemis,
Cichorii,
Taraxaci ana manipulos duos,
Cicerbitæ, ſeu Sonchi lævis,
Hepaticæ, ſeu Lichenis,
Lactucæ domeſticæ,
Fumiterræ,
Lupuli ana manipulum unum,
Hordei integri uncias duas,
Capillorum Veneris uncias duas & drachmas duas,
Veſicariæ; ſeu Halicacabi,
Ceterach,
Cuſcutæ ana drachmas ſex,
Adianti vulgaris, ſeu Rutæ murariæ,

Rad.

Rad. Fœniculi,
Apii,
Aſparagi ana uncias duas,
Glycyrrhizæ drachmas ſex.

Decoquantur in Aquæ ſuff. quantitate ad medietatis conſumtionem: Poſtea colentur, exprimantur, & cum album. ovor. clarificentur: in cujus decocti libris tribus infundantur horis viginti quatuor

Rhabarbari optimi unciæ ſeptem ſemis,
Spicæ drachmæ duæ, ſcrupuli duo,

& poſt lenem ebullitionem atque expreſſionem clarificentur: reſiduum verò decoctum cum Sacchari albi clarificati libris decem ad juſtam conſiſtentiam coquatur, ut cum dicta infuſione in Syrupum abeat.

Uſurpatur ad jecoris intemperiem calidam & obſtructionem, icterum, cachexiam, & viſcerum impuritatem: nutritioni inſervientia inſtrumenta firmat, humoresque vitioſos per urinam & ſeceſſum educit: ſplenicis & melancholicis, peculiariter verò epilepticis ſubvenit, maximè pueris; quem in hoc caſu mirificè comendabat Montanus, imò adſerebat, Nicolaum eundem ad epilepſiam propulſandam compoſuiſſe.

Syrupus hic à Nicolao Florentino ſerm. 5. de obſtruct. hepat. deſcribitur: Libertate tamen, quâ alii uſi fuerunt, fretis nonnulla in ejus compoſitione mutare Anteceſſoribus noſtris libuit, quos porrò hac in parte ſequi, ſalutaris hujus, quem præſtat, uſus nobis perſuadet.

Welſchius ejus præparationem ad modum Syrupi de carthamo, in Sect. 2. hujus Claſſis repoſiti, inſtituit.

SYRUPUS DOMESTICUS, SEU DE SPINA INFECTORIA.

℞. Baccarum fruticis illius, quem Spinam Cervinam vocant, circa finem Septembris aut Octobris initio collectarum quantitatem ſufficientem: Priùs calefactæ contundantur in pila lapidea, deinde exprimantur & colentur: Succus expreſſus coquatur lento igne, donec quarta pars abſumatur. In

Hujus colati libris duabus,
Sacchari unciæ ſedecim

ſolvantur, clarificentur & coquantur, donec Syrupi benè cocti conſiſtentiam adquirant, adjiciendo in fine

Aniſi,
Maſtiches ana drachmas tres,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana drachmam unam ſemis.
Fiat Syrupus.

Syrupus Domeſticus ſic dictus, quod familiariter eo uti poſſimus, bilem, pituitam & ſeroſos maximè humores purgat, unde ejus uſus præcipuus in cachexia, hydrope, ac arthritide. Conſule de eo Reinerum Solenandrum in Conſiliis, ut & Matthiolum Com. in Dioſcorid. lib. 1. cap. 102. de Rhamnis.

Caveant Pharmacopœi, ne pro Cervi ſpinæ baccis, ſimilitudine forſan decepti, Alaterni baccas accipiant.

De nomine hujus Syrupi vid. Sim. Paulli in Quadrip. botan. cl. 2. ubi domeſticum ideo audire

dire ſcribit, quod familiariter illo ceu domeſtico & adpropriato cachexiam, & præſertim arthriticorum corrigere, alvum eo ſubducendo, Medici condocefacti ſint, idem habet Caſp. Hoffmannus lib. 1. med. Offic. cap. 38. §. 4. In modo primo Zvvelferi Welſchius improbat, quòd 1. ſuccum baccarum coquat, non verò deſtillet; 2. oleorum aromaticorum nimiam quantitatem addat, cum ſeminis aniſi drachmæ tres olei ſcrupulum dimidium, nec maſtiches drachmæ tres integrum ſcrupulum, uti nec caryophyllorum ʒiß. olei ℈ß. & ſic deinceps largiantur; in ſecundo autem modo, quòd 1. ℔ij. ℥viij. ſucci ſive deſtillatione, ſive coctione redigat ad ℥xj. ſicque ejus ſubtiliores partes diſperdat; 2. ℥xi. illas tum demum, adjectis aromatibus, deſtillet, ex quibus tamen ſuccus ille ad ℥xj. inſpiſſatus non amplius ſatis efficaciter aromatum vires extrahere poſſit; 3. liquorem à deſtillatione reſiduum clarificet peculiariter, ſaccharum verò non clarificet; 4. liquori huic aquam aromaticam admiſceat, & non potius illum cum reſiduo Saccharo coquat ad conſiſtentiam, eique demum immiſceat aquam aromaticam; 5. aquæ aromaticæ nimis exiguam quantitatem, nimirum ℥vß. proliciat, cum ſacchari unciis ſedecim ejus ℥ix. immiſceri queant; 6. una & altera ebullitione oleum & operam perdat, & ita aromatum vires deſtillatione ſervatas illis ebullitionibus & coctionibus perdat; 7. ſola ſacchari diſſolutione paret, ut ſupra jam ſæpius monitum fuit. Welſchius autem talem modum producit: ℞. aromata præſcripta, quibus adfunde ſucci baccarum ſpinæ cervinæ colati ℔ij. ℥viij. Stent in digeſtione, deinde deſtilla exinde ℥ix. quas ſerva, reſiduo adde ſacchari ℥xvj. ſolve, clarifica cum ovi album. trajice per manicam, coque ultra conſiſtentiam tabell. cui ab igne remoto admiſce deſtillati ſuperioris aromatici ℥ix. F.

SYRUPUS EMETICUS ANGELI SALÆ.

℞. Vitri Antimonii ſubtiliſſimè pulveriſati unciam unam,
Cinnamomi electi,
Zedoariæ,
Seminis Angelicæ ana drachmas duas,
Sandali rubri unciam ſemis,
Croci Orientalis drachmam ſemis,
Aceti Roſati uncias viginti.

Infundantur omnia in Balneo Mariæ per viginti quatuor horas, poſtea filtrentur per chartam bibulam: & cum Sacchari clarificati, ultra conſiſtentiam tabularum cocti ſufficiente quantitate miſcendo,

Fiat Syrupus.

Vomitorium hoc medicamentum non tantùm vitioſos humores ventriculi evacuat, ſed & aliis etiam ex partibus peccantem materiam revellit, hinc non ſolùm ipſis ventriculi vitiis prodeſt, ſed etiam febribus intermittentibus, aliisque morbis chronicis conducit.

Welſchiana hujus Syrupi præparatio: ℞. vitrum ♁ cum ſpeciebus reliquis præſcriptis; adfunde aceti roſati ℥xx. ſtent in infuſione per 24. horas, deinde deſtilla ℥xi. ʒij. quas ſerva, reſiduum diligenter cola, deinde per chartam emporeticam transmitte, cui adde ſacchari ℥xx. aquæ ſimpl. q. s. ſolve, clarifica cum ovi album. trajice per manicam, coque ultra conſiſtentiam tabell. cui ab igne remoto admiſce deſtillati ſuperioris ℥xj. ʒij. F. In quo proceſſu: 1. vitrum antimonii ſe deſtillare monet, non quòd ſingulare quid inde ſibi promittat, ſed ut labori parcatur; & ſi quid prodeat, bene ſit, ſi nihil, nihil etiam decedat, laborque unus & idem ſit; 2. qui roſarum vires etiam deſiderat, ſpeciebus roſas contuſas q. pl. addere poſſe; 3. poſſe etiam, loco deſtillationis, in aceti ℥xj. ʒij. aut ℥xij. tam ſpecies quam vitrum antimonii infundi, infuſum filtrari, & ſaccharo ſufficienter cocto admiſceri; id quod etiam in Diſpenſatorio hoc noſtro renovato obſervatum fuit.

ALIUS, ſive OXYSACCHARUM EMETICUM.

℞. Croci metallorum edulcorati drachmas tres,
Aceti uncias decem.

Fiat in loco calido per triduum infuſio, ſæpius agitando; poſtea liquor imprægnatus filtretur, & in eo Sacchari clarificati ultra tabellarum conſiſtentiam cocti decem unciæ ſolvantur.

Vires ejus nomini respondent. Vid. de eo Exc. D. Daniel. Ludovici Pharmaciam mod. sec. applic.

SYRUPUS LAXATIVUS DE MANNA.

℞. Specierum decocti florum & fructuum uncias duas,
Florum quatuor cordialium ana pugillos duos,
Foliorum Senæ electorum uncias quatuor,
Passularum minorum,
Radicum Polypodii ana uncias duas,
Seminis Anisi,
Fœniculi ana drachmas duas,
Galangæ,
Macis,
Zingiberis ana drachmam unam.
Coquantur in Aquæ fontanæ sufficiente quantitate. In colatura solvantur
Mannæ Calabrinæ unciæ sex,
Sacchari albi unciæ octodecim.
Fiat secundùm artem Syrupus.

Usus ejus frequens est ad alvum in puerulis laxandam.

SYRUPUS DE FLORIBUS PERSICORUM.

℞. Florum Persicorum recentium libram unam.
Contundantur & macerentur horis duodecim in libra una aquæ calentis, postea exprimantur, & in colatura depurata solvendo Sacchari albi clarificati & ultra consistentiam tabellarum cocti sufficientem quantitatem,
Fiat Syrupus.

Serum & bilem educit, vermes enecat, ac mesenterium infarctu liberans serosos humores per alvum exturbat.

SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS SIMPLEX, SIVE MUCHARUM.

℞. Florum Rosarum Damascenarum recentium quantum libet, ex. gr. libras duodecim.
Contundantur & macerentur horis viginti quatuor in totidem aquæ claræ ferventissimæ libris, postea exprimantur, additisque Sacchari albi libris duabus, in Syrupum secundùm artem coquantur.

In usu est ad ventriculi calorem febrilem, sitimque sedandam; febribus pestilentibus conducit, quòd putredini, venenis & aëris vitio, subamarâ & aromaticâ suâ qualitate resistit.

Quamvis olim multiplici infusione parare hunc Syrupum, nostris placuerit, cum tamen majori laboris compendio hic frui liceat, unicam ei substituere voluimus, non minus efficacem Syrupum daturam.

Cæterùm infusum hoc Pharmacopœi nostri utplurimum absque Saccharo etiam pro usu reponere solent.

Quibus tot odoriferas rosarum particulas coctura perdere displicet, vel etiam parcior rosarum proventus easdem servare suadet, illi auctâ aquæ quantitate, loco macerationis, destillationem per aliquot horas instituere, ac ita odoratiore aqua in M. B. abstractâ, reliquum pro dicto usu possunt exprimere & adhibere.

Welschius hunc Syrupum ut rosatum simplicem parat, quò ita præter vim solutivam, suavitas etiam & fragrantia odoris conservetur.

SYRU-

SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS AUREUS.

℞. Florum Rosarum incarnatarum nondum penitus apertarum, & manè sereno cœlo collectarum libras quatuor.

Infundantur in sufficiente quantitate aquæ fontanæ calidæ per viginti quatuor horas, postea colentur & exprimantur. In colatura denuo Rosarum eadem quantitas infundatur, idque tertiâ vice repetatur; tandem cum Sacchari albi libris quatuor coquantur secundùm artem in Syrupum.

Vires sunt eædem cum præcedenti; hic tamen magis colore & sapore palato blanditur.

SYRUPUS SPLENETICUS D.D. DAVIDIS VERBEZII.

℞. Succi pomorum redolentium libram unam,
Melissæ uncias quatuor,
Limonum uncias tres,
Spiritus Vitrioli ab omni phlegmate depurati scrupulos duos semis.
Foliorum Senæ electorum uncias duas,
Polypodii querni unciam unam,
Hellebori nigri præparati drachmas tres semis,
Corticum Capparum,
Tamarisci ana unciam semis,
Foliorum Citrariæ,
Ceterach ana manipulum unum,
Florum Boraginis,
Buglossi,
Rosarum ana pugillos duos,
Violarum manipulum unum,
Seminum Viticis,
Ocimi caryophyllati,
Citri ana drachmas duas semis,
Croci Austriaci scrupulum unum,
Cinnamomi acuti unciam semis,
Aquæ fontanæ quantum sufficit.

Macerentur in Balneo Mariæ tepido per biduum, coquantur postea parùm, & fortiter exprimantur: Colaturæ addatur Sacchari albi libra una. Fiat Syrupus, circa finem inspergendo seorsim Cremoris Tartari in tenuissimum pollinem redacti drachmas tres.

Servetur usui.

In omnibus melancholiæ speciebus salutaris exsistit, dum humores atrabilarios lieni & venis mesaraicis impactos incidit, & educit.

Loco Sacchari cantii violacei, olim huic Syrupo destinati, non tamen usque adeo strictè necessarii, album vulgare tantùm sumere, & ideo violarum tamen pondus augere placuit; licet cæteroquin violaceum illud Saccharum & sponte in Syrupo violaceo sæpius concrescere soleat, & facilè parari queat.

Welschius hunc Syrupum ita parat: ℞. cort. cappar. polypod. cort. tamarisc. ellebor. n. fol. citrar. fl. cordial. semina omnia, croc. cinnam. omnia præscripta quantitate, it. crem. tartari, quibus adfunde succos etiam præscripta quantitate, aq. viol. ℔j. macera per 24. horas, deinde destilla ℥vij. in quibus infunde folia senæ, digere, exprime, stet loco calido, filtra & serva; tum ℞. residuum destillationis, cui adde residuum infusum, coque, exprime, expresso adde sacchari ℔j. solve, clarifica cum ovi album. trajice per manicam Hipp. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto admisce infusionem supra dictam, F. Syrupus, cui add. spiritus vitrioli præscriptam quantitatem.

SYRUPUS ZIBEBARUM.

℞. Foliorum Senæ electorum uncias quatuor,
Zibebarum unciam unam,
Zingiberis drachmam unam,
Aquæ fontanæ quantum ſatis.

Infundantur horis viginti quatuor, dein ebulliant, exprimantur, & cum
Sacchari libris duabus,

coquantur ſ. a. ad conſiſtentiam Syrupi, qui aromatiſetur
Cinnamomi drachma una.

Syrupus hic nomine BRODII ZIBEBARUM apud nos notiſſimus, alvum blandè ſubducit, puerisque ac delicatulis commodè adhibetur.

MEL ROSATUM LAXATIVUM.

℞. Muchari, i. e. infuſionis Roſarum ſimpl. libras ſex,.
Mellis libras tres.
Conficiantur ſecundùm artem.

Easdem, quas Syrupus Roſatus ſolutivus ſimplex vires obtinet, minùs tamen refrigerat, ſed potentiùs abſtergit.

Welſchius hoc Mel ex infuſ. roſar. Damaſc. uti ſuperius Mel roſatum ſimplex præparat.



CLASSIS SECUNDÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

Paratur ex infuſione florum, ad normam Syrupi Roſati laxativi ſimplicis.

Syrupi Roſati ſolutivi vires æmulatur, & ichores ſanguini admixtos, tenueque ſerum leniter expurgat.

Monet hîc Welſchius, Syrupum hunc per coctionem minùs rectè à Zvvelfero fieri, cum flores acaciæ ſint odorati, ipſemet autem flores boraginis & bugloſſi in præparatione Syrupi eorundem deſtillate præceperit. Unde ipſe juxta normam in Syrupo roſato ſimpl. traditam eundem parari jubet. *Quia tamen in Syrupo florum acaciæ vis ſolutiva unice expetitur, quæ partibus florum ſubtilibus non debetur, in reliquis duobus autem cordialem, quæ in ſpirituoſis partibus florum boraginis & bugloſſi latent, deſiderari Zwelferus credidit, excuſandus eſſe videtur.*

SYRUPUS DE CARTHAMO.

℞. Adianti albi,
Hyſſopi,
Thymi,
Origani,
Chamædryos,
Chamæpityos,

Scolo-

Scolopendrii,
Buglossi ana manip. semis.
Cuscutæ,
Halicacabi ana unciam semis,
Rad. Angelicæ,
Glycyrrhizæ,
Fœniculi,
Asparagi ana unciam unam,
Polypodii querni unciam unam semis,
Corticum Tamarisci unciam semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Ammeos,
Dauci ana unciam unam,
Carthami leviter contusi uncias quatuor,
Uvarum passarum enucleatarum uncias duas,
Folior. Senæ unciam unam semis,
Agarici trochiscati unciam semis,
Rhabarbari electi drachmas sex,
Zingiberis drachmam unam,
Sacchari albissimi libram unam.

Coquantur secundùm artem ad justam consistentiam, & addantur
Syrup. Violati solutivi,
Rosati solutivi,
Acetosi simplicis ana unciæ duæ.

Febribus inveteratis, quotidianis, quartanis & obstructionibus viscerum ex humoribus crassis, ac pituita enatis opitulatur; incidit, attenuat, aperit, nec non pituitosos & serosos humores leniter per alvum educit. Vid. de eo Joh. Guintherius Andernacus Comment. 2. de vet. & nov. Medicina dial. 7.

Welschius in Zvvelferi modo improbat: 1. omissam macerationem specierum, 2. peculiarem liquoris ex residuo destillationis expressi cum album. ovi clarificationem, 3. specierum purgantium in eodem liquore, scilicet jam sufficienter saturato, contra suum axioma philosophicum, infusionem, 4. infusi purgantis coctionem ab eodem in Augustanis reprehensam, 4. colaturæ utriusque in Syrupi consistentiam percoctionem, qua subtilissimæ partes tanto labore prius conservatæ avolant. Ipse verò talem modum commendat: ℞. species pro decocto primo (Vid. Dispensatorium antiquum) præscriptas, quibus incisis & contusis, ac cucurbitæ vitreæ immissis adfunde aquæ font. ℔iv. infus. rosar. ℥vj. aceti ʒix. macerentur per 24. horas, deinde destilla inde ℥ix. quibus infunde species pro decocto secundo, macera per 24. horas in vitro optime obturato, tum exprime, stent parum loco calido, tunc per chartam emporeticam transmitte, & serva; residuum à destillatione ista misce, coque, exprime, expresso adde Sacchari ℔j. ℥iij. solve, clarifica cum ovi album. trajice per manicam, coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto admisce aquam supra destillatam, in qua purgantia infusa sunt, & F. Syrupus, cui demum addantur Syrupi viol. solut. ℥ij.

SYRUPUS DIASEREOS ANDERNACI.

℞. Intybi latifoliæ, seu Endiviæ,
Cichorii ana manip. tres,
Adianti albi,
nigri,
Agrimoniæ,
Ceterach,
Lupuli,
Fumariæ ana manipulum semis,
Granorum Halicacabi,
Cuscutæ ana drachmas tres,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Asparagi ana unciam semis,
Polypodii querni unciam unam,
Glycyrrhizæ drach. sex,
Sem. Cnici unciam unam semis,
Quatuor frigid. majorum ana drachmas duas,
Hordei non excorticati pugillos duos,
Sem. Endiviæ,
Cichorii ana drachmam unam semis,
Uvarum passarum unciam unam,
Prunorum Damascenorum numero viginti,
Florum Boraginis,
Buglossi,
Violarum ana pugillum unum,
Myrobalanorum citrinarum,
Chebularum ana unciam semis,
Rhabarbari electi uncias duas semis,
Agarici trochiscati unciam unam,
Folior. Senæ unciam unam semis,
Zingiberis,
Cinnamomi ana drachmam unam.

Coquantur secundùm artem in sufficiente quantitate aquæ ad tertias, colentur & exprimantur; colaturæ addendo

Sacchari optimi libram unam,
clarificetur, atque ad juſtam Syrupi conſiſtentiam coquatur, cui permiſceantur
Syrupi Roſati ſolutivi unciæ tres.

Ad viſcerum obſtructiones, febres, & alia inde provenientia mala efficax, auriginoſos, cachecticos, hydropicosque plurimùm adjuvat: renes etiam expurgat.

Cùm Seris Medicamenti hujus baſis exſiſtat, nimis autem parca Anteceſſoribus noſtris viſa fuerit Intybi & Cichorii quantitas, idcirco earundem herbarum portionem triplicandam cenſuerant, ut Syrupus evaderet efficacior. Deſcribitur ab Andernaco Comment. 2. Dialogo 7. de veteri & nova Medicina.

Zvvelferum hîc pharmacopœis facere injuriam, Welſchius monet, dum in eorum Officinis parum efficacem Syrupum hunc proſtare ſcribit, atque ſi ad Zvvelferianum præſcriptum conficeretur, non efficaciorem, ſed laborioſiorem fore, cum, quod deſtillavit, coctione violentiſſima peſſundet, qua plus quàm ℔vij. debeant evaporare, atque hac ratione & florum boraginis, bugloſſi, & aliarum herbarum, radicum &c. quorum coctionem alibi damnaverat, ſubtiliores utiles partes in auras pellantur: ipſe autem juxta modum ſuum in Syrupo de carthamo traditum parare hunc præcipit, hac tamen obſervatione, ut aquæ ſufficiens quantitas deſtillatione extrahatur; ſiquidem hîc majori quantitate, quàm in altero præſcripta ſint purgantia.

SYRUPUS DE EPITHYMO MESUÆ.

℞. Epithymi uncias duas ſemis,
Myrobalanorum citrinarum,
Indarum ana drachmas quindecim,
Cuſcutæ,
Fumiterræ ana drachmas decem,
Thymi,
Bugloſſi,
Calaminthæ,
Myrobalanorum Emblicarum,
Belliricarum.
Glycyrrhizæ,
Polypodii,
Agarici,
Stœchad. ana drach. ſex,
Roſarum,
Fœniculi,
Aniſi ana drach. duas ſemis,
Prunorum numero viginti,
Paſſularum majorum ab arillis liberatarum uncias quatuor,
Tamarindorum uncias duas ſemis,
Aquæ libras decem,
Sacchari libras quatuor,
Sapæ libras duas.

Coquantur ſecundùm artem in Syrupum.

Adhibetur in humoribus & affectibus pituitoſis, ac melancholicis à bile aduſta & atra. Ulcera fiſtuloſa & ſinuoſa curat: fœdam corporis ſcabiem & nigram, capitis areas & impetiginem emendat, pſoram, lepram, cancrum, elephantiam, morbum item Gallicum depellit.

Juxta Welſchium, uti Syrupus de abſinthio, aut de betonica compoſitus, eſt parandus hic Syrupus, additâ Sapâ Syrupo jam perfecte cocto.

SYRUPUS DE FUMARIA COMPOSITUS MESUÆ.

℞. Myrobalanorum citrinarum,
Chebularum ana drachmas viginti,
Florum Boraginis,
Bugloſſi,
Violarum,
Abſinthii,
Cuſcutæ ana unciam unam,
Glycyrrhizæ,
Roſarum ana drachmas quatuor,
Epithymi,
Polypodii ana drachmas ſeptem,
Prunorum numero centum,
Paſſularum majorum ab arillis liberatarum libram ſemis,
Tamarindorum,
Pulpæ Caſſiæ ana uncias duas,
Aquæ font. libras decem.

Omnia lento igne ſecundùm artem, additis in fine Tamarindis & Caſſia, coquantur, & colentur: Deinde verò addantur

Succi

Succi Fumiterræ depurati,
Sacchari albi ana libræ tres.

Clarificentur cum album. ovi & coquantur in formam Syrupi.

Educit pituitam salsam, & bilem utramque adustam; nec non liberatis obstructionibus, febres putridas ab his humoribus enatas curat; Ventriculum & Hepar roborat, psoram, lepram, scabiem, impetiginem, ac exanthemata delet, icterum utrumque propulsat; utuntur eo quidam in morbo Gallico.

Hunc Syrupum uti præcedentem fieri posse, monet Welschius, nempe species cum succo destillando, fructus cum aqua & residuo coquendo, in reliquis procedendo, ut supra in Syrupo de hyssopo.

SYRUPUS E POMIS REGIS SAPORIS MESUÆ.

℞. Succi Pomorum dulcium,
Boraginis,
Buglossi ana libram unam semis,
Folliculorum Senæ uncias duas,
Croci drachmam unam.

Sena contrita horis viginti quatuor in succis maceretur, ac semel aut bis fervesiat, & coletur: expressum cum

Sacchari libris duabus,

addito circa finem Croco, coquatur secundum artem in Syrupum.

Hic Syrupus Medorum Regi Sapori, à quo captus est Valerianus Imperator, attribuitur, & à Mesue describitur, qui eo utitur ad maniam, melancholiam, & cordis robur augendum.

Welschius Syrupum hunc sic parat: ℞. succos præscriptos & depuratos præscripto pondere, croci ʒj. destilla inde ℥xiv. in quibus infunde follic. senæ concis. ℥ij. digere, exprime, stet loco calido, filtra & serva. Tum ℞. residuum destillationis, & infusionis folliculorum, coque, exprime, expresso adde Sacch. ℔ij. solve, clarifica cum ovi album. trajice per manic. coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto admisce infusionem superiorem. F.

SYRUPUS DE RHABARBARO SOLUTIVUS.

℞. Rhabarbari optimi,
Foliorum Senæ ana uncias duas semis,
Florum Violarum manipulum unum,
Cinnamomi drachmam unam semis,
Zingiberis drachmam semis,
Aquarum Betonicæ,
Cichorii,
Buglossi ana libram unam.

Fiat omnium infusio per noctem: manè ebullitione & expressione factâ, colatura secundùm artem coquatur in Syrupum cum Sacchari albi unciis sedecim; cui addantur

Syrupi Rosati solutivi simplicis unciæ quatuor.

Citra molestiam in pueris delicatulis alvum subducit, utramque bilem deturbans, ac pituitam quoque leniter evacuans.

Welschius hunc juxta modum in Syrupo de Carthamo traditum parare jubet.

SYRUPUS DE RHAPONTICO.

℞. Succi Rhapontici depurati libras tres,
Sacchari clarificati libras duas.
Coquantur in Syrupum.

Vires ejus aperiendi ac roborandi celebrantur, qua ratione hepati medetur, & obstructionibus lienis atque vasorum mesaraicorum utiliter opponitur.

SYRUPUS ROSATUS LAXATIVUS COMPOSITUS HELLEBORATUS MONTANI.

℞. Myrobalanorum omnium enucleatarum ana uncias quatuor,
Radicum Hellebori nigri veri drachmas sex,
Polypodii uncias sex,
Glycyrrhizæ,
Seminum Citri ana uncias quatuor,
Foliorum Senæ,

Epi-

Epithymi ana uncias sex.
Crasse contusa & incisa macerentur per viginti quatuor horas in libris duodecim Infusionis rosarum supra descriptæ, postea coquantur ad quartæ partis consumtionem. In cujus colati, expressi & cum album. ovor. clarificati libra una infundantur.

Rhabarbari electi unciæ duæ,
Caryophyllorum uncia una.

Reliquum vero cum
Sacchari clarificati libris quinque
ad debitam consistentiam coquatur, ut cum Rhabarbari infusione filtrata
Fiat Syrupus.

Utebatur eo Montanus, Medicus Patavinus clarissimus, in affectibus melancholicis, lue Gallica, psora, lepra, impetigine, lichenibus, cancro, elephantia, & aliis.

Hunc & sequentem Syrupum juxta normam illius de Carthamo Welschius præparat.

SYRUPUS ROSATUS COMPOSITUS SINE HELLEBORO.

℞. Myrobalanorum omnium ana uncias duas,
Rad. Polypodii uncias duas semis,
Sem. Carthami unciam unam semis,
Anisi,
Fœniculi ana drachmas sex,
Fol. & folliculorum Senæ,
Epithymi ana unciam semis,
Corticum Citri unciam unam,
Caryophyllorum unciam semis,
Nucis Moschatæ drach. tres.

Macerentur horis viginti quatuor in libris quindecim Infusionis rosarum, postea fortissima fiat expressio; & addatur ad liquoris singulas libras duas,
Sacchari libra una.
Fiat lege artis Syrupus,

Lenius quidem quam prior purgat, nihilominus tamen bilem utramque, ac pituitam educit, visceribusque robur addit.

Paratur & alius quidam Syrupus Rosatus cum additione Radicum Cichorii, & foliorum Fumariæ, qui hoc modo conficitur, & dicitur:

SYRUPUS ROSATUS LAXATIVUS CUM AMBUBEIA.

℞. Rad. Cichorii sylvestris recentium & mundatarum libras duas,
Herb. Fumariæ recent. manip. sex.

Infundantur horis duodecim in libris sex Infusionis Rosarum laxativæ: postea colentur & exprimantur: colatura posthinc cum Sacchari libris tribus coquatur in Syrupum, cui ad justam consistentiam ferè percocto, in linteo immittantur, ac post perfectam coctionem in eo pendula permaneant sequentia: utpote

Specierum Diatrion Sandal. drachma una,
Diarrhodon Abbatis drachma semis,
Fiat Syrupus, ut artis est.

Utramque bilem ac seros salsos humores blandè evacuat, unde jecori obstructo opitulatur, icterum ac tertianas sanat, & venarum mesaraicarum oppilationes expedit, D. Raymundo Minderero, Collegæ nostro quondam, præ cæteris usu familiaris.

Welschius hunc parare docet, species omnes, etiam aromaticas cum infusione rosar. destillando, in reliquis procedendo ut in Syrupo rosato simplici; Zvvelferum autem, postquam laboriose partes subtiliores, quò minùs coctione perdantur, destillatione conservavit, tandem easdem percoquendo in fugam agere monet.

SYRUPUS ROSATUS SOLUTIVUS QUERCETANI.

℞. Succi Rosarum pallidarum recenter expressi libras sex, in quibus infunde Rosarum pallidarum mediocriter contusarum libras tres:

Stent in Balneo Mariæ tepido, per viginti quatuor horas, deinde exprimantur: & sic reiterentur infusiones, cum libris tribus rosa-

rosarum novarum, novem vicibus vel pluries: quibus absolutis, ultima expressio reponatur in uno vel pluribus vitris ad digerendum in Balneo Mariæ viginti quatuor horis, usque dum in fundo vasis adpareat sedimentum, quod tamdiu clarefiat, donec nullæ ampliùs fæces conspiciantur:

℞. Hujus Succi summe depurati, à quo humiditas mercurialis sive aqua rosarum odoratissima sit abstracta, uncias sedecim,
Sacchari albissimi uncias quatuor.

Fiat secundùm artem Syrupus.

Ejusdem cum communi Syrupo rosarum solutivo facultatis, in hoc ferè tantùm differens, quòd purpurearum loco, pallidas rosas recipiat, & majori cum labore præparetur; qui cæteroquin ad modum alterius illius confici potest.

SYRUPUS LENITIVUS DE TRIBUS.

℞. Foliorum Senæ Orientalium mundatorum uncias sex,
Spirit. Vitrioli optimè rectificati drachmam unam,
Muchari Rosarum ferventis libras duas.

Indantur in cucurbitam vitream, adposito cæco alembico, & circumlinitis ritè commissuris, maneant infusa in rorido Balnei calore, horis viginti quatuor; factâ levi ebullitione, & fortissimâ expressione, in colatura denuò infunde, ut priùs.

Foliorum Senæ mundatorum uncias sex.

Iterumque factâ levi ebullitione, & forti expressione, infunde tertiùm minutissimè incisorum

Foliorum Senæ mundatorum uncias sex,
Rhabarbari selectissimi,
Agarici albissimi ana uncias duas,
Zingiberis acuti,
Caryophyllorum ana drachmas duas,
Cinnamomi electi drachmas tres,
Spicæ Indicæ drachmam unam.

Ubi iterum sic steterint infusa, ebullierint leviter, & expressa fortiter fuerint, colentur diligenter ad usum. Postea

℞. Remanentias Foliorum Senæ ex infusione superiori,
Radicum Polypodii querni,
Glycyrrhizæ ana unciam unam semis,
Adianti utriusque ana manipulum unum,
Passularum majorum ab arillis liberatarum,
minorum mundatarum ana uncias tres,
Prunorum Damascenorum dulcium numero tringinta,
Aquæ fontanæ libras quatuor semis.

Coquantur secundùm artem ad remanentiam libræ unius semis; In ultimam ebullitionem injiciendo

Florum quatuor Cordialium ana pugillos tres,
Corticum Citri recentium drachmas duas:

Expressis & colatis adde

Sacchari finissimi uncias sedecim,

Et ubi jam ad consistentiam cocta fuerint,

Infusionis ex Mucharo factæ libram unam.

Fiat lege artis Syrupus.

Pituitam & utramque bilem blandè evacuat, adeoque omnibus viscerum naturalium obstructionibus, ac indè natis febribus, tertianæ & quartanæ, pellendis salutaris existit: qui jucundior & commodior futurus est, si tres vel quatuor unciæ Mannæ, lege artis dissolutæ, eidem addantur.

Hunc Syrupum, Pannoniæ & Austriæ familiarem, D. D. Paulus Jenischius, olim Dispensatorio huic inserendum curaverat; cujus prolixum admodum præparandi modum immutare noluimus, laborem illum cuilibet, si quis uti eo vellet, relinquentes; cùm eundem ægrotis præscribere jamdudum nostri intermiserint. Cæterùm tamen, si servatâ ingredientium quantitate & numero parandus foret, coquendo foliorum Senæ uncias octodecim, radices Polypodii, Glycyrrhizæ, Adiantum, Passulas, Pruna, Rhabarbarum & Agaricum, in Mucharo rosarum, & aquæ spiritu vitrioli acidula-

tæ ſufficiente quantitate, poſtea colando, exprimendo, ac tandem additâ Sacchari auctiori, quàm eſt præſcripta, quantitate, in Syrupum, cum aromatibus deſtinatis condiendum, coquendo, fieri id poſſet.

Eodem in Medicina cum facile carere poſſimus, Welſchio nullum alium tradere modum libuit; ſi tamen alicui parare lubeat, ad alios Syrupos purgantes eum amandat, mutando ad arbitrium Medici periti ea, quæ mutanda eſſe videntur.

MEL VIOLATUM SOLUTIVUM.

Fit eodem modo, quo Roſatum ſolutivum.

Syrupo jam dicto viribus adfine eſt: inditur potiſſimum Enematibus, ubi febres cum alvi adſtrictione moleſtæ ſunt.

OXYMELI HELLEBORATUM MAJUS JULIANI.

℞. Foliorum Rutæ,
Thymi,
Dictamni Cretici,
Hyſſopi,
Pulegii,
Praſii albi,
Cardui Benedicti,
Spicæ Celticæ,
Corticum Sambuci interiorum ana manipulum unum,
Calaminthæ montanæ pugillos duos,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Ocimi,
Urticæ Romanæ,
Anethi ana drachmas duas,
Rad. Angelicæ,
Althææ,
Ari,
Scillæ præparatæ,
Turbith,
Ariſtolochiæ rotundæ,
longæ,
Ireos vulgaris,
Coſti,
Polypodii ana unciam unam,
Hellebori albi,
nigri præparati ana drachmas tres,
Eſulæ præpar. drachmas duas.


Infundantur triduo in libris ſeptem Aceti acerrimi, & Sapæ unciis duabus, in vaſe vitreato benè obturato, ad ſolem vel ad fornacem: deinde in eodem vaſe, decoquantur ad medias: ſub finem decoctionis addendo

Agarici electi drachmas duas.

Coletur & cum Mellis Roſati Citrati, & Sacchari ana libra una fiat Syrupus, qui ſub finem aromatiſetur cum aromatibus ſequentibus, utpote

Caryophyllorum,
Croci,
Zingiberis,
Galangæ,
Macis ana drachma una.

De Oxymelitis hujus, maximopere quondam celebrati, quod apud nos etiam olim in uſu fuerat, aſt propinari jamdudum deſiit, compoſitione, viribus & uſu prolixum diſcurſum, poſt Authoris obitum, in lucem edidit Caſpar Wolphius lib. 3. Epiſt. Geſner. Tiguri A. C. 1577. excuſarum adnexum; quod equidem diverſum à ſuo, & Julianicum eſſe, Geſnerus in Epiſt. ad P. Ach. Gaſſerum & Adolph. Oeconem A. fil. A. 1565. ſcripſerat; verum parvam inter utrumque eſſe differentiam, ex utriusque collatione facilè adparet; cum econtra à Julianicis variis deſcriptionibus, quas Alex. Trallianus, Paulus Ægineta, & Nicolaus Myrepſus exhibent, plurimùm differat.



CLAS-



CLASSIS TERTIÆ, ELECTUARIA &c. LENIENTIA EXPONENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

FLOS, SEU PULPA CASSIÆ.

℞. Cannas, ſeu ſiliquas Caſſiæ ponderoſas, & quæ concuſſæ non reſonant, aperi, & contentam in eis pulpam, ſeu medullam cum laminis & ſeminibus diligenter excava: exempta projice ſuper inverſum & anguſtum cribrum ex ſetis equinis contextum & paulatim aquâ calidâ irrora, averſoque cochlearis convexo medullam Caſſiæ hinc indè ducito, ut per cribrum paulatim excernatur. Præſtiterit tamen, ubi neceſſitas poſtulat, recentes ſemper Caſſiæ flores educere, cùm diutiùs repoſiti protinus aceſcant.

Calefacit & humectat primo ordine, ſanguinem depurat, ejus acrimoniam temperat, ac ſitim coërcet, ventriculum, bilem & pituitam educendo mundificat, pectus & guttur lenit, ejus abſceſſus reſolvens: renum calori cum Infuſo Glycyrrhizæ confert, & calculi generationem prohibet, ac in acutis febribus exhibetur: alvum enim blandè lenit, ac flavam bilem inferne deturbat, atque ex hac natas febres mitigat.

CASSIA EXTRACTA.

℞. Violariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ,
Florum Violarum ana manipulum unum.

Fiat omnium decoctio in aqua sufficiente, quo decocto Cassia extrahatur, & Cannæ ejus laventur: deinde

℞. Pulpæ Cassiæ cum hac decoctione extractæ, & ad spissitudinem coctæ libram unam,
Sacchari Thomæi libram unam semis.
Coque ad perfectionem, ut est artis.

Hujus usus est potissimùm in Enematibus, non raro tamen in Bolo quoque exhibetur, cùm ipso flore Cassiæ minùs sit flatulenta, ac magis emolliat, & humectet.

PULPA TAMARINDORUM.

Extrahitur eodem modo, quo Pulpa Cassiæ.

Refrigerat & siccat ordine secundo, bilem facilè solvit, ac valde adustos humores lenit, unde arquatis, lienosis, scabiem, lepram, vitiligines & lichenas patientibus commodè exhibetur; namque cutaneas exulcerationes omnes à sanguinis adustione natas tollit, insaniam insuper ac furorem permulcere creditur.

ELECTUARIUM CATHOLICON, SEU ANTIDOTUS CATHOLICA NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Polypodii querni libram semis.
Decoquatur in aquæ communis mensuris nostratibus quatuor, ad medietatis consumtionem: In quo decocto colato dissolvantur
Sacchari albi libræ quatuor.
Coquantur ad Syrupi consistentiam: ubi paululùm refrixerit, addantur:
Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum ana unciæ quatuor,
probè agitando. Postremò subsequentes pulveres paulatim inspergantur:
℞. Senæ uncias quatuor,
Rhabarbari,
Violarum,
Polypodii,
Anisi ana uncias duas,
Glycyrrhizæ drachmas duas,
Sem. quatuor frigid. major. ana unciam semis.
Misceantur, ut artis est.

Electuarium suave ac mite, quod acutis morbis confert, emollit, & alterat, tertianis, quartanis, & quotidianis febribus adversatur: doloribus item capitis auxilio est, vitiosos humores blandè educens, & multiplici nobis usu familiare.

HIERA PICRA GALENI, QUAM SIMPLICEM VOCANT.

℞. Cinnamomi,
Xylobalsami, aut ejus loco Ligni Aloës, vel Cubebarum,
Asari,
Spicæ Indicæ,

Masti-

Mastiches Chiæ,
Croci ana drachmas sex,
Aloës non lotæ uncias duodecim semis,
Mellis despumati libras quatuor, uncias tres.
Fiat Electuarium.

Medicamentum hoc famosum describitur à Galeno lib. 7. Methodi med. cap. 9. & lib. 2. de tuenda valetudine cap. 10. quod quam maximè prodest vitiosis succis, qui in ventriculi tunicis hærent; utiliter exhibetur iis, qui suffusorum imagines, & alia symptomata ex stomachi vitio patiuntur, & præterea iis, qui alvo sunt adstrictâ, ut & mulieribus, quæ non probè purgantur. Ut plurimum autẽ ejus usus hodie in Clysteribus tantùm esse solet.

Advertant Pharmacopœi, ne species Melli despumato priùs injiciant, quàm idipsum ab igne fuerit remotum, ac ferè refrigeratum; alioquin enim Aloë rursus conglobatur, & picis instar indurata coit; id quod etiam de aliis pulveribus resinosis, inprimis verò Dacrydio in sequentibus Compositionibus observandum erit.

ELECTUARIUM LENITIVUM EX TAMARINDIS.

℞. Folior. Senæ mundatorum uncias tres semis,
Ciñamomi electi drachm. unã,
Spicæ Indicæ scrupulos duos,
Vini Pucini vel Rheinfalini uncias viginti.
Fiat per noctem maceratio in loco calido, mane una atque altera ebullitio; exprime fortiter, & in ea dissolve
Pulpæ Tamarindorum uncias tres,
Passularum majorum uncias duas,
Mannæ Calabrinæ uncias tres semis,
Misce, sub finem addendo
Aquæ Ciñamomi drachm. unã.
Fiat Electuarium.

Blandissimum hoc medicamentum delicatis & teneræ ætatis feliciter propinatur.

Welschii modus est: Fiat miscendo pulpas & mannam cum vini Pucini suff. quant. solutam & colatam, quibus addatur extractum foliorum senæ (non tamen cum vino, sed cum aqua paratum,) ea, qua Medico visum fuerit, quantitate, item pulverem cinnam. & spic. Ind. aut etiam aquam cinnam. pondere aucto.

PASSULÆ LAXATIVÆ.

℞. Folior. Senæ Alexand. unc. quatuor,
Cinnamomi electi,
Zingiberis ana scrupulos quatuor,
Aq. Endiviæ libras duas semis.
Infundantur per horas octo, deinde ebulliant ac leniter exprimantur: huic decocto addantur
Sacchari albi unciæ quatuor,
Passularum minorum mundatarum libra una,
atque post justam coctionem reponantur.

Eodem modo parantur & ZYBEBÆ, & PRUNA LAXATIVA nostris usitata.

Adstrictam alvum leniunt, fæcesque detentas expellunt. Dantur puerulis, delicatulis, & hominibus alias medicinas purgantes respuentibus.

Efficaciores, sed minùs quidem gratæ & nonnihil amarescentes evadunt hæ Passulæ, aut Cybebæ, si loco aquæ Endiviæ Mucharum Rosarum sumatur.

Welschiana Passularum harum præparatio ita se habet: ℞. fol. senæ, & coque cum aq. simpl. (qui vult, sumat aquam endiviæ, quæ tamen aliàs delicatulis est ingrata,) exprime, expresso adde saccharum, clarifica, trajice per manicam, coque fere ad consistentiam Syrupi, adde passulas, bulliant q. s. atque adde aromata in pulverem redacta, aut olea eorundem.

CLASSIS TERTIÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

PULPA PRUNORUM

℞. Prunorum magnorum vinoſorum, id eſt, Damaſcenorum ſive Hungaricorum recentium quantitatem, quam voles, & exemtis nucleis, in fictili vitreato magno percoquito: deinde per cribrum ſetaceum trajicito, expreſſam pulpam denuò lento igne ad perfectam & juſtam ſpiſſitudinem coquito, addendo Sacchari tertiam circiter partem, vel ad Pulpæ libras decem, Sacchari libras tres: ita enim meliùs conſervatur, ne ſitu corrumpatur.

Ventrem mollit, ac alvum facilitat, calorem febrilem extinguit, ſitisque faſtidia demulcet.

Cum hac Pulpa ferè convenit ELECTUARIUM E PRUNIS SIMPLEX, ita olim à nobis dictum; niſi quòd ad Pulpæ libras duas, Saccharum in majori quantitate, nempe integra ejus libra fuerit adhibita.

DIACASSIA CUM MANNA INCERTI AUTORIS.

℞. Prunorum Damaſcenorum uncias duas,
Flor. Violarum manipul. unum ſemis,
Aquæ puræ uncias decem & octo;
Bulliant ad medietatis conſumtionem: colentur & in colatura diſſolvantur
Mannæ optimæ unciæ duæ,
Syrupi Violati unciæ quatuor,
Sacchari cantii,
Penidii ana uncia una,
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam, & addantur
Pulpæ Caſſiæ unciæ ſex,
Tamarindorum uncia una,
Conſervæ Violarum unciæ quatuor.
Miſceantur.

Medicamentum hoc leniens, mite ac ſuave, confert iis, qui duriore ſunt alvo; hanc enim leniter & citra moleſtiam ſubducit ac flavam bilem ejicit, febresque inde natas levat.

Monendi hoc loco Pharmacopœi, hoc & ejusmodi plura ſubſequentia Electuaria, in minori doſi paranda, quia periculum eſt, ne Caſſia Pulpæ Tamarindorum commiſta, ex diuturnitate temporis aceſcat, de quo videatur Fernelius in methodo medendi.

Uti compoſitio hæc varie mutari poteſt, ita eandem quoque Welſchio his verbis tradere lubuit: ℞. Pulpæ prunor. ℥j. caſſiæ ℥vj. tamarind. ℥j. Sacchar. canth. penid. ana ℥j. mannæ opt. ℥ij. Syrup. violar. ℥viij. Miſc. ſ. a. ſaccharum canth. prius in pulverem redigendo: ſi quis omnino velit, admiſceat etiam conſervam violar. ſi pro clyſteribus non uſurpetur: item pro decocto violarum poteſt immiſceri pulvis violar. quemadmodum fit in Electuario catholico.

ELECTUARIUM LENITIVUM FLORENZOLÆ.

℞. Paſſularum majorum ab arillis liberatarum uncias duas,
Capillorum Veneris, ſeu adianti nigri,
Violarum recentium,
Hordei mundi ana manipulum unum,
Jujubarum,
Sebeſten ana numero viginti,
Glycyrrhizæ unciam ſemis,
Prunorum enucleatorum,
Tamarindorum ana drachmas ſex,
Foliorum Senæ,
Polypodii ana uncias duas,
Mercurialis manipulum unum ſemis.
Decoquantur, ut artis eſt, in ſufficiente aqua ad conſumtionem duarum tertiarum, poſtmodum colentur, & in colato diſſolvantur
Sacchari albiſſ. unciæ ſex.

Coquan-

Coquantur ad debitam consistentiam, ut additis

Pulpar. Cassiæ,
Tamarindorum,
Prunorum,
Conservæ Violarum ana unciis sex,
Pulveris Senæ unciis tribus semis,
Fiat Electuarium.

Bilem, pituitamque, nec non his humoribus admixtum succum melancholicum blandè educit; quo præsertim in pleuritide nec non aliis pectoris ac renum morbis, præsertim à calore natis, nostri olim uti consueverant.

Welschius decoctum parat ex fructibus, hordeo, polypodio & mercuriali, eoque saccharum solvit, clarificat & coquit, deinde pulveres ac pulpas admiscet s. a. hoc observato, ut pro capillis Veneris decoquendis addatur pulveris herbæ ℥ß. & pro foliis senæ coquendis pulveris eorundem ℥ij. ita ut in universum sint pulveris eorundem ℥vß. pro viol. rec. & conserv. violar. sumere suadet Syrupi viol. ℥vij. cum violarum vires in decocto exhalare sibi persuadeat, in decocto etiam pruna plane omitti posse, & loco eorundem convenientem quantitatem pulpæ eorum accipi, quæ aliàs jam ingreditur compositio nem. Idem de tamarindis in decocto judicium format. *Quamvis autem violarum partes subtiliores coctione exhalare diffiteri nemo queat, cum tamen in hisce virtus solutiva, quæ in hoc Electuario expetitur, non consistat, sed tantùm in fixioribus, mutatione hac tantopere opus non est. Possit etiam conserva violarum omitti, ejusque loco pulvis violarum, quemadmodum in Electuario catholico & lenitivo cum manna Augustani fecerunt, sumi; qua ratione nec Syrupo violarum indigeremus.*

ELECTUARIUM LENITIVUM DE MANNA NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Prunorum Damascenorum numero viginti,
Violarum unciam unam,
Capillorum Veneris,
Ceterach,
Lichenis, seu Hepaticæ ana drachm. tres,
Seminum quatuor frigidorum majorum ana unciam unam.

Coquantur in aqua sufficiente, ad medietatis consumptionem, exprimantur & colentur: in colato dissolvantur.

Mannæ optimæ & purissimæ uncia una,
Sacchari albissimi libræ quatuor.

Coquantur ad Mellis consistentiam: & in fine subsequentes pulveres paulatim inspergantur:

Seminum quatuor frigid. major. excorticatorum,
Florum Violarum,
Nymphææ,
Seminum Lactucæ,
Scariolæ,
Portulacæ,
Rhabarbari electi,
Foliorum Senæ ana uncia una,

addatur etiam:

Conservæ Violarum,
Pulpæ Cassiæ ana uncia una.
Fiat Electuarium.

Ad purgandum sanguinem, flavam & atram bilem reprimendam, jecur calefactum nonnihil refrigerandum, & universi corporis purgationem adcommodatum existit.

Welschii modus parandi hoc Electuarium ita se habet: Paretur decoctum ex prunis, ceterach, hepatica & semin. 4. frig. major. eoque solvatur saccharum, clarificetur, coquatur ad justam consistentiam, addatur Pulpa cassiæ, Syrupus violarum, conservæ loco, postea pulveres præscripta quantitate, excepto pulvere violar. cujus sint ℥ij. præterea etiam pulv. capill. Ven. ʒiij. quæ alias coqui deberent, & manna aliqua decocti portiuncula soluta & colata.

ELECTUARIUM DE PRUNIS LENITIVUM, SEU DIADAMASCENON NICOLAI ALEX.

℞. Succi Glycyrrhizæ drachmas duas,
Violarum unciam dimidiam.

In aquæ sufficiente quantitate bulliant, & colentur, in colatura solvantur

Sacchari libræ duæ,

Coquantur ad debitam consistentiam, tandem addantur

Pulpæ Prunorum libra una,
Cassiæ,
Tamarindorum ana uncia una,
Pulveris Sandali albi,
rubri,
Spodii de Ebore,
Rhabarbari,
Cinnamomi ana drach. tres,
Rosarum,
Violarum,
Seminum Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,

Tra-

Tragacanthi ana drachmæ duæ,
Seminum quatuor frigid. majorum ana drachma una,
Commiſceantur, ut eſt artis.

Commendatur ad febres acutas, ardentes, tertianas continuas, hecticas marasmodes, lipyrias, cauſum & ſynochum, & ad omnem febrilem affectum in principio, augmento, & ſtatu ægritudinis. Solutivum verò, inferiùs in Claſſe ſequenti deſcribendum, in ejusmodi morbis cavendum, ob Scammonium præparatum ſeu Dacrydium, à quo in febribus continuis peritiores Medici meritò abſtinent.

De hoc Electuario verba Welſchiana hæc ſunt: F. ſimpliciſſime, cum aqua ſimpl. ſaccharum ſolvendo, clarificando, coquendo ad juſtam conſiſtentiam, deinde admiſcendo pulpas prunor. caſſ. & tamarindor. denique & pulveres, hoc obſervato, ut violar. ℥ß. quæ aliàs coqueretur, etiam in pulvere cum reliquis violis admiſceatur.

ELECTUARIUM HIERÆ CUM AGARICO.

℞. Specierum Hieræ ſimplicis ſine Aloë,
Agarici trochiſcati ana unciam ſemis,
Aloës non lotæ unciam unam,
Mellis deſpumati uncias ſex.
Miſce, fiat Electuarium.

Bilem, & pituitam citra moleſtiam educit.


TRYPHERA PERSICA MESUÆ.

℞. Succ. Endiviæ veræ libras tres,
Apii,
Lupulorum ana libras duas,
Solani uncias novem,
Berberum uncias tres,
Epithymi uncias quinque,
Cuſcutæ unciam ſemis,
Spicæ Indicæ drachmas tres.
Violarum recentium uncias tres, drach. tres,
Folliculorum Senæ uncias duas,
Agarici unciam unam,
Prunorum Damaſcenorum numero quinquaginta,
Myrobalanorum citrinarum,
Chebularum,
Indarum ana unc. duas,
Tamarindorum uncias tres.
Secundùm artem lento igne, ad remanentiam circiter librarum duarum, bulliant, colentur & cum
Aceti libra una,
Sacch. albiſſimi libris tribus & unc. octo,
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam, & addantur
Mannæ uncia una ſemis,
Pulpæ Caſſiæ unciæ quatuor,
Pulv. Rhabarbari optimi unciæ duæ,
Myrabalanor. citrinarum uncia una ſemis,
Chebularum,
Indarum ana uncia una,
Belliricarum,
Emblicarum ana uncia ſemis,
Sem. Fumiterræ,
Trochiſc. Diarrhodon.
Macis,
Maſtiches,
Cubebarum,
Spodii de Ebore,
Sandali citrini ana drachmæ duæ,
Sem. quatuor. frigid. major. ana drachmæ duæ ſemis,
Aniſi uncia ſemis,
Spicæ Indicæ drachmæ duæ.
Fiat Electuarium.

Juxta Meſuen valet adverſus acutas febres, calidam ventriculi & jecoris intemperiem, morbos omnes ex humorum uſtione natos, ſitim reſtinguit, icterum calidum ex obſtructione ſanat, ſuffuſionem à vaporibus bilioſis viſui incommodantem diſcutit, ſanguinem purgat, unde in febribus peſtilentibus, & ipſa peſte magnopere à Georgio Agricola, & aliis commendatur.

Thryphera hæc à Perſis quondam inventa & uſitata fuit, quam, ſi nomen ſpectes, delicatam dicere queas, non quidem ſaporis, ſed uſus reſpectu; de quo nomine, præter alios, inprimis videri poteſt Georg. Hier. Welſchius tr. de Vena Medin.

Idem Electuarium hoc ita conficit: ℞. ſpecies omnes, quæ pro decoctis ſunt præſcriptæ, etiam epithymum, exceptis prunis, adfunde ſuccos, ſpeciebus prius aceti ℔j. irroratis; macera per 24. horas, deſtilla ℥xiiiß. quas ſerva; reſiduo adde pruna Damaſc. (qui volet, poteſt pulpam. loco eorum poſtea addere, cum reliquis pulpis,) coque, expreſſo adde ſacchari ℔iij. ſolve, clarifica cum ovi album. trajice per manic. coque ultra conſiſtentiam tabell. cui ab igne remoto admiſce deſtillatum ſuperius, ut f. Syrupus craſſior, cui adde pulpam tamarindor. & caſſiæ, item mannam colatam & conſervam, vel ejus loco Syrupum viol. denique admiſce etiam ſ. a. ſpecies ſeqq. omnes in ſubtiliſſimum pulverem redactas, & F.



CLASSIS QUARTÆ, ELECTUARIORUM SOLUTIVORUM MOLLIUM STRUCTURAM COMPREHENDENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM.

℞. Costi amari,
Semin. Cymini,
Zingib. albi,
Caryophyllorum ana drachmam unam,
Dacrydii,
Hermodactylorum alborum superiore cortice mundatorum ana drachmas duas,
Mellis despumati & sufficienter inspissati,
Vini odoriferi ana uncias tres.
Fiat lege artis Electuarium.


Bilem utramque evacuat, cachexiæ, & ex illa provenientibus morbis variis conducit, obstructiones viscerum reserat, eorundemque duritiem attenuat & emollit.

ELECTUARIUM DE CITRO SOLUTIVUM.

℞. Cortic. Citrii Pomi condit.
Conserv. Boraginis,
Buglossi,
Violarum ana drachmas quinque,
Specier. Diatragacanthi frigidi,
Dacrydii ana unciam semis,

Turbith optimi drachmas ſex,
Sacchari albi in aquarum Cordialium ſufficiente quantitate diſſoluti libram unam.
Fiat Electuarium.

Electuarium hoc è Guidonis de Cauliaco Tractatu ſeptimo de Purgatione deſumptum, bilem ac pituitam evacuat, idem ferme præſtans, quod Diacarthamum Arnoldi, niſi quòd gratius ſit. Addit verò Guido foliorum Senæ drachmas quinque, ac indè tabellas conficit.



CLASSIS QUARTÆ
SECTIO SECUNDA,
DE MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

BENEDICTA SOLUTIVA NICOLAI.

℞. Turbith electi,
Sacchari ana drachmas decem,
Dacrydii,
Eſulæ præparatæ,
Hermodactylorum,
Roſarum ana drachmas quinque,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Croci,
Saxifragiæ veræ,
Piperis longi,
Amomi veri,
Cardamomi minoris,
Sem. Apii,
Petroſelini,
Milii Solis,
Fœniculi,
Aſparagi,
Carvi,
Ruſci,
Salis Gemmæ,
Galangæ,
Macis ana drachmam unam,
Mellis deſpumati optimi libram unam ſemis.

Fiat Electuarium, ut eſt artis.

Humores pituitoſos ad articulos potiſſimùm decumbentes elicit, colicis prodeſt, ad quorum Enemata plurimum expetitur; à renibus quoque & veſica purgat.

Eſulam aliqui omittunt, quam tamen Auctor decem drachmarum pondere in hanc confectionem recipit, prout Fuchſius ex Nicolao tàm Latino quàm Græco notat. Nobis medietas ſufficere poſſe videtur, unde drachmas ſolummodò quinque adpoſuimus. Debet autem ea debito modo prius præparata Medicamento huic indi, cujus correctionem, præparationemque ſuo loco require.

Pro Amomo, qui eo carent, Aſarum ſubſtituant, quod præter cæteras, quas habet facultates, purgatoriâ ſuâ vi paulo valentius Medicamentum ſit redditurum. Alii Cyperum, aut Calamum aromaticum ejus loco accipiunt, quod nec nos improbamus.

Præparatio hujus Electuarii Welſchio dicitur ſimpliciſſima, & inſtar regulæ generalis obſervandum eſſe monet, ut melli ferè refrigerato ſpecies per incer-

incerniculum paulatim inſpergantur, ac miſceantur, ne grumeſcat Electuarium.

DIABALZEMER, SEU ELECTUARIUM SENATUM RENODÆI.

℞. Rad. Cichorii,
Bugloſſi,
Polypodii querni,
Cort. rad. Capparum,
Graminis,
Glycyrrhizæ ana unciam ſemis,
Paſſularum Corinthiacarum drachmas ſex,
Adianti,
Hemionitidis,
Ceterach,
Cuſcutæ,
Artemiſiæ,
Fumariæ,
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Meliſſæ,
Florum Geniſtæ,
Violarum ana manipulum ſemis,
Foliorum Senæ uncias quatuor,
Hellebori nigri præparati,
Turbith optimi ana unciam unam ſemis,
Caryophyllorum drachmas duas,
Sem. Dauci,
Coriandri ana drachmam unam ſemis,

Coquantur in libris ſex aquæ ad mediæ partis conſumtionem, in colatura ſolvatur
Sacchari libra una ſemis.

Coquantur ad debitam conſiſtentiam, ut cum ſequenti pulvere fiat Electuarium:

℞. Rhabarbari unciam ſemis,
Senæ pulveriſatæ uncias duas,
Lapidis Lazuli præparati,
Cinnamomi ana unciam ſemis,
Saſſafras unciam unam,
Rad. Pæoniæ,
Cort. Tamariſci,
median. Fraxini,
Epithymi,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum,
Sem. Agni caſti,
Nigellæ Romanæ ana drachmas duas,
Dauci,
Coriandri ana drachmam unam ſemis,
Anthos,
Stœchados ana drachmam unam.
Miſc.

Convenit lienoſis, melancholicis, hypochondriacis, maniacis, epilepticis, ſine febre delirantibus, paſſionibus hyſtericis, fœdis mulierum coloribus, elephanticis, ſcabioſis, & Indicâ lue inveteratâ laborantibus.

Welſchianus parandi modus: ℞. ſpecies pro decocto præſcriptas una cum purgantibus, caryophyll. & ſeminib. pro ſecundo decocto; inciſa & contuſa, prout apta nata ſunt, omnia in cucurbitam vitream immitte, eisque adfunde aq. font. (aut qui volet, aquæ chalybeatæ,) ℔vj. macera per 24. hor. deinde deſtilla ℥ix. quas ſerva; reſiduum coque parumper, exprime, expreſſo adde ſacchari ℔iß. clarifica, trajice, coque ultra conſiſt. tabell. cui ab igne remoto admiſce ſuperioris deſtillati ℥ix. ut F. Syrupus, cui deinde inſperge ſ. a. ſpecies ſubſeqq. cum rhabarb. in ſubtiliſſimum pulverem redactas, & F. Electuarium. Poſſe etiam ex ſpeciebus ſupradictis ℥x. vel ℥xj. deſtillari, in iisdem rhabarbarum infundi, infuſum exprimi, digeri, filtrari, deinde ſaccharo ad ſufficientiam cum reſiduo deſtillationis cocto admiſceri, poſtremo pulverem inſpergi, monet.

DIACARTHAMUM ARNOLDI DE VILLA NOVA.

℞. Specierum Diatragacanthi frigidi unciam ſemis,
Pulpæ Cydoniorum conditæ unciam unam,
Medullæ Carthami unciam ſemis,
Zingiberis drachmas duas,
Dacrydii drachmas tres,
Turbith albi drachmas ſex,
Mannæ drachmas duas,
Mellis Roſati colati,
Sacchari cantii ana unciam unam,
Hermodactylorum unciam ſemis;

Sacchari albi in aqua Boraginis diſſoluti uncias decem ſemis.

Fiat

Fiat Electuarium liquidum.

Flavæ bili ac pituitæ educendæ prodest, & ad omnes affectus è mixta cum bile pituita provenientes efficax est.

Cydoniorum Pulpa Saccharo condiri debet, in cujus usum Cydoniatum nostrum rectè succedit, & cum Manna ac Melle Rosato solutum colatur per stamen: quæ omnia Saccharo postea paulò ultra, quàm Electuario convenit, cocto simul trita & colata cum pulveribus adduntur. Dacrydium tamen per se terendum.

ELECTUARIUM EPISCOPI, QUOD ELESCOPH ADPELLATUR, MESUÆ.

℞. Dacrydii,
Turbith ana drachmas sex,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Myrobalanorum Emblicarum,
Nucis Moschatæ,
Polypodii ana drachmas duas & semis,
Sacchari uncias sex,
Mellis despumati triplum, id est, uncias decem, & drachmam unam.

Flavam bilem, ac pituitam, flatus & excrementa è toto corpore educit, ob id doloribus articulorum & hypochondriorum, colicis item cruciatibus auxiliatur. Pulvis tamen est potiùs in usu, aut confectio solida, quorum utrumque si efficacius habere, ac ut in minore dosi eodem effectu exhiberi queat, efficere volueris, pro Sacchari unciis sex, cum Cordo & Coudenbergio, Sacchari drachmas tantummodo sex legito, aut illud potiùs omnino omittito.

CONFECTIO HAMECH MAJOR MESUÆ.

℞. Myrobalanorum citrinarum uncias quatuor,
Chebularum,
Indarum,
Rhabarbari electi ana uncias duas,
Agarici,
Colocynthidis,
Polypodii ana drachmas decem & octo,
Absinthii,
Thymi,
Senæ ana unciam unam,
Violarum drachmas quindecim,
Epithymi uncias duas,
Seminum Anisi,
Fœniculi,
Rosarum rubrarum ana drachmas sex,
Prunorum numero sexaginta,
Passularum enucleatarum uncias sex.

Macerentur omnia in
Succi Fumiterræ libra una,
Seri lactis caprini libris duodecim,
in vase vitreato, in loco tepido, per viginti quatuor horas; postea ferveant unâ vel alterâ ebullitione, & colentur. In colatura solvatur
Sacchari albi libra una semis,
& ad debitam consistentiam coquatur, addendo in fine
Pulpæ Cassiæ uncias quatuor,
Tamarindorum uncias quinque
& ubi ab igne remota fuerit, sequentes pulveres paulatim inspergendo:

Scammonii præparati, & seorsim in pulverem redacti unciam unam & semis,
Myrobalanorum citrinaruum,
Chebularum,
Indarum ana unciam semis,
Belliricarum,
Emblicarum,
Rhabarbari,
Sem. Fumiterræ ana drachmas tres,
Anisi,
Spicæ Indicæ ana drachmas duas.
Fiat Electuarium, ut est artis.

Utramque bilem & pituitam salsam purgat. Ob id morbis inde natis, impetigini, scabiei, elephantiæ, cancro exedenti, & similibus morbis confert; in morbis melancholicis quibusdam magnopere laudatur; in quartanis feliciter datur cum Hellebori decocto, vel infuso, quorum descriptionem subjunximus:

FINU-

INFUSUM HELLEBORI.

℞. Corticum rad. hellebori nigri præparat. drachmas duas,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana drachmam unam,
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana grana tria.

Fiat infusio s. a. in Aquæ Fumariæ sufficiente quantitate, ut post colaturam remaneant unciæ tres, pro una dosi.

DECOCTUM HELLEBORI.

℞. Corticum hellebori nigri scrupulos quatuor,
Sem. Anisi,
Citri,
Caryophyllorum ana drachmam semis.
Fiat decoctio, cum aqua fontana, ut est artis.

℞. Hujus decocti uncias quatuor,
Hamech unciam semis;
Syrupi de Fumoterræ compositi unciam unam.
Misce.

Laboriosam medicamenti hujus præparationem olim traditam, cùm minori labore institui queat, immutare nonnihil placuit; quam equidem Confectionem auream vocare Joh. Bapt. Montano libuit, atque ab aliis etiam summis laudibus extollitur; Licet vicissim non desint, qui eam improbant, atque inprimis noster Welschius in suis ad Methodum medendi Waleanam notis, ut in suavissimam, & ingenti farragine ineptissimam, plerisque fastiditam, eandem proclamat; Cl. Casp. Hoffmannus autem lib. 1. de medic. offic. cap. 9. §. 14. alvo potiùs quam ori infundendam censet.

Postquam Welschius tot in medicamento hoc parando, quinque nempe decoctiones Zvvelferianas, & hoc ipso partium subtilium exhalationes vituperasset, ipse seq. modum commendat: ℞. species omnes pro decocto præscriptas, exceptis prunis & passulis, quibus adfunde succi fumiterræ ℔j. seri lactis caprilli ℔iij. macera per 24. horas, deinde destilla ℥xix, quas serva; residuum cum seri capr. s. q. (qui volet, sumat ℔xij. vel xiij. est tamen nimia quantitas, quia prunorum & passularum loco accipit eorundem pulpas,) coque, exprime, expresso adde sacchari ℔iß. solve, clarifica, trajice, coque ultra consistentiam tabell. cui ab igne remoto admisce destillatum superius, ut f. Syrupus, adde pulp. cass. tamarind. prun. & passul. tandem etiam species subseqq. in tenuissimum pulverem redactas, inter quas rhabarbari dosis in decocto positi ℥ij. reliquis inter species præscriptis ʒiij. jungi possent.

HIERA COMPOSITA NICOLAI.

℞. Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Schœnanthi,
Asari,
Xylocassiæ, aut Cinnamomi exquisitissimi,
Xylobalsami,
Carpobalsami,
Violarum,
Absinthii,
Epithymi,
Agarici,
Rosarum,
Turbith,
Colocynthidos,
Mastiches ana drachmam unam, scrupulum unum,
Aloës non lotæ quantum reliquorum omnium, id est, uncias duas, drachmus quinque, scrupulum unum,
Mellis despumati libram unam semis.
Misce fiat Electuarium.

Hiera hæc, quæ & magna, & Hiera ex sedecim rebus dicitur, (Mel enim & Aloë in Compositionibus hisce non numerantur) Enematum usui inservit: pituitam enim lentam, crassam & frigidam intestinis adhærentem eluit, jecoris obstructiones liberat; lienis duritiem emollit, renibus & vesicæ humoris deturbatione proficit, uteri intemperiem emendat; capitis etiam affectus, oculorum & aurium gravedines à magno pituitæ lentore ortas juvat.

HIERA LOGADII NICOLAI MYREPSI.

℞. Pulpæ Colocynthidos,
Polypodii ana drachmas duas,
Euphorbii,
Polii montani minoris,

Sem. Thymelææ, vel Coccognidii ana drachmam unam ſemis, grana ſex,
Abſinthii,
Myrrhæ ana drachmam unam, grana duodecim,
Centaurii minoris,
Agarici,
Ammoniaci,
Folii, vel ejus loco Macis,
Spicæ Indicæ,
Scillæ præparatæ,
Dacrydii ana drachmam unam,
Aloës,
Comarum Thymi,
Chamædryos,
Caſſiæ ligneæ,
Bdellii,
Marrubii ana ſcrupulum unum, grana quatuordecim,
Cinnamomi,
Opopanacis,
Caſtorei,
Ariſtolochiæ longæ,
Trium piperum,
Croci,
Sagapeni,
Petroſelini Macedonici ana drachmam ſemis,
Hellebori nigri,
albi ana grana ſex,
Mellis deſpumati uncias decem.
Miſce, fiat Electuarium.

Juxta Nicolaum, malis melancholicis diuturnis medetur, adpetitum inſtaurat, lethargicis, epilepticis, vertiginoſis, & convulſis auxilio eſt, bilioſis ac elephantiacis inter initia convenit, feris item impetiginibus, jecinoroſis, & iis, qui venena lethalia hauſerunt, utilis eſt, ac menſes potenter movet, iſchiadicis, lumborum dolore vexatis, & diuturnis morbis à vitioſis humoribus obortis plurimùm conferre creditur. Expetitur potiſſimùm in Enemata, ubi viſcoſos, craſſos, lentos & tenaces humores evocare neceſſe eſt.

Pro Pulpa Colocynthidis non in hac ſolummodò Compoſitione, ſed in omnibus aliis Trochiſcos Alhandali ſubſtituimus.

HIERA PACHII EX NICOLAO ALEXANDRINO, QUÆ ET DIACOLOCYNTHIDOS.

℞. Stœchadis,
Marrubii,
Chamædryos,
Agarici,
Colocynthidos ana drachmas decem,
Opopanacis,
Sagapeni,
Petroſelini,
Radicis Ariſtolochiæ rotundæ,
Piperis albi ana drachmas quinque,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polii,
Croci ana drachmas quatuor,
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras duas, uncias novem, & drachmas quinque.

Scribonius Largus Hieram hanc ad Pachium autorem refert, & miris laudibus in cœlum effert, quas lib. de compoſ. medic. cap. 97. & ſeqq. legere datur.

ELECTUARIUM INDUM MAJUS MESUÆ.

℞. Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Roſarum,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Macis,
Cyperi rotundi ana unciam ſemis,
Sandali citrini drachmas duas ſemis,
Turbith opt. uncias ſex, drachmas duas,
Ligni Aloës,
Nucis Moſchatæ ana drachmas duas,
Sacchari albi,
penidii ana drachmas viginti,
Galangæ,

Carda-

Cardamomi majoris,
minoris,
Asari,
Mastiches ana drachmam unam semis,
Dacrydii unciam unam semis,

Omnia terantur, & cum subsequenti Syrupo conficiantur.

℞. Succorum depuratorum Apii,
Fœniculi,
Cydoniorum,
Granatorum,
ana libram semis.
Mellis despumati optimi libras quatuor semis,

Decoquantur Succi cum melle ad spissitudinem justam, ut est artis: deinde misceantur species.

Putridorum humorum, maximè verò pituitosorum excrementa è ventriculo, & aliis partibus nutritioni servientibus educit, ac crassos in iis flatus discutit.

Welschius hoc Electuarium sic præparat: ℞. succos præscriptos depuratos, destilla s. a. ℥xviij. quas serva; residuum cum melle despumato coque ultra consistentiam supposit. cui ab igne remoto admisce destillatum superius, ut F. Syr. cui adde s. a. pulverem specierum præscriptum, ut F. Electuarium. Vel. ℞. mell. despum. ℔ivß. sacchari & penidior. ana ʒxx. solve cum aq. simpl. clarifica, & trajice, coque ultra consistentiam suppos. cui ab igne remoto admisce succos omnes, uti sunt præscripti, ut F. Syrup. deinde pulveres, & F. Electuarium.

DIAPHOENICON
MESUÆ.

℞. Pulpam Dactylorum citrinorum, ex eorundem enucleatorum unciis sex & drachmis duabus, post triduanam in aceto macerationem, paratam,
Pinearum uncias tres & drachmam unam,
Amygdalorum dulcium drachmas quindecim,
Turbith electi drachmas septendecim semis,
Dacrydii drachmas sex,
Zingiberis,
Piperis longi,
Foliorum Rutæ siccorum,
Cinnamomi.
Macis,
Ligni Aloës,
Anisi,
Fœniculi,
Dauci,
Galangæ ana scrupulos quatuor,
Mellis despumati libras tres, uncias undecim & drachmas quinque.

Fiat Electuarium.

Electuarium hoc, quod (ut Mesue refert) descripsit filius Zezar, febribus compositis & diuturnis auxiliatur: bilem namque flavam & pituitam sine molestia educit, ventriculi item doloribus, & id genus vitiis ex crudis humoribus ortis confert.

DIAPHOENICON
FERNELII.

℞. Pulpæ Palmularum mundatarum ex Hydromelite coctarum per cribrum setaceum trajectæ,
Pinearum recentium ana libram semis,
Amygdalorum expurgatorum uncias tres semis;

Contusis & permixtis omnibus adde
Mellis despumati libras duas:

Paulum coquantur, ac deinde inspergantur
Zingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinnamomi,
Foliorum Rutæ siccorum,
Sem. Fœniculi,
Dauci ana drachmæ duæ,
Turbith tenuissimè triti unciæ quatuor,
Dacrydii uncia una semis.

Fiat Electuarium.

Compositionem Electuarii Diaphœnici Mesues, ob Dactylos in aceto infusos alioquin parùm gratam, doctissimus, & ob præsti-

ta

ta in Rempub. Medicam beneficia clarissimus Fernelius in hanc formam transtulit, & ob auctam, imò ferè duplicatam Turbith ac Dacrydii quantitatem priore efficaciorem reddidit, unde & minori dosi exhibita, priore potentiùs alvum solvit.

ELECTUARIUM DE PRUNIS SOLUTIVUM NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Diaprunis Lenitivi recentis & nonnihil adhuc calentis libras quatuor,
Scammonii præparati, seu Dacrydii uncias duas,
Misce.

Confert morbis à bile genitis, in febribus tamen, maximè verò continuis, ab ejus usu cavendum.

ELECTUARIUM DE PSYLLIO MONTAGNANÆ.

℞. Polypodii recentis libram unam,
Senæ,
Violarum,
Prunorum,
Tamarindorum,
Passularum,
Seminis Psyllii ana uncias tres,
Aquæ font. libras decem.

Macerentur horis viginti quatuor, postea decoquantur ad medietatem, colentur, exprimantur, & cum
Sacchari libris quatuor,
decoquantur ad debitam consistentiam, addendo
Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum ana libram semis,
Dacrydii uncias quatuor,
Spodii de Ebore,
Rhabarbari,
Sandali albi,
rubri,
Rosarum rubrarum,
Violarum,
Sem. Papaveris albi,
Quatuor frigid. minor.
Fœniculi,
Anisi,
Berberum,
Fumiterræ,
Tragacanthi,
Amyli,
Gummi Arabici,
Rasuræ Eboris,
Glycyrrhizæ ana drachmas tres,
Myrobalanorum Indarum,
Emblicarum ana drachmas quinque semis.

Misce, fiat Electuarium.

Flavam bilem educit, cujus fervorem temperat, dolori capitis & vertigini à biliosis humoribus procreatæ, morbo regio, ac jecori calefacto succurrit. Vid. Barthol. Montagnana in Consiliis fol. 226. in Antidot. c. 19.

ELECTUARIUM ROSATUM MESUÆ.

℞. Succi Rosarum rubrarum depurati libras quatuor,
Sacchari optimi libram unam semis.

Coquantur lento igne ad Mellis consistentiam, addendo in fine
Mannæ electæ succo Rosarum dilutæ uncias sex,
& tandem
Dacrydii unciam unam semis,
Trochiscorum de Spodio unciam unam,
Berberibus unciam semis,
Galiæ Moschatæ veræ,
Croci ana drachmas duas.

Fiat Electuarium, ut est artis.

Cholagogum hoc salubre est biliosis affectibus,

ctibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ, vertigini, oculorum dolori, ictero.

Parari etiam Medicamentum hoc poterit sine Galia, partim pro pauperibus, partim pro iis, qui Galiæ odorem non ferunt.

Secundùm Welschium hoc Electuarium parari debet ad normam aliorum Electuariorum ab ipso propositam in præcedd. destillando nimirum succum rosarum, non coquendo.

ELECTUARIUM E SUCCO ROSARUM NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Succi Rosarum rubrarum,
Sacchari albi ana uncias sedecim,
Scammonii præparati unciam unam semis,
Sandali rubri,
albi,
citrini ana drachmas sex,
Spodii de Ebore drachmas tres,

Succus Rosarum cum Saccharo ad justam consistentiam coquatur, deinde Sandala cum Spodio, ac tandem Dacrydium, adjiciantur.

Commendatur ad omnes affectus, in quibus bilis flava redundat, aut biliosi ichores peccant; convalescentes ex ægritudine, quotidianarios & tertianarios sine molestia purgat, malignorumque humorum reliquias educit.

Camphoram, cujus scrupulus unus quondam huic Electuario destinatus fuerat, odore non omnibus placentem, omittere olim consuevimus; qui tamen addere voluerit, eandem cum nucl. pini terendo in pollinem priùs redigat.

ELECTUARIUM DIASEBESTEN BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ.

℞. Sebesten sine nucleis,
Prunorum siccorum enucleatorum,
Tamarindorum ana uncias quinque,
Succi Anguriæ uncias sex,
Mercurialis depurati uncias quatuor,
Pulpæ Prunorum libram unam semis,
Sacchari Penidii uncias octo,
Sem. quatuor frigid. major. excorticatorum ana uncias duas,
Dacrydii drachmas tres.

Coquantur Tamarindi, Sebesten, & Pruna in aquæ simplicis unciis octodecim, & per cribrum setaceum transmittantur, dein addantur Succi & Pulpæ Prunorum cum Saccharo penidio, quo dissoluto, tandem Dacrydium & reliqua commisceantur, ac fiat Electuarium.

Confert febribus biliosis interpolatis, ac continuis exquisitis, quarum vehementiam sedat, sitim extinguit, vigilias arcet, & acres humores per urinam educit.

Anguria, quæ Hetruscorum est Cucumis in ventrem crescens (quæ alioquin Albateca, Batega, & Melo Indicus dicitur) nobis deest: quamvis eadem opus non habeamus, ipso Composito hoc apud nos jam dudum inter obsoleta reposito; qui tamen parare voluerit, in succi defectu, aquam Melonum stillatitiam vel simile quid substituat.

Aliqui ex Seminibus frigidis Electuarium hoc ingredientibus Emulsionem parant, quam cum Saccharo penidio decoctam Compositioni postmodum indunt, ac cum cæteris ad justam Electuarii consistentiam reducunt.

ELECTUARIUM DE SENA NICOLAI MYREPSI.

℞. Senæ uncias tres,
Avellanarum tostarum numero quinquaginta,
Serici tosti drachmas duas,
Lapidis Armeni loti drachmam unam,
Lazuli loti drachm. tres,
Sacchari uncias sex,
Cinnamomi unciam unam,
Caryophyllorum,

Galangæ,
Piperis,
Spicæ Indicæ,
Seminis Ocimi,
Folii,
Cardamomi,
Croci,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Florum Rorismarini,
Piperis longi ana drachmas duas,
Mellis despumati libras duas.

Misce, fiat Electuarium.

Melancholicis, maniacis, quartanâ laborantibus, atque omnibus noxis ex atra bile natis à Nicolao commendatur.

Pro Lapide Armeno, de quo magna est inter autores controversia, Lapis Cyaneus vel Cœruleus, vulgariter Lapis Lazuli dictus, rectè hìc nostrâ opinione substituitur, ut qui magnam cum Armeno cùm ratione originis, tùm virium adfinitate cognationem habet. Eligendus est autem Lapis Lazuli aureis maculis distinctus, seu in cujus fracturis radiantes quædam ac splendentes aureæ stellæ scintillant, unde à Mesue lapis stellatus vocari meruit: cujus, prout & Serici præparatio, infrà & suo loco tradetur.





CLASSIS QUINTÆ, CONFECTIONES SOLUTIVAS, QUÆ IN FORMA SOLIDA PARARI CONSUEVERUNT, PROPONENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

DIACYDONIUM SOLUTIVUM PELLUCIDUM.

℞. Magiſterii Jalapæ unc. quatuor. Solvatur in pauco Spiritu vini optimè rectificato, & permiſceatur diligentiſſimè agitando, cum Gelatinæ Cydoniatæ ad perfectam conſiſtentiam coctæ libris tribus ſemis. Indatur ſcatulis.

Bilem & pituitam ſatis potenter educit; pro delicatis & iis, qui pharmaca cætera averſantur, concinnatum.

In Diacydonio hoc ſolutivo pellucido, ad hominum tam ſaporem delectandum, quàm medicamenti intentionem promovendam, plurimi hucusque & Medici & Pharmacopœi laborârunt, quorum cuilibet pro ſuo invento ſua quoque rependitur gratia. Nobis autem ſupraſcriptus compoſitionis noſtræ modus omnium commodiſſimus, & ſecuriſſimus eſſe videtur, quia Reſina Jalapæ perfectè diſſoluta, continuâ agitatione univerſæ maſſæ cydoniatæ æqualiter communicatur & permiſcetur.

Welſchianus modus, quem ipſe verum appellat, atque Parenti ſuo ſecretum fuiſſe refert, ita ſe habet: ℞. Mucilagin. cydonior. ℥xxxij. pomor. ℥xvj. ſucc. cydonior. recent. expreſſi ℥viij. Sacchar. finiſſ. ℥x. coq. ſimul omnia, deinde per pannum lineum exprime, mox iterum coque, & ubi veram conſiſtentiam adquiſiverit, adde extr. ſcammon. ℥j. ℈viij. in ſ. q. Spir. vin. rectif. ſoluti ſuper prunis, cavendo tamen, ne valde incaleſcat; M. diligenter.

Effunde in modulos confeſtim, quia cito concreſceret, ſi refrigeraretur.

ELECTUARIUM EPISCOPI, SEU ELESCOPH SOLIDUM.

Fit juxta deſcriptionem Meſuæ, ſpeciebus addendo, loco unciarum ſex,

Sacchari libram unam.

Easdem vires præſtat, quas vel Species, vel liquidum Electuarium poſſidet.


Rariſſimus eſt hujus apud nos hoc tempore uſus, & penè nullus; ipſæ tamen Species paulò frequentiùs adhibentur; quas itaque ſolas in promtu habere Pharmacopœus tenetur; ex iis, neceſſitate poſtulante, facilè cum Saccharo Electuarium ſolidum paraturus.

DIATURBITH CUM RHABARBARO BARTHOL. MONTAGNANÆ.

℞. Rhabarbari drachmas decem,
Turbith albi & gummoſi,
Hermodactylorum ana unciam unam,
Dacrydii unciam ſemis,
Zingiberis,
Sandali albi,
rubri,
Violarum ana drachmam unam ſemis,
Maſtiches,
Aniſi,
Cinnamomi,
Croci ana drachmam ſemis,
Sacchari albi libram unam, uncias duas, drachm. duas.

Flavam bilem, & pituitam educit, atque aquâ inter cutem laborantibus confert; ad vermes etiam Medicamentum eſt valde idoneum: nam Rheum eosdem enecat, & Turbith pituitam ipſam, vermium verum fomitem ejicit.

Species hujus Electuarii, non niſi Pulveris formâ apud nos proſtant, ex tempore in Confectionem ſolidam redigendæ, ubi expetitur.



CLASSIS QUINTÆ

SECTIO SECUNDA,

DE

MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

ANISUM SOLUTIVUM.

℞. Sem. Aniſi mundati uncias ſex,
Dacrydii uncias tres & drachmas ſex,
Maſtiches electæ unciam ſemis,
Spec. de Gemmis frigid. drachmas duas,
Diamargarit. frigid.
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ ana drachmam unam,

Saccha-

Sacchari albissimi libras quinque & uncias quatuor.
Fiat secundùm artem Confectio.

Aniso hoc solutivo adstrictâ alvo laborantes ad eam movendam ante cibum utuntur: nonnulli autem, qui Medicamenta purgantia alioquin respuunt, hujus Confectionis jucunditate illecti, eâ assumtâ purgantur.

DIACARTHAMUM SOLIDUM.

Species ingredientes Electuar. Diacarthamum Arnoldi, cum Saccharo ipsi destinato conficiantur, omittendo Pulpam Cydoniorum, Mel, & Mannam; quamvis, si cui liberet, neque recensita illa compositionem hanc ingredi refugiant.

Iisdem viribus, quibus liquidum, pollet, & jucundiùs, quàm illud, assumitur.

CONFECTIO ADVERSUS LUMBRICOS.

℞. Sem. Cinæ drachmam unam,
Rad. Filicis,
Graminis,
Dictamni ana scrupulos duos,
Cornu Cervi usti,
Rhabarbari ana scrupulos quatuor,
Sacchari diluti Aquâ Graminis uncias sex,

Vermes & animalia in intestinis nata enecat, & ejicit.

DIACYDONIUM SOLUTIVUM.

℞. Foliorum Senæ elect. uncias duas semis,
Rhabarbari electi,
Cinnamom. acuti ana drachmas sex,
Seminis Anisi drachmas tres,
Zingiberis albi unciam unam,
Vini Malvatici libras duas,
Succi Limonum uncias octo.

Coquantur ad medias, postea colentur, & additis
Pulpæ Cydoniorum libris duabus semis,
Sacchari clarific. librâ unâ semis,

continuè agitando, ad justam consistentiam, coquendo deducantur, tandem etiam, ubi refrigerari incipit,
Dacrydii unciâ semis, in spiritu vini soluti & filtratione depurati.
Fiat Diacydonium in scatulis.

Medicamenti hujus usus, cùm neque pelluciditate admodum se commendet, neque palato gratum existat, jamdudum apud nos eviluit; & fortè nec alibi ampliùs in usum trahitur; Unde, contractiori tantùm parandi illud modo adposito, emendationi ejus prolixiori studere haud opus fuit. Nonnulli Antimonii infusum olim addidere: Verùm ventrem turbandi multæ sunt artes; attamen electivè purgantibus, inprimis similibus antimoniatis, neque in hoc, neque in alio medicamenti genere, temerè abutendum, præsertim verò in delicatulis ac infantibus. Cavendum etiam, ne vulgus, nomine Diacydonii deceptum, Dacrydiatum hoc promiscuo ac inconsiderato usu, quibusvis id temerè exhibendo, in sui noxam porrigat.

HOLIPPÆ PURGANTES.

℞. Turbith albi gummosi, & ab exteriore cortice mundati drachmas quinque.
Pulveris Syrii drachmas duas,
Zingiberis albissimi ab exteriore cortice mundati,
Cinnamomi acutissimi ana drachmam unam semis,
Hermodactylorum electorum & mundatorum drachmam unam.
Fiat Pulvis subtilissimus, cui admisce
Farinæ triticeæ candidissimæ,
Sacchari albissimi ana uncias quatuor.
Cum sufficienti quantitate aquæ Rosarum
Fiant secundùm artem Holippæ.

Pituitosos, serosos, biliosos que humores educunt; usui sunt potissimùm iis, qui medicamentorum usum abhorrentes sic studiosè falli desiderant.

PASSULÆ SOLUTIVÆ SICCÆ D.D. IMMANUELIS DIDYMI.

℞. Passularum minorum unciam unam,
Radicum Esulæ præparatæ,
Hellebori nigri præparati ana drachmas duas.
Bulliant in libra una aquæ ad medias, Colentur, fortiterque exprimantur, addendo postea
Pulveris Dacrydii unciam unam.

Quæ mixtura Passularum minorum succulentarum & optimè mundatarum unciis sex adfundatur, omniaque in patina contecta probè concutiendo permisceantur; deinde passulæ extendantur in eadem patina, & propè fornacem exsiccentur.

In his parandis Welschio non videtur tutum satis esse, pulverem dacrydii passulis aspergere, cum fieri posset, ut una vel altera illarum plus ejus acciperet, quàm decem aliæ, ita ut uni vel alteri nihil ejus accederet; unde pharmacopœo author est, ut illud in mellis rosati vel Syrupi cujusdam aliqua quantitate permisceat, postea passulis additis, easdem in patina contecta diligenter hinc inde commovendo concutiat, & demum exsiccet. *Verùm si dacrydium in decocto passulato, quo cum passulæ dein imbuuntur, probe sit permixtum, metus ille abesse potest, & præparatio eodem recidit.*

DIAPHOENICON SOLIDUM.

℞. Dactylorum per triduum aceto maceratorum numero sex,
Cardamomi drachmas duas,
Pinearum,
Amygdalorum dulcium ana drachmas quindecim,
Turbith drachmas duodecim,
Dacrydii drachm. undecim,
Piperis longi,
Zingiberis,
Foliorum Rutæ siccatorum,
Cinnamomi,
Macis,
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Dauci,
Galangæ,
Ligni Aloës ana drachmam unam,
Sacchari libram unam, uncias duas.
Fiat Confectio solida, ut est artis, æqualiter pulveres miscendo.

Viribus affine est liquido.

Omissis Dactylis, Pineis, Amygdalis, & Saccharo, reliqui pulveres, uti supra dictæ Species Electuarii Episcopi, pro usu tantùm apud nos quondam reponebantur.

ELECTUARIUM E SUCCO ROSARUM SOLIDUM.

℞. Specierum ingredientium Electuarium de Succo Rosarum Nicolai, quantum describitur supra.
Cum Sacchari unciis sedecim fiat Confectio in solido, recipiendo tantùm
Succi Rosarum libram unam.

Idem præstat, quod liquidum, & quidem paulò potentiùs: minor enim est hîc Succi Rosarum quàm in liquido quantitas.

ZINGIBER SOLUTIVUM.

℞. Zingiberis drachmas duas,
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana drachmam unam,
Nucis moschatæ,
Galangæ ana scrupulum unum,
Croci grana quatuordecim,
Turbith scrup. unum semis,
Dacrydii drachmas tres,
Sacchari uncias quatuor.
Fiat Confectio solida.

Cautè hoc Medicamento utendum, quo vulgus olim promiscuè abutebatur, ad quoscunque affectus indiscriminatim ac præposterè id adhibens; bilem tamen & pituitam evacuat; verùm in febrium suspicionibus ab ejus usu cavendum: humores enim nimium fundit & liquat, unde Hypercatharsis facilè metuenda foret, ac Medicamenti ipsius caliditas calidos affectus magis irritat.



CLASSIS SEXTÆ, PILULARUM COMPOSITIONES, AC VIRES EXHIBENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

PILULÆ DE ALOE ROSATA.

℞. Aloës optimæ, quæ Succum Rosarum tertiâ vice imbiberit, atque resiccata fuerit, unciam unam.

Ex qua cum Vino formentur Pilulæ pro lubitu.

Minùs quidem purgant, magis tamen roborant, cruditates absumunt, adstrictam alvum solvunt, ac humorum putredinem arcent.

Eodem modo cum infusione violarum paratur Aloë violata, quæ, plurium judicio, PILULAS sic dictas FRANCOFURTENSES constituit.

PILULÆ DE AMMONIACO QUERCETANI.

℞. Balsami Aloëtici uncias quatuor,
Gummi ammoniaci puri in aceto scillino dissoluti drachmas sex,
Myrrhæ electæ unciam semis,
Mastiches,
Specierum Diatrionsandal. ana drachmam unam semis,
Croci,
Salis Fraxini,
Absinthii ana scrupulos duos.
Cum Syrupo de Stœchade
Fiat Pilularum massa.

Ad omnem totius corporis fæculentæ materiæ abundantiam educendam, cachexiam, febres inveteratas, & diuturnas tollendas, maxime conducunt; citra omnem etiam molestiam & perturbationem exhibentur.

Welschius has Pilulas sic præparat: ℞. granor. gummi ammon. ℥vj. in mortario tepido solve cum aceti scillit. s. q. cui adde pulv. myrrhæ & mastiches, solve omnia & probe subige cum pauxillo aceti scill. quibus adde crocum, balsamum aloëticum, species diatrion sandal. & salia, ac probè miscendo fiat massa pilularis.

PILULÆ ANGELICÆ
Seu
DE ALOE ET RHABARBARO.

℞. Aloës Socotrinæ libram unam, quam dissolve in
Succor. depuratorum Cichorii,
Endiviæ,
Buglossi,
Boraginis,
Lupulorum,
Fumariæ ana unciis quatuor,
Rosarum Damascen. libra una.

Lento igne ad justam consistentiam deducantur, ut cum sequenti pulvere:

℞. Pulveris Rhabarbari electi unciam unam,
Agarici trochiscati unciam semis.
Cinnamomi electi drachmas duas,
Fiat Massa Pilularis.

Virtus harum pilularum nunquam satis laudanda existit, quoniam ad omnium viscerum nobiliorum corroborationem cōmendantur, pravorum insuper humorum correctionem, & blandissimam evacuationem promovent.

Modum Augustanorum olim observatum, æquè ac Zvvelferi, improbat Welschius, in quo nempe optimas partes succorum per exhalationem dispergi monet: ipse verò minorem quantitatem succorum accipere, & iis paulatim aloën imbuere ac resiccare, deinde pulverem agarici, rhabarbari & cinnamomi admisceri jubet. *Censura tamen hac opus minimè fuit; cum, sive una vice, sive paulatim succi evaporent, utrobique succorum pars aquea in auras abeat, succorum etiam in dosi imminutio virtutem pilularum immutet; in Welschiana quoque præparatione pulveres rhabarbari &c. cum succis resiccatis, absque vini vel alterius liquoris additione in massam pilularem minime compingi queunt.*

PILULÆ ARTHRITICÆ NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Hermodactilorum,
Turbith,
Agarici ana drachmas duas,
Cassiæ ligneæ veræ,
Spicæ Indicæ,
Xylobalsami,
Carpobalsami,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Asæ fœtidæ,
Zingiberis,
Mastiches,
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Saxifragiæ,
Asparagi,
Rusci,
Milii Solis,
Rosarum,
Salis gemmæ ana grana quindecim,

Da-

Dacrydii unciam ſemis,
Aloës optimæ ad pondus omnium,id eſt,drachm.quatuordecim ſemis,
Succi Fœniculi quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

Ad arthriticos dolores & podagræ inſultus, aliosque frigidorum humorum in articulos procubitus, aut defluxiones adhibentur.

Notandum, ex Aſparagi & Ruſci Seminibus Pulpam ſolùm carnoſam, abjectis granis in meditullio contentis, ſumi debere, cum in iis vix ulla vis huc expetita reſideat. Idem judicium eſto de Berberibus ac ſimilibus.

PILULÆ AUREÆ NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Aloës,
Dacrydii ana drachmas quinque,
Roſarum rubrarum,
Sem. Apii ana drachmas duas ſemis,
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana drachm. unam ſemis,
Maſtiches,
Pulpæ Colocynthidos,
Croci ana drachmam unam,
Mellis Roſati ſolutivi, quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Caput expurgant, ſenſus omnes, præcipuè oculorum aciem exacuunt: atque ad ſtomachicos, colicos, nephriticos, & inflatos probantur.

PILULÆ CATARRHALES, vulgo, DE CYNOGLOSSO NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Rad. Anchuſæ ſiccarum,
Sem. Hyoſcyami albi,
Opii depurati ana unciam ſemis,
Myrrhæ drachmas ſex,
Thuris drachmas quinque,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Styracis calamitæ ana drachmas duas.
Cum Syrupo ex Succo Violarum, & Succo Anchuſæ lege artis formetur Maſſa.

Quamvis ex deſcriptione Meſuæ & Nicolai, nec non viribus adſignatis, radices cynogloſſi compoſitioni huic eſſe immiſcendas, ſatis pateat, cum tamen neſcio quo errore aut conſilio, tum apud nos, tum alibi etiam à quibusdam pharmacopœis non cynogloſſi, ſed anchuſæ radices rubræ recipi ſoleant, cynogloſſum verò apud plures, ob narcoſin malignam male audiat, anchuſam retinere, neque inſcriptionem, ne ulla confuſio oriatur, prorſus delere, nobis placuit. Carere autem cynogloſſo eò facilius poſſumus, cum quidquid ab ipſo exſpectari hic queat, opium abunde & ſecurius ſuppleat; in reliquis autem nihil mutandum cenſemus, quia Pilulæ ſic paratæ longo plurimoque uſu ſunt expertiſſimæ.

Cæterum has Nicolaus à Meſue mutuatus eſt, qui eas ſub titulo Pilularum ad omnes morbos catarrhoſos hoc modo deſcripſit:

℞. Opii,
Cynogloſſi,
Hyoſcyami ana unciam ſemis,
Myrrhæ puræ drachmas ſex,
Olibani drachmas quinque,
Croci drachmam unam ſemis.
Fiat Maſſa.

Nobis etiam alia compoſitio quondam in uſu fuit, quam Caſtoreum ingreditur, quod ſingulari vi Opii qualitatem noxiam emendandi pollere creditur; quàm infra pag. 79. vide.

PILULÆ IMMANUELIS.

℞. Aloës Socotrinæ unciam unam,
Myrrhæ electæ ſcrupulum unum,
Croci Orientalis ſcrupulum ſemis,
Cum Mithridatio Damocr.
Fiat Maſſa.

Frequentissimi apud nos sunt usus in ventriculo & intestinis à vitiosis humoribus blande liberandis; unà confortant, flatusque dissipant.

PILULÆ DE STYRACE.

℞. Styracis calamit. drachm. duas,
Ladani,
Olibani,
Myrrhæ ana drachmam unam,
Succi Glycyrrhizæ drachmam unam semis,
Ambræ griseæ scrupulum unum,
Extracti opii, cum aceto destill. parati drachmam unam,
croci cum spiritu vini facti scrupulos quatuor.
Misceantur cum Syrupi de corticibus citri incompl. drachmis duabus, & fiat Massa.

Sistunt pertinacissimam tussim & catarrhum ferinum. Prægnantibus non sine abortûs discrimine tussientibus multoties cum successu datas fuisse, notat Schröderus.

PILULÆ DE SUCCINO DN. D. JOHANNIS CRATONIS.

℞. Pulveris Succini præparati,
Mastiches ana drachmas duas,
Aloës Socotrinæ drachmas quinque,
Agarici trochiscati drachmam unam semis,
Aristolochiæ rotundæ veræ drachmam semis.
Cum Syrupo de Betonica formentur Pilulæ.

Biliosos & pituitosos humores è capite expellunt, ad catarrhos, & indè provenientes oculorum, aurium, & dentium dolores propulsandos feliciter usurpantur.

PILULÆ DE TARTARO SCHRÖDERI.

℞. Aloës Socotrinæ cum succo fragorum insuccatæ unciam unam,
Granorum Ammoniaci gum̃i drachmas tres semis,
Salis Martis subdulcis, cum aceto dest. parati,
Tincturæ Croci orientalis ana drachmam unam,
Magisterii Tartari purgantis, sive Terræ Tartari foliatæ drachmas duas,
Extracti Gentianæ drachmam unam semis.
Cum Tinctura Tartari fiat Massa.

Saburram tartaream & mucilaginosam ex infimo ventre inprimis educunt, lienem, uterum & hepar ab infarctu liberant, morbosque indè pronatos curant.



CLAS-



CLASSIS SEXTÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

PILULÆ DE AGARICO MESUÆ.

℞. Agarici drachmas tres,
Ireos,
Marrubii ana drachmam unam,
Turbith drachmas quinque,
Specier. Hieræ picræ Galeni drachmas quatuor,
Colocynthidos,
Sarcocollæ ana drachmas duas,
Myrrhæ drachmam unam,
Sapæ quantum satis est.
Fiat Massa.

Thoracem à pituita putri & crassa purgant, ob id antiquæ tussi & asthmati, aliisque thoracis vitiis à pituitosis humoribus ortis auxiliantur.

Agaricum in Compositionibus Pilularum à nobis semper sumitur trochiscatum.

PILULÆ AGGREGATIVÆ MAJORES MESUÆ.

℞. Myrobalanorum citrinarum,
Rhabarbari ana drachmas quatuor,
Succor. inspissator. Agerati,
Absinthii ana drachmas tres,
Dacrydii drachmas sex,
Myrobalan. Chebularum,
Indarum.
Agarici,
Colocynthidos,
Polypodii ana drachmas duas,
Turbith,
Aloës ana drachmas sex,
Mastiches,
Rosarum,
Salis Gemmæ,
Epithymi,
Anisi,
Zingiberis ana drachm. unam.
Cum Syrupo Rosato sol. fiat Massa.

Polychresta Catapotia dicuntur, quòd ad multos affectus corporis præter naturam sint utilia, ac omnes humores purgent; ad varios enim capitis, ventriculi, jecorisque morbos, ut & diuturnas ac complicatas febres sunt efficaces.

Quidam Dacrydii drachmas tantummodo quinque legunt, potior tamen Medicorum pars sex drachmas adscripsit. Ubi succus Absinthii in Pilulis sumendus est, vulgaris sive nostratis Absinthii succum statuimus intelligendum. Cæterùm hic aliive Succi inspissati, si nimiùm indurati fuerint, pro Pilularum massa conficienda, priùs in liquore (uti hîc in Syrupo ros. sol.) solvendi sunt, antequam reliqua addantur.

PILULÆ AGGREGATIVÆ MINORES MESUÆ.

℞. Myrobal. citrinarum,
Indarum,
Emblicarum ana drachmas tres,
Mastiches,
Anisi,

Succor. inſpiſſatorum Agerati,
Abſinthii,
Roſarum ana
drachm. duas,
Rhabarbari drachmas quinque,
Specierum Hieræ picræ Galeni drachmas duodecim.
Cum Succo Apii formetur
Maſſa.

Pituitam & bilem utramque è ventriculo & capite purgant, obſtructiones hepatis aperiunt, ipſumque cum ventriculo roborant febres antiquas, pruritum, & ulcera maligna juvant.

Melichius in Diſpenſatorio ſuo, non Aquarum tantùm, ſed etiam Succorum uſum in conficienda maſſa pilulari planè excludit, eorundemque loco Mel, aut Syrupum aliquem tenuioris conſiſtentiæ ſubſtituit: Quem tamen viciſſim alii rejiciunt. Nos dictorum nullum improbamus, cùm rationes in contrarium partim adductæ exigui ſint momenti.

PILULÆ ALEPHANGINÆ SEU AROMATICÆ MESUÆ.

℞. Cinnamomi,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Calami aromatici,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Radicum Aſari,
Maſtiches,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Galangæ ana unciam unam,
Abſinthii ſicci,
Roſarum rubrarum ana drachmas quinque,

Dimidia pars horum aromatum craſſiuſculè contuſa infundatur in aquæ libris quatuor: coquantur lento igne ad mediæ partis conſumptionem, deinde exprimantur & colentur. In colatura diſſolvatur Aloës Socotrinæ cum aqua pluviali elotæ, id eſt, depuratæ libra una, & ulteriori coctura ad juſtam conſiſtentiam perducatur, ut cum reliqua aromatum parte ſubtiliſſimè tritâ, nec non

Pulveris Myrrhæ,
Maſtiches ana drachmis quinque,
Croci drachmis tribus,
Fiat Maſſa.

Ventriculum, cerebrum, & ſenſoria omnia ab humoribus craſſis, putribus, & pituitoſis mundificant, ac inde natos dolores tollunt: unde ſtomachi robur augent, coctionem promovent, adpetitum inſtaurant, cruditates abolent, ac nutritioni dicatas partes pleraſque à noxiorum humorum, frigidiorum præſertim, adcumulatione tuentur.

Medicamentum hoc, quod Meſue à Lampone Peluſiota mutuatus eſſe videtur, uti adparet ex Galeno lib. 8. de Comp. Med. ſecund. loc. cap. 2. utpote quod cum Hiera Lamponis ferè concordet, ab Auctore potiùs ad corroborandum ventriculum & cerebrum, quàm alvum ducendam eſt inſtitutum. Dicuntur autem hæ Pilulæ Aromaticæ, eò quòd multis conſtent Aromatibus; itemque Pilulæ Solis, quòd in Sole ſeu inſolando, ſine ulla tamen neceſſitate, olim à quibusdam confectæ fuerint.

Eaſdem ferè vires obtinent, aut ſaltem modò dictarum Pilularum vires æmulantur Pilulæ illæ ſine cura dictæ, Clariſſimi quondam Viri D. D. Cyriaci Weberi, quarum deſcriptio hæc eſt:

℞. Xylocaſſiæ,
Cinnamomi acuti,
Nucis moſchatæ,
Maſtiches electæ,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Liquiritiæ ana drachmam unam,
Roſarum rubrarum drachmas duas,
Rhabarbari optimi drachmam unam ſemis,
Spicæ Indicæ drachmam ſemis,
Aloës Succo Roſarum lotæ uncias tres.
Redigantur in Maſſam Pilularem.

Welſchius in Zvvelferi primo modo reprehendit, quòd I. vini ℥v. vel vj. ſpeciebus aromaticis adfundat, & gemina deſtillatione, quousque aliquid prodeat, id eſt, ad ſiccitatem proliciat, quod pro myrrhæ, maſtiches & croci ʒxiij. diluendis adhibet; quæ

quæ quantitas cum sit nimia, & in adquirenda justæ consistentiæ massa pilulari exhalare debeat, absurde destillationem institui sequatur; id quod etiam de secundo ejus modo valet; 2. oleorum destillatorum nimia sit quantitas respectu ponderis aromatum ipsis substitutorum, cum ex. gr. uncia una cinnamomi ejusdem olei scrupulum dimidium non largiatur, e contrario ex mastiches ℥j. plus quàm drachma dimidia vel scrupuli duo haberi possint. Unde ipse talem modum proponit: ℞. myrrhæ, mastiches ana ʒv. in mortario tepido, inspersa aquæ pluvialis, rosar. absinth. cinnamom. vel vini s. q. dissolve, his statim adde croci ʒiij. Tum ℞. aloës Socotrinæ illotæ, aut semel tantum cum aqua pluviali solut. colat. & inspissatæ, ac in pulverem redactæ ℔j. redigatur in massam pilularem cum solutione priori, & s. q. liquoris, quicunque placuerit ex dictis, addendo pulveres asari, schœnanthi, spicæ Ind. ana ℥j. tandem oleum cinnam. cubeb. calami arom. nuc. mosch. macis, cardamomi, caryophyll. mastich. galang. absinth. rosar. (extr. ligni aloës addatur statim myrrhæ & mastich.) Et talem ferè modum in aliis Pilulis parandis etiam observat.

PILULÆ DE ALOE LOTA INCERTI AUTORIS.

℞. Aloës cum Succo Rosarum lotæ unciam unam,
Agarici trochiscati drachmas tres,
Mastiches drachmas duas,
Specierum Diamoschi dulcis drachmam semis.
Cum Vino Malvatico fingatur Massa.

Ventriculum, cerebrum, uterum, & alia viscera à putridis & pituitosis humoribus expurgant, concoctionemque promovent.

PILULÆ DE ALOE ET MASTICHE NICOLAI MYREPSI.

℞. Aloës unciam unam,
Mastiches unciam semis,
Caryophyllorum,
Rosarum rubrarum ana drachmam unam,
Croci,
Dacrydii ana scrupulos duos.
Cum Succo Absinthii formetur Massa.

Ventriculum sine molestia purgant, ex eoque bilem & pituitam eliciunt, ac nutritioni dicatis partibus robur præstant.

PILULÆ ARABICÆ NICOLAI.

℞. Aloës optimæ uncias duas,
Radicis Bryoniæ,
Myrobal. omnium,
Mastiches,
Dacrydii,
Asari,
Rosarum ana unciam semis,
Castorei drachmam unam semis,
Succi Fœniculi quantum satis est.
Formetur Massa.

Omnes humores purgant: auditum amissum reparant, vertigini, hemicraniæ, ac dolori capitis succurrunt.

PILULÆ ASSAIERET AVICENNÆ.

℞. Specierum Hieræ picræ Galeni unciam semis,
Mastiches,
Myrobalanorum citrinarum ana drachmas duas,
Aloës optimæ unciam unam.
Cum Syrupo de Stœchade formentur Pilulæ.

Bilem flavam & pituitam leniter purgant, eam præsertim, quæ ventriculo insidet, ideoque hujus affectibus, quibus Hiera remedio esse solet, & capitis doloribus à vitiosis stomachi succis obortis auxiliatur. Propinantur in tenuibus & acribus capitis fluxionibus, & describuntur ab Avicenna Fen. 1. lib. 3. cap. 29.

PILULÆ DE BDELLIO MAJORES MESUÆ.

℞. Bdellii drachmas duodecim,
Mirobal. Chebularum,
Indarum,
Belliricarum,
Emblicarum,
Concharum Venerearum ustarum,
Charabe ana drachmas duas semis,
Ammeos parùm tosti drachmas tres.

Maceretur Bdellium in succo foliorum Porri, & formetur Massa.

Ad fluxum hæmorrhoidum, & ulcera ex eis provenientia, nec non menses immodicos utiliter exhibentur.

Concha Venerea describitur à Gesnero de crustatis ordine xv. fol. 254. Tota intus candida est, foris cortice lævis, atque varietate colorum & macularum inspersarum insignis.

PILULÆ DE BENEDICTA.

Fiunt ex Speciebus Benedictæ solutivæ, incorporatis cum Melle Rosaceo.

Humores pituitosos potissimum ad articulos decumbentes eliciunt; à renibus quoque & vesica purgant.

PILULÆ DE CASTOREO AVICENNÆ.

℞. Castorei,
Doronici,
Zedoariæ,
Nucis moschatæ ana drachmam unam,
Sem. Apii,
Anethi,
Matris perlarum ana scrupulos quatuor,
Hyoscyami grana tria.

Formetur Massa cum Mucilagine Tragacanthi in aqua Artemisiæ solutâ.

Uterinis doloribus conferunt, crassos flatus dissipant, ac impeditas menstruas purgationes eliciunt.

PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

℞. Specierum Hieræ picræ Rhasis drachmas decem,
Pulpæ Colocynthidos drachmas tres, scrupulum unum,
Dacrydii drachmas duas semis,
Stœchadis,
Turbith ana drachmas quinque,
Syrupi de Stœchade quantum satis est.
Fiat Massa.

Cephalicæ rectè dicuntur, eò quòd caput magnâ efficaciâ expurgent, ideoque à nervis crassos, pituitosos, & frigidos humores evacuent. Describuntur à Rhase 9. ad Almansorem cap. 1. De nomine earum vide Welschium nostrum tract. de vena Medin pag. 260. &c.

SPECIES HIERÆ PICRÆ RHASIS.

℞. Rosarum rubrarum,
Spicæ Indicæ
Mastiches,
Xylobalsami,
Carpobalsami,
Cinnamomi,
Xylocassiæ,
Rad. Asari ana scrupulum unum, grana quinque,
Aloës drachmas sex, scrupulos duos,
Terantur exactissimè, & per cribrum decussa in usum seponantur.

Pilulæ Cochiæ Rhasis cum Pilulis Cochiis à Galeno lib. 5. Methodi cap. 14. in cura catarrhi salsi descriptis ferè concordant. Galenica descriptio sic sese habet:

℞. Aloës drachmas tres,
Agarici drachmam unam,
Colocynthidos drachmam semis,
Dacrydii scrupulum unum,
Bdellii scrupulos duos,
Tragacanthi,
Gummi Arabici ana grana quindecim,
Excipiuntur Syrupo de Stœchade & in Massam coguntur.

PILU-

PILULÆ DE COLOCYNTHIDE MESUÆ.

℞. Pulpæ Colocynthidos drachmas ſex,
Myrobalan. Indarum,
citrinarum,
Sagapeni,
Bdellii,
Sarcocollæ ana drachmas quinque,
Aloës drachmas ſeptem,
Nigellæ,
Cumini Carmanici Orientalis,
Origani Cretici,
Naſturtii albi ſativi,
Salis Gemmæ,
Abſinthii Romani ana drachmam unam,
Succi Porri quantum ſatis.
Fiat Maſſa.

Articulorum doloribus proſunt, pituitoſos quoque & melancholicos affectus profligant, unde etiam alphos curatu difficiles ad ſanitatem perducunt: cautè tamen iis utendum: Magna enim Colocynthidis quantitas compoſitionem hanc ingreditur, unde ad alias ſolùm Pilulas acuendas quandoque adhibentur.

Lachrymæ, ſeu Gummia ad conſtitutionem harum Pilularum requiſita in Succo Porri ſeorſim diſſolvantur, ac tum demum reliquis Speciebus addantur, & in Maſſam cogantur.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO CUM CASTOREO.

℞. Opii.
Radicum Cynogloſſi,
Seminum Hyoſcyami ana unciam ſemis,
Myrrhæ puræ drachmas ſex,
Olibani drachmas quinque,
Styracis calamitæ drachmas duas,
Croci Auſtriaci,
Caſtorei genuini electi ana drachmam unam ſemis.

Cum Succi Cynogloſſi, & Syrupi è Succo Violarum partibus æqualibus
Fiat Maſſa.

Catarrhos tenues ſiſtunt, ac tuſſim indè natam ſedant: omnibus quoque defluxionibus, ſive in thoracem, ſive in pulmones, dentes, aut aliò ferantur, conferunt, ſomnum conciliant, ac omnis generis dolores placant.

Pilulis iſtis Benedictus Faventinus, Medicus Bononienſis celeberrimus, in catarrho ſalſo, magno ſucceſſu cum Succo Glycyrrhizæ & Aloë lota ſecundùm hanc deſcriptionem utebatur:

℞. Succi Glycyrrhizæ drachmas duas,
Aloës lotæ drachmam unam,
Pilul. de Cynogloſſo drachmam ſemis,
Cum Syrupo Violato fiat Maſſa.

PILULÆ DE EUPATORIO MAJORES MESUÆ.

℞. Myrobalanorum citrinarum,
Succor. inſpiſſatorum Agerati,
Abſinthii ana drach. tres,
Rhabarbari drachmas tres ſemis,
Maſtiches drachmam unam,
Croci drachmam ſemis,
Aloës drachmas quinque,
Succi Endiviæ quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Viſcerum obſtructionibus, atque ictero, nec non febribus periodicis medentur.

PILULÆ DE EUPHORBIO MESUÆ.

℞. Euphorbii,
Colocynthidos,
Agarici,
Bdellii,
Sagapeni ana drachmas duas,
Aloës drachmas quinque.

Cum ſucco porri fiat Maſſa.

Pituitam craſſam educunt: ob id nervorum reſolutioni, articulorum malis à nimia humiditate profectis, ac hydropicis conferunt.

Modus componendi hic eſt: ut Euphorbium adcuratè tritum cum Agarico trochiſcato & Trochiſcis Alhandali in pulverem redactis, Gummibus vino priùs diſſolutis jungatur, cum quibus in mortario

tario tepefacto, pistillo calido tam diu subigatur, donec in Massam coëant: cui Aloë unà cum sufficienti quantitate Succi Porri addita permisceatur, ac probè sic cuncta simul unita Pilularis pastæ formam lege artis adipiscantur.

PILULÆ FOETIDÆ MAJORES MESUÆ.

℞. Sagapeni,
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellii,
Colocynthidos,
Seminis Rutæ hortensis,
Aloës,
Epithymi ana drachm. quinque,
Hermodactylorum,
Esulæ præparatæ ana drachmas duas,
Scammonii præp. drachmas tres,
Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Castorii ana drachmam unam,
Turbith drachmas quatuor,
Zingiberis drachmam unam semis,
Euphorbii scrupulos duos,
Succi Porri depurati quantum satis est.
Fiat Massa.

Pituitam crassam, lentam ac tenacem evacuant. Ob id affectibus indè natis, arthritidi, podagræ, gonagræ, spinæ quoque & aliarum juncturarum, nec non ventriculi & coli doloribus prosunt, alphos, elephantiasin, & cutis vitia emendant, menses movent, ac impurum uteri mucum emungunt.

Nota: Lachrymæ, seu Gummia in Succo Porri calefacto solvantur, quibus deinde Euphorbium per se tritum una cùm cæteris addatur, ut lege artis in pastam Pilularum abeant.

PILULÆ DE FUMARIA AVICENNÆ.

℞. Myrobal. citrinarum,
Chebularum,
Indarum ana drachmas quinque,
Aloës drachmas septem,
Scammonii præp. drachm. quinque,
Succi Fumiterræ quantum satis est.

Omnia in pulverem redacta Succo Fumiterræ comprehendito, siccarique postea sinito: dehinc rursus trita novo succo excipito, rursusque siccato, & sic tertiùm iterato, ac postmodum in Massam formato.

Pituitam salsam, biliosos itidem, acres ac adustos humores, à quibus pruritus & scabies oriuntur, solvunt, & sanguinem mundificant. Describuntur ab Avicenna lib. 4. Fen. 7. cap. 7. in cura pruritus & scabiei.

PILULÆ DE HERMODACTYLIS MAJORES MESUÆ.

℞. Hermodactylorum,
Myrobalanorum citrinarum,
Aloës,
Turbith,
Colocynthidos,
Bdellii puri,
Sagapeni ana drachmas sex,
Castorii,
Sarcocollæ,
Euphorbii,
Opopanacis,
Sem. Rutæ sativæ,
Apii ana drachmas tres,
Croci drachmam unam semis,
Succi Brassicæ, sive Caulium quantum satis est.

Formetur Massa.

Crassos, viscidos, & frigidos humores ex remotis partibus educunt; quo nomine arthritidi conveniunt.

Modus confectionis est: ut liquores concreti, seu Gummia in succo calefacto Brassicæ sive Caulium dissolvantur, atque his per setaceum trajectis, Euphorbium & Castorium simul trita jungantur: his deinde addantur reliqua, & fiat Massa.

Hermodactylorum bulbi veri eligendi sunt, qui resiccati ad nos feruntur, albidi, non rugosi, modicè duri, qui contusi in candidum pulverem

rem abeant. Cavendum Colchicum ſtrangulatorium, cujus radices ſeu bulbi ſiccati rugoſi evadunt, & foris intusque nigricant, vel obſcurè rubeſcunt.

QUIDAM SIMPLICIUS SIC COMPONUNT.

℞. Hermodactilorum benè purgatorum & pulveriſatorum,
Dacrydii ana drachmas decem,
Cumini,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Coſti ana drachmas quinque,
Aloës hepaticæ drachmas tres.
Fiat Maſſa cum aqua Fœniculi.

Pilulæ hæ non minoris ſunt efficaciæ quàm priores, quarum deſcriptionem Clariſſimus Vir Dn. D. Georg. Heniſchius, Medicus quondam Auguſtanus, olim Diſpenſatorio inſeri curaverat.

PILULÆ DE HIERA PICRA GALENI.

℞. Specierum Hieræ picræ Galeni unc. duas,
Mellis Roſati quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Ventriculi noxis, ex humoribus bilioſis & pituitoſis natis, proſunt.

PILULÆ DE HIERA CUM AGARICO.

℞. Specierum Hieræ Picræ Galeni,
Agarici trochiſcati ana unciam ſemis,
Aloës unciam unam,
Mellis Roſati quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Stomachicis, aſthmaticis, aliisque ventriculi & thoracis vitiis, à craſſis & pituitoſis humoribus ortis, ſubveniunt.

PILULÆ DE HIERA COMPOSITA NICOLAI MYREPSI.

℞. Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Schœnanthi,
Xylocaſſiæ,
Xylobalſami,
Carpobalſami,
Violarum,
Rad. Aſari,
Abſinthii,
Epithymi,
Agarici,
Roſarum,
Turbith,
Colocynthidos,
Maſtiches ana ſcrupulos duos,
Aloës optimæ ad pondus omnium.
Fiat Maſſa cum Succo Endiviæ.

Capitis & nervorum vitiis à pituitoſis humoribus natis opem ferunt, ac noxios ventriculi humores, frigidos præſertim & tenaces exturbant.

PILULÆ HYDROTICÆ.

℞. Aloës electæ,
Dacrydii,
Caryophyllorum ana ſcrupulos duos ſemis,
Colocynthidis,
Foliorum Senæ,
Gummi Arabici ana ſcrupulum unum, grana quinque,
Euphorbii præparati,
Nucis moſchatæ ana grana quindecim,
Succi cort. mediani Sambuci & Abſinthii ana quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Hydropicorum aquas, ac tenue ſerum evacuant. Earum deſcriptio à Clariſſimo Dn. D. Tobia Cneulino Collega quondam noſtro communicata fuit.

PILULÆ IMPERIALES INCERTI AUTORIS.

℞. Cinnamomi,
Amomi,
Aniſi,
Maſtiches,
Cardamomi minoris,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum,
Croci,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Turbith,
Mannæ,
Agarici,
Foliorum Senæ,

Spicæ Indicæ,
Myrobal. omnium ana ſcrupul. unum.
Rhabarbari unciam unam,
Aloës uncias duas.
Cum Syrupo Roſaceo fiat Maſſa.

Parùm admodum purgant, ſed plurimùm roborant, ventriculum, & omnia viſcera refrigerata calefaciunt, ſicque facultatis naturalis robur tuentur & augent, ac ſanguinem ſpiritusque purificant.

PILULÆ INDÆ HALY EX MESUÆ.

℞. Myrobalanorum Indarum,
Hellebori nigri præparati,
Polypodii ana drachm. quinque,
Epithymi,
Stœchadis ana drachmas ſex,
Agarici,
Lapidis Lazuli loti,
Colocynthidos,
Salis Indi, aut Gemmei ana drachmas quatuor,
Succi Eupatorii inſpiſſati,
Spicæ Indicæ ana drachmas duas,
Caryophyllorum drachmam unam,
Hieræ Picræ Galeni drachm. duodecim.
Fiat Maſſa cum Succo Apii.

Utiles ſunt ad cancrum, elephantiaſim, alphos nigros curatu difficiles, & complura alia vitia ab humore melancholico procreata; unde etiam melancholiam, indeque natum inanem metum, ac mœſtitiam, propulſant, quartanariis, & ictero nigro ſa datis auxilio ſunt, lienis quoque tumorem ac dolorem auferunt.

PILULÆ DE LAPIDE LAZULI, SIVE CYANEO MESUÆ.

℞. Lapidis Lazuli abluti drachmas ſex,
Epithymi,
Polypodii ana drachm. octo,
Scammonii præparati,
Hellebori nigri præparati,
Salis Gemmæ ana drachmas duas ſemis,
Agarici drachmas octo,
Caryophyllorum,
Aniſi ana drachmas quatuor,
Specierum Hieræ Picræ Galeni drachmas quindecim,
Succi Endiviæ quantum ſatis eſt.
Formetur Maſſa,

Vitia ex melancholico & aduſto humore nata, cancrum nimirum, elephantiaſim, & quartanam profligant, arquato conferunt, lienis obſtructiones, infarctus, tumoresque reſolvunt.

PILULÆ LUCIS MAJORES, SEU OPTICÆ MESUÆ.

℞. Roſarum,
Violarum,
Abſinthii,
Colocynthidos,
Turbith,
Cubebarum,
Calami aromatici,
Nucis moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Epithymi,
Carpobalſami,
Xylobalſami,
Sem. Seſeleos Maſſiliotici,
Rutæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Apii,
Schœnanthi,
Maſtiches,
Rad. Aſari,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Croci,
Macis ana ſcrupulum unum,
Myrobal. omnium.
Rhabarbari ana ſcrup. duos,
Agarici,
Senæ ana ſcrupul. duos ſemis,
Euphraſiæ drachmam unam,
Aloës Socotrinæ ad pondus omnium, i. e. unciam unam, drachmas ſeptem.
Excipe Succo Fœniculi, & formetur Maſſa.

Excrementa pituitoſa è cerebro & oculis evacuant: viſum conſervant & firmant, nervos opticos ab obſtructione viſcidi humoris liberant, atque ob id oculorum aciem intendunt.

Pro Carpobalſamo cùm alioquin Cubebæ ſubſtituantur, hæ autem per ſe compoſitionem hanc ingrediantur, opportunè hîc Cardamomum minus accipi, aut Cubebarum pondus duplicatum ſumi poterit.

PILU-

PILULÆ MASTICHINÆ CONCILIATORIS, SIVE PETRI APONENSIS.

℞. Mastiches drachmas quatuor,
Agarici optimi drachmas tres,
Aloës electæ drachmas decem.
Cum sufficienti quantitate Mellis Rosati lege artis formetur Massa.

Ventriculum ab omni morbo frigido & humido præservant, ejusque dolorem à frigida causa ortum tollunt; cerebrum quoque, oculos, & reliqua viscera à noxiis succis sana præstant, præcipuè verò uterum à putridis humoribus liberant & tuentur.

PILULÆ DE MEZEREO MESUÆ.

℞. Foliorum Mezerei in aceto per noctem maceratorum & siccatorum drachmas quinque,
Myrobal. citrinarum,
Chebularum ana drachmas quatuor.
Cum Manna, & Pulpa Tamarindorum, aquâ Endiviæ dissolutis, formetur Massa.

Serosum excrementum, seu aquas valenter expurgant: Ob id hydropem ascitem, & anasarcam juvant.

PILULÆ DE QUINQUE GENERIBUS MYROBALANORUM NICOLAI ALEX.

℞. Quinque generum Myrobalanorum,
Agarici,
Dacrydii,
Colocynthidos,
Senæ ana drachm. duas semis,
Epithymi,
Turbith,
Anisi,
Fœniculi,
Mastiches,
Lapidis Lazuli ana drachmam unam, grana undecim,
Rhabarbari scrupulos quatuor,
Aloës drachmas quatuor.
Cum Succo Fœniculi formetur Massa.

Pituitam & bilem utramque evacuant, podagricos, splenicos, stomachicos, & melancholicos juvant: cerebrum purgant, visionem acuunt, sanguinemque purificant.

PILULÆ DE NITRO, ALEXANDRO TRALLIANO DIACOLOCYNTHIDOS DICTÆ.

℞. Aloës,
Colocynthidos,
Scammonii præparati,
Bdellii,
Hellebori nigri præparati,
Gummi Arabici ana drachmas duas,
Euphorbii præparati,
Nitri ana drachmam unam.
Cum Succo Brassicæ, & Melle Rosato solutivo
Fiat Massa.

Pilulæ hæ (quas Alexander Trallianus sub nomine Pilarum Diacolocynthidos lib. 1. cap. 12. de Hemicrania describit) efficaces sunt ad crassos, frigidos, & lentos humores è remotioribus partibus educendos: unde frigidis nervorum morbis, capitis pertinacibus affectionibus, & articulorum morbis conveniunt. Eas Monardus lib. 13. epist. 6. in Epilepsia mirificè commendat.

PILULÆ DE OCTO REBUS, SEU OCTOMERÆ NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Aloës,
Dacrydii ana drachm. duas,
Epithymi,
Colocynthidos:
Agarici,
Mastiches,
Dauci Cretici,
Myrobalanorum Chebularum,
Absinthii ana drachmam unam.
Cum Succo Solani formetur Massa.

Crassos humores à capite purgant, visum acuunt, & suffusiones oculorum arcent.

Aloë in formandis Pilulis numerum non tenet, ut neque Mel neque Saccharum in Electuariis; aliàs ex novem hæ constarent rebus, prout Foësius & Fuchsius notarunt.

PILULÆ DE OPOPANACE MESUÆ.

℞. Opopanacis,
Hermodactylorum,
Sagapeni,
Bdellii puri,
Ammoniaci,
Colocynthidos ana drachmas quinque,
Croci,
Castorii,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Piperis nigri,
longi,
Cassiæ ligneæ,
Myrobal. citrinarum
Emblicarum,
Belliricarum ana drachmam unam,
Scammonii præparati drachmas duas,
Turbith drachmas quatuor,
Aloës drachmas duodecim.

Solve Lachrymas in aqua Caulium, postea addendo pulverem reliquorum, forma in Massam.

Pituitam crassam, bilem, & melancholiam à cerebro nervosisque partibus vacuant. Efficaces sunt in articulorum doloribus à pituita productis, resolutione nervorum, incontinentia, & spasmo cynico.

PILULÆ PESTILENTIALES AVICENNÆ, SEU COMMUNES.

℞. Aloës electæ unciam unam,
Myrrhæ,
Croci ana unciam semis.
Confice cum Vino claro odorifero.

Adversus pestiferæ luis contagia populariter grassantia miræ sunt efficaciæ: internas putredines fugant, & humores ventriculo infarctos extergunt, eorundemque corruptionem probibent.

PILULÆ PESTILENTIALES RUFFI.

℞. Aloës,
Ammoniaci ana unciam unam,
Myrrhæ unciam semis.
Cum Succo Limonum fiat Massa.

Medicamentum hoc, cujus antiquissimus ac famosus Medicus Ruffus inventor existit, petitum est ex Paulo Ægineta lib. 2. cap. 36. fuisse tamen id Ruffi temporibus potionis formâ, species nempe in sufficienti quantitate Vini albi odoriferi dissolvendo, propinatum constat; verùm quia amara nimis hæc erat potio, ideò ut faciliùs Medicamentum hoc assumeretur, posteritas id in Pilularum formam, non minorem effectum habituram effinxit.

Sunt, qui Rhabarbarum, Agaricum, Bolum, Terram Lemniam, & Theriacam addunt, ideoque valentiores putant; sed componendorum pharmacorum modus est infinitus.

PILULÆ PESTILENTIALES D. D. FELICIS PLATERI.

℞. Aloës drachmas tres,
Rhabarbari drachmam unam semis,
Agarici trochiscati drachmam unam,
Myrrhæ electæ,
Gummi Ammoniaci in aceto dissoluti ana drachmas duas,
Croci drachmam semis,
Camphoræ scrupulum unum,
Olei Zedoariæ guttas tres.
Cum Syrupo Scordii fiat Massa.

Ejusdem cum superioribus sunt efficaciæ, & tempore grassantis pestis felicissimè usurpantur.

PILULÆ DE RHABARBARO MESUÆ.

℞. Rhabarbari drachmas tres,
Succi Glycyrrhizæ,
Absinthii,
Mastiches ana drachmam unam,
Myrobalanorum citrinarum drachmas tres semis,
Sem. Apii,
Fœniculi ana drachmam semis,

Trochisc. Diarrhodon Rhasis drachmas tres semis,
Specierum Hieræ Picræ drachmas decem,
Succi Fœniculi & Mellis ana quantum satis est.
Fiat Massa,

Humores educunt crassos, lentos, multùm putres, & indè ortas febres diuturnas, ac ex aliis humoribus natas tollunt: jecoris item dolorem, obstructionem, duritiem, ac hydropem incipientem sanant.

PILULÆ DE SAGAPENO MESUÆ.

℞. Sagapeni,
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellii ana drachmas duas semis,
Sem. Apii,
Ammeos,
Anisi,
Rutæ agrestis ana drachmam unam,
Calami aromatici,
Lepidii,
Calaminthæ,
Folii, vel ejus loco Spicæ Indicæ,
Centaurii minoris,
Polii,
Costi,
Salis Gemmæ ana drachmam semis,
Colocynthidos drachmas quinque,
Aloës drachmas sex.
Excipiantur Succo Porri, Marrubii aut Matricariæ.
Fiat Massa.

Ad podagram, ischiadem, & reliquorum articulorum, quin imò & uteri dolorem faciunt, menses evocant, viscera emolliunt, eorundemque obstructiones reserant.

PILULÆ DE SARCOCOLLA MESUÆ.

℞. Sarcocollæ drachmas tres,
Turbith drachmas quatuor,
Colocynthidos,
Zingiberis ana drachmam unam semis,
Salis Gemmæ drachmam unam,
Syrup. Rosarum simplicis quantum satis.
Fiat Massa.

Pituitam lentam evacuant, atque ob id pituitosis affectibus conducunt.

PILULÆ SINE QUIBUS ESSE NOLO NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Aloës lotæ drachmas quatuordecim,
Quinque generum Myrobalanorum,
Rhabarbari,
Mastiches,
Absinthii,
Rosarum,
Violarum,
Senæ,
Agarici,
Cuscutæ ana drachmam unam,
Dacrydii drcahmas sex semis,
Succi Fœniculi, quantum satis pro massa ex arte paranda.

Efficacissimæ sunt hæ pilulæ ad purgandos omnes humores partium superiorum, quo nomine suffusionibus oculorum, caliginibus ac visioni conferunt, auriumque dolorem sanant.

PILULÆ STOMACHICÆ ALKINDI.

℞. Myrobal. citrinarum,
Indarum,
Chebularum ana drachmas tres,
Rosarum,
Mastiches ana drachmas duas,
Cardamomi,
Ligni Aloës,
Sandali citrini,
Cubebarum,
Caryophyllorum,
Schœnanthi,
Nucis moschatæ ana drachmam unam,
Rhabarbari unciam semis,
Turbith drachmas septem,
Aloës ad pondus omnium.
Fiat Massa cum Syrupo de Absinthio.

Biliosos ac pituitosos humores, eos præsertim, qui caput, jecur, & ventriculum obsident, vacuant: præterea ventriculum firmant, coctionem juvant, & adpetentiam excitant.

PILULÆ DE TARTARO QUERCETANI, A D.D. DANIELE SENNERTO CORRECTÆ.

℞. Polypodii querni uncias duas,
Radicum Asari,
Seminum Genistæ ana unciam semis,
Passularum minorum unciam unam semis,
Fumariæ,
Scolopendrii ana manipulum unum,
Tartari albi drachmas sex,
Florum Buglossi,
Boraginis ana manipul. semis.

Coquantur in Aquæ puræ sufficienti quantitate secundùm artem. Decocti clarificati libris duabus adde Succi Pomorum libram unam. In his infunde
Foliorum Senæ uncias duas,
Folliculorum Senæ unciam unam,
Turbith electi & gummosi,
Radicum Hellebori nigri,
Styracis præparati ana unc. unam semis,
Macis,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Epithymi ana unciam semis.

In vitro clauso macerentur, & digerantur per quatriduum in Balneo Mariæ, postea colentur, colaturæ adde
Cremoris vel Crystallorum Tartari uncias tres,
Aloës præparatæ seu extractæ uncias quatuor,
Myrrhæ in Vino ad ignem dissolutæ & percolatæ unciam unam.

Omnia iterum diebus tribus vel quatuor in Balneo Mariæ digerantur, & hinc inspissentur, & coagulentur ad lentum ignem. Sub finem, dum materia ferè refrigerata est, adde
Specierum Diarrhodon Abbatis,
Lætificant. Rhasis,
Trochiscorum de Lacca ana drachmam unam,
Salis Absinthii,
Fraxini ana drachm. duas,
Essentiæ Croci scrupulos duos.

Reducantur in massæ pilularis consistentiam. Si libet, & res postulat, Scammonii, Rhabarbari, Trochiscorum Alhandali extractum, & Ammoniacum addi possunt.

Utramque bilem purgant, omnes humores crassos, tartareos, salsos, & mucilaginosos à partibus profundis eliciunt, totam massam sanguinis purificant; indè maniacis, & melancholicis affectibus opitulantur.

Pilularum harum à Quercetano primò descriptarum, postea à D. D. Dan. Sennerto immutatarum præparationem minore labore qui subire velit, poterit ingredientia omnia decoctioni & infusioni primæ destinata, præter Styracem, Aromata & Tartari crystallos in sufficiente quantitate aquæ & succo pomorum coquere & colare, colaturam ad justam consistentiam inspissare, tandem liquando in ea Aloën, atque addendo pulverem Styracis, Myrrhæ, Aromatum, Specierum, Trochiscorum, Salium & Crystallorum tartari, in Massam redigere.

Welschius in mutata Zvvelferi præparatione taxat, quod 1. decoctum cum Augustanis paret ex radd. asari, flor. bugloss. &c. quæ tamen nusquam coqui aliàs voluit, & tartarum in eo accipiat, cum tamen cremor ejusdem postea etiam ingrediatur; 2. succi pomorum libram unam omittat, contra suum promissum, se nihil quidquam compositionibus detracturum esse; 3. toties coquat, quod unica vice fieri potuisset; 4. styracem destillet, cum ipse postea totam ejus virtutem destillatione non elici posse fateatur; 5. cum aqua spirituosa ex aromatibus elicita massam justæ consistentiæ fieri jubeat, quæ tamen omnis fere ita exhalare debeat, & ita frustra addatur; 6. aromatum à destillatione residuorum coctionem cum vino commendet, cujus tamen subtiles partes ita disperdi alibi proclamaverit. Ipse verò talem modum proponit: ℞. myrrhæ electiss. ℥j. in mortario tepido solve cum vino, cui adde extr. folior. senæ ʒiij. turpeth. ℈iv. radd. ellebor. ℥ß. resin. styrac. ℥iß. deinde aloës præp. seu extr. ℥iv. cui admisce crem. vel cryst. tartar. in pulverem redact. ℥iiiß. pulv. radd. asari ℥ß. spec. diarrhod. lætificant. Rhasis, trochisc. de lacc. ana ʒj. salis absinth. fraxin. ana ʒij. salis genist. fumar. scolopendr. ana gr. v. essent. croci ℈ij. F. massa, cui adde olea macis, caryophyll. & cinnam.

PILULÆ TURBITH AUREÆ MESUÆ.

℞. Turbith drachmas sedecim,
Aloës drachmas duodecim,
Myrobal. citrinarum drachmas decem,
Mastiches,
Rosarum ana drachmas septem,
Croci drachmas tres.
Cum Succo absinthii fiat Massa.

Stomachicis, colicis, nephriticis, ac inflatis prosunt.

CLAS-



CLASSIS SEPTIMÆ, DECOCTORUM ET INFUSORUM DOCTRINAM EXPONENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

DECOCTUM CARMINATIVUM.

℞. Sem. Anisi,
Dauci,
Cumini,
Carui,
Fœniculi ana drachmas tres,
Glycyrrhizæ unciam semis,
Flor. Chamæmeli manipulum semis,
Passularum unciam unam semis.
Incisa misceantur.

Flatus potenter discutit: Ob id colicos dolores mitigat. Inditur potissimùm Enematibus, ubi frigida pituita, aut crassi flatus negotium facessunt.

Cum in communi Decocta parandi modo partium subtilium jacturam fieri observaret Welschius, eandem præcavere, & vires integras conservare, ideoque generalem methodum tradere voluit, juxta quam omnia commodissime parari queant. Nimirum vel: ut 1. in ollam vitreatam conjiciantur species, iisque adfundatur (non ut vulgo fit, tres partes aquæ aut duæ, quæ deinde exhalare debent ad consumptionem aut partis dimidiæ, aut tertiæ remanentiam, sed) ea ipsa quantitas aquæ aut liquoris, quæ in decocto expetitur, (experientia hîc opus esse, addit: cum ad ℥j. vel ℥ij. non possint omnia exacte compu-

computari, & in speciebus aliquid remaneat; ideo una vel altera uncia plus liquoris quàm expetitur, sumi, atque id periti pharmacopœi judicio relinqui possit,) tum superposito operculo, & commissuris probè lutatis, ut nihil exspirare possit, coquantur, deinde fortiter exprimantur; vel 2. præsertim si magna sit decocti quantitas, immittantur species in vesicam cupream, stanno obductam,(quem in finem pharmacopœi in promtu habere queant vesiculas ad id paratas,) & adfusa eadem quantitate aquæ vel liquoris, quæ expetitur, coquantur, adposito receptaculo ad rostrum, juncturisque optime lutatis; deinde residuum exprimatur, eique liquor, qui prodiit, admisceatur; vel 3. etiam in cucurbitam injiciantur species, & quantitate liquoris, qui expetitur, adfusâ, coquantur in arena, atque liquor receptaculo exceptus, postea expresso admisceatur, & si non satis videantur ingredientia extracta esse, iteratâ adfusione denuo coquantur. Decocta verò omnia, antequam liquor in receptaculo collectus addatur, clarificentur.

Zvvelferus dum illud primo coquendum esse existimat, quod veluti basis est & fundamentum totius compositi, à quo nimirum illud majores suas virtutes mutuari debeat, Welschii censuram incurrit, multa absurda inde esse oritura judicantis; cum v. g. Decocti florum & fructuum basis sint, præter fructus, ipsi flores, eosdem tamen ne quidem coquendos esse ex doctrina Zvvelferi concluditur &c. *Welschiani autem modo memorati modi cum Zwelferianus in Hydromelite composito, & purgante, nec non Potu Hippocratico descriptis conveniunt, & observari merentur, ubi partium subtilium in medicamento aliquo præsentia desideratur, qua tamen semper opus non esse, supra jam monitum fuit, & ipsum etiam Welschium ideo in praxi illud non semper attendisse, ex ejus Decad. 2. Curat. & Consil. pag. 64. pag. 77. &c. constat.*

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Passularum minorum mundatarum unciam unam,
Sebesten,
Jujubarum ana numero quindecim,
Dactylorum numero sex,
Caricarum pinguium numero quatuor,
Hordei mundi unciam unam,
Glycyrrhizæ unciam semis,
Capillorum Veneris manipulum semis,
Hyssopi drachmas duas.
Incidantur, & misceantur.

Pectoris vitiis, utpote catarrho, tussi, asthmati, pleuritidi & ejusdem generis aliis noxis pectus adficientibus utile existit; thoracem lenit, & ab humoribus eidem impactis purgat.

INFUSUM LAXATIVUM.

℞. Foliorum Senæ elect. drachmas tres,
Cremoris tartari drachmas duas,
Passularum minorum,
Confectionis semin. Coriandri ana drachmas tres,
Incisa & contusa infundantur per viginti quatuor horas in Aquæ font. bullientis unciis quatuordecim; postea colentur cum leni expressione, atque in colatura solvantur
Mannæ Calab. elect. unciæ quatuor, & cum albumine ovi clarificentur.

Infusum hoc magnæ famæ Medicum quondam Cæsareum, D. Joh. Guil. Managettam autorem agnoscit, crebro usu & laudabili operatione, in corpore leniter evacuando, apud nos celebre.

ACETUM DE LITHARGYRO.

℞. Lithargyri subtilissimè triti libram unam,
Aceti fortissimi libras duas.
Stent in infusione per tres vel quatuor dies, sæpius agitando, postea filtrando.

Cosmeticum est, & ulceribus humidis, fœtidis ac malignis exsiccandis conducit. Cum oleo Sambuci vel Vio-

Violarum commixtum in serpigine, herpete, & calidis doloribus magno cum commodo adplicatur.

ACETUM SCILLINUM.

℞. Scillæ præparatæ libram unam,
Aceti acerrimi libras octo.
Digerantur per aliquot dies, postea filtrentur.

De viribus Aceti hujus cum Galenus lib. 3. de med. facilè parabilib. cap. 205. prolixè egerit, ad eundem Lectorem remittimus. Nobis in difficili respiratione inprimis usui esse solet.

PROSTANT APUD NOS ETIAM ALIA ACETORUM MEDICATORUM GENERA,

utpote

LAVENDULATUM,
ROSATUM EX FLORIBUS RUBRIS,
RUBI IDÆI EX FRUCTIBUS,
RUTACEUM,
SAMBUCINUM,
TUNICÆ EX FLORIBUS RUBRIS.

CLASSIS SEPTIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

DECOCTUM APERIENS, vulgò APERITIVUM MAJUS.

℞. Endiviæ,
Cichorii,
Fumi terræ ana manipulum unum,
Eupatorii,
Boraginis,
Buglossi,
Cuscutæ,
Scolopendrii veri ana manipulum semis,
Glycyrrhizæ rasæ,
Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroselini,
Passularum ana unciam semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana drachmas duas,
Comarum Thymi,
Epithymi ana drachmam unam semis,
Cort. Tamarisci,
Capparum ana drachmas duas,
Foliorum Senæ uncias duas,
Polypodii querni unciam unam,
Agarici electi unciam semis.
Incidenda incidantur, &, quæ contundi debent, crassiusculè terantur, misceantur omnia, ac usui serventur.

Decocta Officinis plurimùm sunt consueta: etenim ad Medicamenta tam lenientia quàm purgantia dissolvenda utplurimùm expe-

expetuntur, præsertim ubi liquoribus stillatitiis uti non libet, nec licet. Aperiente hoc porrò in viscerum obstructionibus & contumacibus eorundem affectibus utuntur: diuturnos enim jecoris, lienis, & venarum mesaraicarum obstructiones aperit, ac ictero ideo & febribus antiquis, nec non hydropi opportunum.

Cùm Decocta facilè acescant & corrumpantur, non tam illa ipsa, quàm Species pro iis requisitæ, in promtu haberi debent. Ipsam autem coctionem in vase capaciori optimè clauso, cum debita aquæ quantitate parare convenit.

DECOCTUM APERIENS MAJUS CUM RHABARBARO.

℞. Specierum Decocti aperient. majoris & minoris ana uncias tres.
Rhabarbari electi unciam semis,
Cinnamomi drachmas duas,
Salis gemmæ scrupulum unum,
Spicæ Indicæ scrupulos duos,
Specierum Diarrhodon Abbatis scrupulos quatuor.
Misceantur pro usu.

Ad contumaces & inveteratas oppilationes adhibetur, hydropi, morbisque frigidis, præsertim pituitosis, aut ex bile mixta natis confert.

DECOCTUM APERIENS LENITIVUM MINUS.

℞. Herb. Agrimoniæ,
Lupuli,
Cichorii,
Cuscutæ,
Betonicæ,
Ceterach,
Endiviæ,
Fumi terræ ana uncias duas,
Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroselini,
Acori,
Glycyrrhizæ ana uncias quatuor,
Asari unciam semis,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana unciam unam,
Polypodii querni unc. duodecim,
Prunorum Damascenorum,
Ficuum pinguium ana numero triginta duas,
Passularum uncias quatuor,
Senæ Alexandr. unciam unam,
Flor. Boraginis,
Buglossi,
Violarum,
Rosarum rubrarum ana unciam unam.
Incidantur, contundantur, ac misceantur.

Omnes in universum humores ad expulsionem præparat: Incidit enim, tenuat, concoquit, aperit & abstergit, capiti, pectori, ventriculo, jecori, nec non lieni familiare.

DECOCTUM CAPILLORUM VENERIS MESUÆ.

℞. Capillorum Veneris unciam unam semis,
Summitatum Fumi terræ,
Lupuli,
Violarum siccat. ana unciam unam,
Prunorum Damascenorum numero quadraginta,
Sebesten numero decem,
Jujubarum numero viginti,
Cassiæ fistularis uncias tres,
Tamarindorum uncias duas,
Rhabarbari optimi drachmas tres.
Incisa misceantur.

Bilis flavæ ardorem compescit, sanguinem purificat, ejusdemque fervorem attemperat.

DECOCTUM EPITHYMI MESUÆ.

℞. Passularum,
Folliculorum Senæ,
Stœchadis Arabicæ,

Epi-

Epithymi,
Myrobalanorum Indarum ana unciam unam,
Chebularum,
Turbith albi,
Fumiterræ ana unciam ſemis,
Eupatorii drachmas quinque,
Polypodii querni drachmas ſex,
Hellebori nigri drachmam unam,
Agarici drachmam unam ſemis,
Salis Indi drachmam ſemis.

Incidantur & miſceantur.

Bilem atram ac pituitam ſalſam vacuat. Ob id affectibus melancholicis, ut cancro, elephantiaſi, ac fœdæ ſcabiei medetur. Infundi & coqui poteſt cum ſeri caprilli libris tribus.

DECOCTUM FLORUM ET FRUCTUUM.

℞. Caricarum numero quinque,
Prunorum Damaſcenorum numero quindecim,
Jujubarum,
Sebeſten ana numero viginti,
Tamarindorum unciam unam,
Flor. Roſarum,
Violarum,
Boraginis,
Bugloſſi ana drachmam unam,
Capillorum Veneris,
Lupuli,
Endiviæ ana manipulum ſemis,
Glycyrrhizæ drachmas duas.

Incidantur, & contundantur pro uſu.

Moderate refrigerat, lenit & humectat: cor, jecur, & pectus recreat, humores quoque ad commodam evacuationem præparat.

DECOCTUM FUMARIÆ MESUÆ.

℞. Succ. Cichorii,
Endiviæ,
Lupuli,
Boraginis ana uncias quatuor,
Fumiterræ uncias octo.

Quibus coctis, & depuratis, adde
Myrobalanorum citrinarum,
Indarum ana drachm. duas,
Paſſularum mundatarum unciam unam,
Tamarindorum uncias tres.
Coque iterum modicùm, cola & ſerva.

Sanguinem à bile flava & aduſtis humoribus purgat; hepatis obſtructiones aperit, ac indè natum icterum ſanat.

DECOCTUM SENÆ D. GEREONIS.

℞. Folliculorum Senæ unciam unam ſemis,
Foliorum Senæ unciam unam,
Zingiberis drachmam unam,
Seminis Aniſi,
Florum Boraginis,
Violarum,
Roſarum rubrarum,
Corticum Aurantiorum ana drachmas duas,
Polypodii querni unciam ſemis,
Paſſularum purgatarum uncias duas,
Sebeſten,
Prunorum ana numero duodecim.
Inciſa & trita miſceantur.

Affectibus melancholicis, quartanis, cancro, lui venereæ, & ſimilibus idoneum.

INFUSUM SERI LACTIS MESUÆ.

℞. Foliorum Roſarum recentium uncias duas.

Rhabarbari electi drachmas duas, grana duodecim,
Nardi Indicæ drachmam unam semis.
Minutim incisa macerentur per noctem in Seri lactis caprini libris duabus: deinde colentur, ac leviter exprimantur.

Sanguinem depurat, bilem quoque flavam, tenues & calidos ichores eidem admixtos clementer ac sine molestia educit, & erysipelata juvat.

INFUSUM ALIUD SERI LACTIS.

℞. Florum Boraginis,
Buglossi,
Fumiterræ,
Epithymi ana manipulum semis,
Polypodii querni drachmas sex,
Fœniculi drachmas duas,
Folliculorum Senæ unciam semis,
Seri lactis libras tres.
Fiat infusio & decoctio ad tertiæ partis consumtionem, & colaturæ addantur
Mellis Rosati unciæ duæ.

Adustos humores temperat & expellit, cutem à scabie ac prurigine mundificat.

INFUSUM HIERÆ MESUÆ.

℞. Hieræ simplicis,
Aloës ana drachmas quinque.
Macera in Decocti Epithymi suprascripti libra una in vase vitreo, & cola.

Ventriculum & caput expurgat, proinde amborum doloribus assiduis, ac hemicraniæ confert, nec non febribus antiquis, & morbis melancholicis auxilio est.

HYDROMELI COMPOSITUM.

℞. Aquæ fontanæ libras quinque,
Mellis despumati libram unam,
Salviæ,
Origani ana pugillum semis,
Anisi,
Coriandri ana drachmam unam,
Glycyrrhizæ drachmas duas,
Cinnamomi drachmam unam semis.

Bulliant in vase benè cooperto & colentur.

Celebre olim fuit ad cerebri, nervorum, & aliarum partium affectus frigidos.

HYDROMELI PURGANS COMMUNE.

℞. Hydromelitis mensuram dimidiam,
Caricarum pinguium numero octo,
Fol. Senæ electæ,
Polypodii querni ana unciam semis,
Sem. Anisi drachmam unam,
Cinnamomi drachmam semis,
Zingiberis scrupulum unum.
Coquantur in vase benè tecto: colaturæ addantur
Sacchari cantii rubri unciæ duæ.
Misceantur, ut artis est.

Datur iis, qui medicamenta cætera respuunt, ac interim alvi levatione indigent. Eccoproticon pro pueris, senibus, ac iis, quos sedes remorantur, maximè cum aliquo Dacrydii stimulo addito.

HYDROMELI LAXATIVUM TARTARISATUM ANTIMELANCHOLICUM.

℞. Aquæ pluvialis destillatæ libras decem,
Tartari crystallini electi contusi uncias duas,
Foliorum Senæ mundatorum uncias quatuor,
Epithymi,
Polypodii querni ana drachmas sex,
Herbarum Scolopendrii,
Fumariæ,
Melissæ ana manipulum unum,

Florum

Florum Boraginis,
Violarum,
Genistæ,
Stœchadis Arabicæ ana pugillos duos,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana drachmam unam:
Coquantur in vase benè clauso. Colaturæ addantur
Mellis despumati libræ duæ,
Salis Nitri purgati drachmæ sex,
Fol. Rorismarini recentis pugilli duo,
Cinnamomi acuti drachma una,
Galangæ drachma semis.
Cum fermenti pauxillo reponatur ad fermentationem, in loco calido, tandem colentur.

Virtute singulari præditum est in humore melancholico & atrabilioso præparando & evacuando, in obstructionibus lienis, venarum item mesaraicarum, & exinde progenita melancholia hypochondriaca.

Welschianus parandi hocce Hydromeli modus ita se habet: ℞. aquæ pluvial. ℔x. adde cremor. tartar. ℥v. & reliquas species pro decocto præscriptas omnes, determinatâ quantitate, incisas & contusas inde cucurbitæ vitreæ vel vesicæ, & destilla indè ℔j. quam serva; reliquum coque ad remanentiam ℔iiß. exprime, clarifica, adde mellis despum. ℔ij. nitri purgati ʒvj. rorismar. cinnam. galangam præscripto pondere, fermenti pauxillum, aquam supra destillatam, & stent in fermentatione, postea cola & serva.

LAC VIRGINEUM.

℞. Aluminis crudi uncias quatuor,
Decoquantur ad tertias in aquæ fontanæ libris duabus. Postea
℞. Lithargyri libram semis,
Aceti libram unam semis,
Decoquantur ad remanentiam libræ unius: colentur, & commisceantur ambæ aquæ, ut albescant.

Cosmeticum est medicamentum, cuti perpoliendæ commodum: Faciem enim tergit, lentigines delet, nec non serpigines, lichenas, impetiginesque sanat.

AQUA MERCURIATA.

R. Cerussæ Venetæ uncias duas,
Aluminis crudi unciam unam semis,
Salis Nitri,
Ammoniaci ana drachmas duas,
Lithargyri,
Mercurii sublimati ana unciam unam,
Zingiberis drachmam unam semis,
Aquæ Solani,
Plantaginis,
Rosarum albarum ana uncias tres,
Centinodiæ uncias quatuor,
Aceti acerrimi libram unam.
Misce & bulliant parum. Serventur in vitro sine colatura.

Cutis defœdationi, pustulis, verrucis, ficubus, serpigini, scabiei malignæ, fissuris in volis manuum & plantis pedum conducit, ulceribus inprimis venereis penicillo leniter contactis illita prodest.

AQUA USITATA AD OCULOS.

℞. Aloës hepaticæ,
Sarcocollæ ana drachmam unam,
Camphoræ,
Croci Orientalis ana drachmam semis,
In vase clauso aliquandiu bulliant in
Vini Cretici,
Aquæ Rosarum ana unciis sex.

Morbis oculorum destinata, inflammationes, affluxus, nebulas, pustulas, & maculas eorum sanat.

POTUS HIPPOCRATICUS.

℞. Cinnamomi unciam unam semis,
Zingiberis unciam semis,
Caryophyllorum drachm. semis,
Cardamomi,
Macis,
Granorum Paradisi ana drachmam unam,
Galangæ drachmam unam semis,

Seminis Anisi drachmam semis,
Vini libras decem,
Sacchari albi libram unam semis.
Fiat Potus secundùm artem per infusionem, & colaturam.

Cerebrum & ventriculum roborat, spiritus auget, vitales facultates fulcit, amissas vires reparat.

JUCUNDIOR POTUS HIPPOCRATICUS SIC ALITER PARATUR.

℞. Cinnamomi electi uncias duas,
Zingiberis,
Galangæ ana scrupulos duos,
Nucis moschatæ scrupulum unum,
Sacchari albissimi uncias sedecim,
Vini albi generosi ac odoriferi libras quinque.
Macerando probè tecta per horas octo, vel decem, posteaque sæpius Vinum aromatibus in manica Hippocratis contentis denuo adfundendo & percolando, redigantur in Potum Hippocraticum.

POTUS HIPPOCRATICUS EXTEMPORANEUS SIMPLEX JOHANNIS HEURNII.

℞. Cinnamomi electi unciam unam semis,
Zingiberis acuti drachm. tres,
Caryophyllorum,
Nucis moschatæ ana drachmam semis,
Granorum Paradisi scrupulos duos,
Piperis scrupulum unum.
Pulverisentur crassiusculè ac macerentur in libra una semis spiritus vini optimi, probè obturato vase, postea filtrentur.

Welschius cum Zvvelferum Potus hos ad delectationem & gustum muliercularum inventos esse scribentem animadvertisset, vehementer eum falli, atque ab ultima antiquitate in Medicina Vinum aromaticum, licet absque saccharo, ipsis ignoto, usitatum fuisse, & sæpius apud Hippocratem ὄινον ἀρωματίτην reperiri, unde etiam nomen confictum putat: à destillatione etiam, à Zvvelfero commendatam ejus non tantùm jucunditatem diminui, sed etiam præparationem multò laboriosiorem esse; ideoque infusionem rectiùs observari monuit.

ACETUM THERIACALE.

℞. Rad. Chelidonii majoris unciam unam semis,
Angelicæ,
Ostrutii,
Gentianæ,
Bistortæ,
Valerianæ,
Pimpinellæ,
Dictamni albi,
Carlinæ,
Zedoariæ ana drachmam unam,
Plantaginis majoris drachmam unam semis,
Fol. Scordii,
Cardui benedicti,
Dictamni Cretici ana pugillos duos,
Corticum & seminum Citri ana drachm. unam semis,
Granorum Juniperi drachmas duas,
Nucleorum Nucum Juglandium uncias duas,
Sandali citrini drachmam semis,
Infundantur omnia in
Aceti Rutacei libris quatuor,
atque sic in vitro probè clauso infusa permaneant.

Morbis venenatis auxiliatur, putredinem humorum arcet, sudores prolicit, pestilentis luis contagia dissipat: præsumtum ab infectione corpus tuetur, ac peste correptos tam internè exhibitum, quàm forinsecus arteriarum & cordis regioni superimpositum plurimum reficit.



CLAS-



CLASSIS OCTAVÆ, PULVERES MEDICATOS EXPLICANTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

PULVIS SENÆ PRÆPARATÆ MONTAGNANÆ.

℞. Foliorum Senæ unciam unam ſemis,
Zingiberis,
Macis ana drachmas tres,
Cinnamomi,
Tartari ana drachmam unam ſemis.
Fiat Pulvis.

Seroſam aquarum colluviem, & pituitam ſalſam, melancholicumque ſuccum evacuat.

Quidam Aniſum addunt drachmæ pondere, alii Tartarum augent: prudenti cuique ſuum ſit hac de re judicium. Nos huic formulæ adſueti felix Medicamentum experti ſumus.

CHOLAGOGUM SIMPLEX SEU DACRYDIUM SULPHURATUM.

℞. Scammonii electiſſimi uncias tres, aut quantum vis.

Craſſiusculè tere, & ſupra chartam bibulam tenuiter ac æqualiter expande, mox ſuperimpone crati, ſub quo carbo ſit vivus, in quem injice ſulphur, ſuffumigetur Scammonium, & charta tamdiu teneatur ſupra fumum, usque dum Scammonium liquefieri,

fieri, & chartæ adhærere incipiat: Cave solùm, ne comburatur, ideoque à fumo remove, sicque calcinatum pro bile & seroso aqu humore evacuando serva.

PULVIS COMITIS DE WARWICH, SEU DACRYDIUM ANTIMONIATUM.

℞. Cholagogi simplicis uncias duas, drachmas duas,
Antimonii præparati, id est, diaphoretici unciam unam semis,
Cremoris Tartari crystallini unciam semis.
Fiat Pulvis.

Pulvis hic sumtus etiamsi mole parvus sit, virtute tamen maximus existit, citò, tutò, & jucundè operatur, dum humores peccantes blandè educit, vitia ventriculi, nauseam, anorexiam corrigit, biliosos affectus curat, febrili inprimis fomiti expurgando perquam idoneus. A Marco Cornachino, Professore Medico Pisano, comentario doctissimo in lucem productus est.

PULVIS AD SUPPOSITORIA.

℞. Specierum Hieræ Picræ unciam unam semis,
Colocynthidos pulv. drachmas sex,
Hellebori albi pulv. unciam unam,
Salis communis uncias tres,
Farinæ frumenti uncias decem & octo.
Cum vitellis ovorum, & Melle despumato, quantum sufficit, fiant Suppositoria.

Notandum, tametsi suppositoria hæc alvum sollicitent, ac sedes remorantes evocent, ea tamen mulieribus gravidis haudquaquam tuta exsistere, prout nec iis, quibus hæmorrhoides molestæ esse solent: His enim vel levissima ex solo Melle, vitello ovi, ac modico sale confecta sufficiunt, quibus acuendis nonnulli Muscerdam paucâ quantitate indunt.

PULVIS AD VERMES, SEU LUMBRICOS.

℞. Sem. sancti uncias quatuor,
Foliorum Senæ unciam unam,
Coriandri præparati,
Cornu cervi ana drachmam semis.
Fiat Pulvis.

Vires ex nomine patent, in enecandis & expellendis lumbricis longo usu comprobatæ.

Semen sanctum qualem plantam pro matre agnoscat, nondum certò constat. Si tamen non ad Abrotana, saltem Absinthia referri posset: prout etiam Absinthii Seriphii, quod aliàs Santonicum dicitur, semen esse, plurimis creditur. Officinæ semen hoc passim vocant semen Lumbricorum, quod ipsum vulgus Wurmsaamen adpellat; eò quòd id vermes & lumbricos expellere sit aptum.

PULVIS CONTRA ABORTUM.

℞. Granorum Chermes drachmam unam,
Sandali rubri drachmam semis,
Caryophyllorum scrupulum unum,
Nucis moschatæ scrup. duos,
Radicis Tormentillæ drachmam semis,
Margaritarum præparatarum,

Co-

Corallii utriusque præparati ana ſcrupulum unum.
Foliorum auri numero tria,
Sacchari perlati drachmas tres.
Fiat pulvis.

Datur gravidis ad præcavendum abortum, ex ovo ſorbili, vel vino odorifero &c. idque non unâ tantùm vice, ſed ſæpius ejus uſum repetendo.

PULVIS ABSORBENS.

℞. Cretæ albiſſimæ drachmas tres,
Nucis moſchatæ drachmam unam ſemis,
Radicis Glycyrrhizæ,
Seminis Cydoniorum ana drachmam unam,
Boli Armenæ præparatæ,
Coralliorum rubrorum præp. ana drachmam ſemis.
Miſce. F. Pulvis.

Magnopere paſſim comendatæ, & felici cum ſucceſſu à nobis etiam in uſum ductæ Species diacretæ, quas Hadrianus à Mynſicht in Armament. med. chym. ſect. 5. deſcribit, ut noſtris etiam in pharmacopoliis proſtare deberent, nos permoverunt. Cum vero prima earum ingredientia ſcopo medico, in acido morbifico deſtruendo, acredine temperanda, ſicque morbis inde enatis curandis ſatis ſuperque ſatisfacere, atque minori in doſi uſurpari valeant, cætera omittere placuit.

PULVIS ALEXIPHARMACUS.

℞. Terræ ſigillatæ Sileſiacæ,
Cornu cervini philoſophicè calcinati,
Radicum Angelicæ ana unciam unam,
Zedoariæ drachmam unam,
Corticum Citri exteriorum,
Myrrhæ electæ ana drachmas duas.
M. F. Pulvis.

Vires hujus Pulveris nomen monſtrat, cujus uſum inprimis tenuioris ſortis hominibus dicavimus, ſalutaremque multoties experti fuimus.

PULVIS ANALEPTICUS FRIGIDUS.

℞. Specier. Cordialium temperat. inc. drachmas duas,
de gem̃is frigid. drachmam unam,
Ambræ griſeæ ſcrupulum unum,
Spiritus roſar. guttas ſexaginta,
Folior. Auri Num. duodecim,
Argenti Num. tria.
Man. Chr. ſimplic. uncias tres.
Miſce, fiat Pulvis.

Pulvis hic, ad virium conſervationem & reparationem plurimùm conducens, celeb. noſtrum Mindererum autorem agnoſcit; qui alium etiam rubeum dictum, aromatica plura recipientem, in uſu habuit, cujus tamen apud nos non eſt uſus.

PULVIS ANONYMUS.

℞. Sem. Papaveris albi drachmas duas,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Malvæ,
Bombacis ana drachm. unam ſemis,
Quatuor. frig. major. excort. ana drach. unam,

Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli ana drachmas duas,
Hypociſtidis,
Boli Armenæ præparatæ,
Cornu Cervi uſti,
Raſuræ Eboris,
Cicerum rubrorum ana drachmam ſemis,
Cinnamomi drachmas duas,
Sacchari Penidii unciam unam ſemis,
Canarienſis uncias ſex.
Miſc, fiat Pulvis.

Tabidis Phthiſicisque prodeſt: Ulcera enim pulmonum lenit, abſtergit, & glutinat, tenues ac ſalſos catarrhos ſiſtit & incraſſat, fauciumque aſperitatem mitigat.

Nonnulli huic Liquiritiam, Roſas, ſemen Althææ, Corallia, Species Diatragacanthi frigidi, aut Pulmonis vulpis præparati nonnihil addunt. Verùm hæc pro medici prudentis intentione quocunque tempore adjici poſſunt.

Similis ferè Pulvis exſtat deſcriptus apud Valeſcum, Pulvis Haly dictus, easdem vires cum priore obtinens, cujus deſcriptio hæc eſt:

℞. Sem. Papaveris albi drachmas quinque,
Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthi ana drachmam unam ſemis,
Sem. Portulacæ,
Goſſypii,
Althææ,
Malvæ ana drachmas duas ſemis,
Quatuor frig. major. excorticatorum,
Cydoniorum mundatorum ana drachmas tres ſemis,
Spodii præparati,
Succi Liquiritiæ, vel potiùs Pulveris ejus ana drachmam unam ſemis,
Sacchari Penidii ad pondus omnium.
Miſce, fiat Pulvis.

Notandum, Pulverum horum ſemina frigida continentium non nimiam unâ vice quantitatem præparari debere, ne Pulvis diuturniore morâ evadat rancidus.

PULVIS CACHECTICUS QUERCETANI.

℞. Limaturæ chalybis cum ſulphure calcinatæ unciam unam,
Fœculæ radicum Ari,
Ambræ griſeæ ana drachmam unam ſemis,
Coralliorum,
Margaritarum ana præpar. drachmas duas,
Cornu Cervi Philoſophicè præparati,
Succini præparati,
Cinnamomi ana ſcrupulos quatuor,
Sacchari ad pondus omnium.
Fiat Pulvis.

In curanda omnis generis cachexia, & depravatis humoribus corrigendis præſentaneum eſt remedium: Unde leucophlegmatiam, & morbum virgineum curat, maſſam ſanguineam purificando, & à variis corruptionibus tutam præſtando.

Pulvis hic à Quercetano deſcriptus, etiam ſine Ambra, incompletus ideo dictus, in Officinis noſtris proſtat pro illis, quibus tenuiores facultates Ambræ uſum denegant, tum & odor ejus adverſus eſt.

PULVIS AD CASUM.

℞. Terræ ſigillatæ,
Sanguinis Draconis,
Mumiæ ana drachmas duas,
Spermatis Ceti drachm. unam,
Rhabarbari drachmam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis.

Propinatur præcipitatis, ruptis, contuſis, fractis, ex vino adſtringente, vel cui incocta fuerint, quæ ſtrin-

ſtringendi vim habent; quin & externe lintea huic vino intincta, expreſſa, & calida parti laboranti imponuntur.

PULVIS CEPHALICUS.

℞. Cinnabaris nativæ electæ & præparatæ uncias tres,
Radicum Pæoniæ unciam unam ſemis,
Smaragdi præparati drachmas duas,
Ungulæ Alces præp. drachmam unam,
Cranii humani præpar.
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Cornu Cervi ſpagiricè præparati ana ſcrupulos duos,
Unicornu marini,
Margaritarum præparatarum,
Succini præparati ana ſcrupulum unum.
Miſc. F. Pulvis.

Magnam famam, ob egregias virtutes cephalicas, cum paſſim meruerit Specificum cephalicum celeberrimi olim Lipſienſium Chymiatri, Dn. D. Joannis Michaëlis, noſtra etiam in Civitate quondam in uſum duci cœpit. Quia verò Magiſteria gemarum &c. illud medicamentum magna ex parte conſtituentia, jamdudum apud nos uſurpari deſierunt, eorumque locum efficaciùs pulveres eorum ſubtiliſſimè lævigati occupent, compoſitionem hanc, omiſſis etiam reliquis pretioſis lapidibus, aucto contra ſmaragdi pondere, & paucis mutatis aliis, aliquot abhinc annis adornare libuit; quam etiam felici cum ſucceſſu hactenus non infrequenter adhibuimus.

PULVIS AD DENTIFRICIA MOSCHATUS.

℞. Pumicis uncias duas,
Oſſis Sepiæ drachmas ſex,
Corallii rubri præparari drachmam unam,
Radicis Ireos unciam unam,
Moſchi,
Zibethi ana ſcrupulum ſemis,
Olei Ligni Rhodii,
Nucis moſchatæ deſtillati ana guttas quatuor,
Caryophyllorum guttas tres.
Miſce lege artis.

Mucoſos dentes à ſordibus purgat, eosque dealbat ac mundificat, gingivas quoque ſtringit, & dentium radices firmat.

PULVIS DYSENTERICUS D. D. JOANNIS LANGII.

℞. Maxillarum Lucii cum dentibus,
Priapi cervi,
Corticum Granatorum,
Cornu Cervi uſti,
Boli Armenæ,
Seminum Lapathi acuti ana unciam unam.
Fiat Pulvis.

Ad omnes alvi fluxus, diarrhœam, lienteriam, & inprimis dyſenteriam magnæ eſt efficaciæ.

PULVIS PRO EPITHEMATE CORDIS.

℞. Florum Bugloſſi,
Boraginis,
Meliſſæ ana manipulum ſemis,

Sandalorum omnium,
Rosarum rubrarum ana drachmas duas,
Corticum Citri,
Sem. Acetosæ,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum ana drachmam unam semis,
Doronici,
Been utriusque,
Succini ana scrupulos quatuor.
Trita omnia probè usui reserventur.

Adhibetur in affectibus cordis, ejusque palpitatione, syncope, & virium dejectione.

Si Camphoræ grana sex, & Moschi grana tria addantur, dicitur COMPLETUS.

PULVIS HYSTERICUS.

℞. Radic. Dictamni albi drachmas tres,
Zedoariæ drachmam unam,
Cort. Citri sicci,
Sem. ejusdem ana scrupulos duos,
Fragmentorum Lapidum pretiosorum omnium ana grana duodecim.
Specier. Diamargariti calidi drachmas duas,
Sacchari albi unciam unam.
Fiat Pulvis.

Uterinos dolores placat, ejusque expurgat illuviem, menses quoque & secundinas moram trahentes propellit, animi defectiones ab utero ortas arcet, ac ejus suffocationem abigit.

Pulverem hunc multæ utilitatis, & in muliebriqus prædictis morbis longo tempore expertum, D. D. Joan. Udalricus Rumlerus Collega quondam noster tradidit.

PULVIS MARCHIONIS SEU EPILEPTICUS.

℞. Radicum Pæoniæ maris, decrescente Lunâ effossarum unciam semis,
Visci querni,
Rasuræ Eboris,
Ungulæ Alces,
Spodii,
Cornu Cervi ex apicibus desumti,
Corallior. rubrorum,
alborum,
Margaritarum præpar. ana drachmam unam,
Foliorum Auri puri numero viginti.
Fiat Pulvis.

Prodest hic Pulvis apoplecticis, epilepticis ac incubo laborantibus, intemperiem cerebri humidam corrigit, & nocturnos terrores fugat.

PULVIS PARTUM PROVOCANS.

℞. Cinamomi drachmam unam,
Croci drachmam semis,
Cassiæ ligneæ veræ scrupulos duos,
Succini albissimi præparati scrupulum unum.
Fiat Pulvis.

Ad partûs labores facilitandos utiliter exhibetur: Eosdem namque accelerat, & fœtûs exclusionem promovet.

PUL-

PULVIS PLEURITICUS.

℞. Mandibularum Lucii præparatarum,
Dentis Apri usti præparati ana drachmas duas.
Lapidum Percarum,
Talorum Leporis,
Oculorum Cancri præparatorum,
Lucii piscis præparatorum,
Seminum Cardui benedicti,
Artemisiæ rubræ ana drachmam unam.
Misce, fiat Pulvis.

Contra omnes laterum puncturas in pleuritide tàm spuria, quàm exquisita, etiam in epidemia illa, quâ doloris vehementiâ multi jugulantur, ad dolores mitigandos, inflammationes resolvendas, sudoresque eliciendos singulare est remedium.

PULVIS RUBEUS PANNONICUS.

℞. Boli Armen. cum Aqua Rosarum & Acetosæ præparatæ uncias tres,
Terræ Lemniæ veræ præp. uncias duas,
Coralliorum rubrorum præparatorum unciam dimidiam,
albòrum præparator. drachmas sex,
Lapidum pretiosorum, scilicet Smaragdi,
Rubini,
Sapphiri,
Hyacinthi ana præparat. drachmas quatuor,
Margarit. præpar. drachmas quinque,
Ciñamomi electi drachm. duas,
Caryophyllorum drachmam unam,
Seminis Acetosæ drachm. duas,
Corticum Citri,
Sandali albi ana drachmam unam semis,
rubri drachmas duas,
Spodii præpar. drachm. quinque,
Rasuræ Eboris drachmas tres,
Croci orientalis drachm. unam.
Cornu Cervi philosophicè præparati drachmas quatuor,
Foliorum auri purissimi numero quinquaginta.
Fiat omnium Pulvis.

Adversus pestilentium febrium noxas, & contagiosorum ac venenatorum morborum invasiones maximè potens est. Datur puerulis & infantibus, ubi variolarum aut morbillorum suspicio adest: Eos namque efficaciter expellit. Præbetur vulgò cum Syrupo Limonum, & Aqua Cardui, Acetosæ, vel Boraginis.

PULVIS SABAUDICUS.

℞. Ciñamomi electi drachm. tres,
Caryophyllorum drachmas duas,
Mastiches electæ,
Myrrhæ electæ,
Radicum Tormentillæ ana drachmam unam,
Zedoariæ,
Anthoræ,
Contrajervæ,
Scorzoneræ,

Coralliorum rubrorum præpar.
Margaritarum præparat.
Sapphiri præpar.
Rubini præpar.
Smaragdi præp.
Hyacinthi præp.
Lapidis Bezoar orientalis,
Unicornu veri ana drachmas duas,
Boli Armenæ præp.
Terræ sigillatæ veræ ana drachmam unam,
Corticum Citri unciam semis,
Foliorum Auri numero decem,
Antimonii diaphoretici, ad pondus omnium.
Fiat omnium Pulvis.

Vires ejus sunt alexipharmacæ; unde in febribus malignis, expellendis variolis &c. magnoperè laudatur.

Moschi & Ambræ ana scrupulum dimidium, aliàs addi solitum, omisimus, à Medico, si expetat, usûs tempore rectiùs supplendum.

PULVIS STEGNOTICUS D. D. CASPARI GUTMANNI.

℞. Lapidis Ætitæ drachmam unam,
Hæmatitæ præpar.
Carneoli præparati,
Cornu Cervi usti præparati,
Terræ sigill. veræ ana drachmam semis,
Coralliorum rubrorum resolutorum drachmas duas.
Omnia in tenuissimum pollinem redacta misceantur.

Ad omnes fluxus sanguineos narium, hepatis & vulnerum sistendos, inprimis menstruam mulierum purgationem superfluam, dysenteriam, diarrhœam, alvi & uteri profluvia alba curanda, singularis efficaciæ existit.

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Majoranæ drachmam unam semis,
Betonicæ,
Pyrethri ana drachmam semis,
Hellebori utriusque ana drachmam unam,
Pulegii scrupulum unum.
Fiat Pulvis.

Lentam pituitam, ac phlegma crassum, naribus insufflatus, vel iisdem adfrictus provocat: hinc cerebrum à tenacibus humoribus purgat, & ossis ethmoidis obstructiones referat.

PULVIS STOMACHICUS D. D. BIRCKMANNI.

℞. Pulv. Rad. Ari præparatarum uncias duas,
Acori vulgaris,
Pimpinellæ ana unciam unam,
Oculorum Cancri unciam semis,
Cinnamomi drachmas tres,
Salis Absinthii,
Juniperi ana drachmam unam,
Sacch. rosati ad pondus omnium.
Conficiatur Pulvis gustui gratus.

Hic pulvis ad varia stomachi vitia & dolores conducit, cardialgiæ sive oris ventriculi à succis mordentibus adflicti, & cardiacæ, à virulentis & venenosis humoribus productæ medetur.

PUL-

PULVIS AD STRUMAM ARNOLDI DE VILLA NOVA.

℞. Spongiæ combuſtæ,
Pilæ marinæ toſtæ,
Oſſis Sepiæ,
Piperis longi,
nigri,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Salis Gemmæ,
Pyrethri,
Gallarum,
Lapidis Spongiæ ana unciam unam.
Pulveriſentur,& miſceantur.

Ad ſtrumas abolendas, reiteratâ ſæpius ejus aſſumtione, feliciter exhibetur.

PULVIS VIOLARUM ODORATUS.


℞. Ireos Florentinæ uncias ſex,
Roſarum rubrarum uncias quatuor,
Cyperi drachmam ſemis,
Majoranæ,
Caryophyllorum,
Styracis ana unciam unam,
Benzoini,
Sandali citrini ana unciam ſemis,
Violarum drachmas tres,
Moſchi drachmam unam,
Fiat Pulvis.

Pulvis hic tametſi ad odoramenta potiſſimùm expetatur, caput tamen extrinſecus adhibitus eximiè roborat, nec non cordis palpitationi medetur.

Paratus etiam proſtat ſine Moſcho.

ALIQUI EUNDEM SIC COMPONUNT.

℞. Florum Violarum unciam ſemis,
Roſarum rubrarum uncias tres,
Benzoini unciam unam ſemis,
Styracis calamitæ,
Sandali citrini,
albi ana unciam ſemis,
Rad. Cyperi rotundi,
Majoranæ ana unciam unam,
Caryophyllorum drachmas duas,
Cinnamomi electi drachmas tres,
Rad. Ireos Florent. uncias tres,
Moſchi Alexandrini,
Ambræ veræ ana ſcrupulum ſemis.
Fiat Pulvis craſſiusculus.



CLASSIS OCTAVÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

PULVIS TARTARI CRYSTALLINI SOLUTIVUS.

℞. Cryſtallorum Tartari,
Foliorum Senæ ſelectiſſimæ ana unciam unam,
Cholagogi ſimplicis drachmas duas,
Seminis Aniſi electi,
Cinnamomi acuti,
Galangæ minoris ana drachmam unam,
Caryophyllorum drachmam ſemis,
Fiat Pulvis.

Pitui-

Pituitam & bilem, ſuccumque melancholicum, & aduſtos humores purgat.

PULVIS SOLUTIVUS DE TRIBUS.

℞. Foliorum Senæ drachmas ſex,
Turbith drachmas quatuor,
Rhabarbari drachmas duas,
Glycyrrhizæ,
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana drachmam unam,
Spicæ Indicæ ſcrupulum ſemis.
Fiat Pulvis.

Inſcribitur hic Pulvis de Tribus, ob tria Simplicia purgantia, quæ ejus compoſitionem ingrediuntur, Rhabarbarum nempe, Turbith, & folia Senæ. Confert autem hepatis, venarum meſaraicarum obſtructionibus, hydropi incipienti, ac ventris inflationibus, dum crudorum humorum evacuationem promovet.

PULVIS SOLUTIVUS MAGISTRALIS STOCKSTALDI.

℞. Foliorum Senæ Alexandr.
Dacrydii,
Hermodactylorum,
Turbith electi ana unciam ſemis,
Cinnamomi,
Zingiberis ana drachmas duas,
Sem. Aniſi drachmam unam,
Cardamomi,
Galangæ,
Maſtiches ana drachm. ſemis,
Sacchari uncias tres.
Fiat Pulvis.

Hydropicis ac veteri ictero fœdatis opitulatur: Pituitam namque & bilem purgat. Deſcriptionem ejus vide in Valeſco de Taranta.

CHOLAGOGUM INSUCCATUM, SEU DACRYDIUM ROSATUM.

Scammonium ſulphuris fumo præparatum infunde in Mucharo Roſarum bis, & exſicca.

PULVIS AD SUPPOSITORIA COMMUNIA.

℞. Aloës drachmas duas,
Cumini,
Rutæ,
Salis Gemmæ ana drachmam unam.

Fiat Pulvis, qui ſubigatur cum ſufficienti quantitate Mellis, & redigatur in glandes.

ALIUS ACUTIOR.

℞. Aloës unciam ſemis,
Hellebori albi,
Granorum Colocynthidos,
Centaurii,
Cumini,
Rutæ ana drachmam unam.

Fiat Pulvis, qui melle ſubactus effingatur in glandes, ſeu ſuppoſitoria.

PULVIS ADSTRINGENS GALENI.

℞. Aloës,
Mannæ Thuris,
Corticum Pini,
Terræ Lemniæ,
Boli Armenæ,
Lapidis Hæmatitæ,
Succi Hypociſtidis,
Croci,
Gallæ omphacit. ana drachmam unam.
Fiat Pulvis.

PULVIS BEZOARDICUS NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Boli Armen. cum Aceto præparat. uncias tres,

Terræ

Terræ figillatæ,
Coriandri præparati,
Specierum Diamarg. frig.
Rad. Tormentillæ,
Dictamni vulgaris,
Angelicæ,
Scabiosæ ana drachmas duas,
Sem. Acetosæ,
Citri mundati,
Rutæ,
Cardui benedicti,
Cornu Cervi usti,
Doronici,
Charabe ana scrupulos quatuor,
Rosarum rubrarum,
Corallii utriusque,
Ligni Aloës,
Serici crudi,
Sandalorum omnium,
Margaritarum,
Ossis è corde Cervi ana drachmam unam,
Smaragdorum,
Ambræ ana scrupulos duos,
Moschi scrupulos quatuor,
Croci grana quindecim,
Camphoræ grana decem.

Fiat Pulvis, vel cum Syrupo è Ribibus fiat in modum Opiatæ.

Adversus pestiferæ luis insultus efficax, cordis vires eximiè tuetur, internas putredines abolet, & contagiosis quibuslibet morbis adversatur.

PULVIS ELECTUARII DE BOLO.

℞. Boli Armen. præp. aquâ Rosarum unciam semis,
Rad. Tormentillæ,
Angelicæ ana drachmas duas,
Corallii rubri,
Rasuræ Eboris,
Cornu Cervi,
Rosarum rubrarum ana drachmam unam semis,
Sem. Melonum,
Acetosæ,
Citri mundati,
Bombacis mund.
Juniperi ana drachmam unam,
Anisi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
Xylaloës,
Macis ana drachmam semis.
Fiat Pulvis.

SIMPLICIOR A NONNULLIS SIC PARATUR.

℞. Boli Armen. unciam semis,
Rad. Tormentillæ drachmas duas,
Angelicæ drachmam unam,
Sacchari ad pondus omnium.
Fiat Pulvis.

Uterque febribus malignis, pestiferis, ac contagiosis potenter resistit: sudoresque evocat.

PULVIS AD CALCULUM.

℞. Radicum Saxifragiæ albæ,
Petroselini,
Pimpinellæ,
Liquiritiæ,
Ononidis ana drachmas duas,
Baccarum Alkekengi unciam semis,
Juniperi drachmam unam,
Seminum Milii Solis,
Fœniculi,
Erucæ,
Dauci Cretici,
Violarum purpurearum ana drachmam unam,
Lactucæ,
Papaveris albi,
Quatuor frigidorum majorum excorticatorum,
Hyoscyami albi ana drachm. semis,
Herniariæ Hollerii drachmam unam,

Gummi Cerasorum nigrorum drachmas duas,
Tragacanthi drachmam unam,
Terebinthinæ ad duritiem in aqua Malvæ coctæ drachmas duas,
Magisterii oculorum cancri,
Salis Succini ana scrupulum unum,
Lapidis Judaici præparati,
Spongiæ præparati,
Nephritici præparati ana drachmam unam,
Cantharidum grana sex,
Sacchari cantii uncias duas.
Misce.

Compositionem hanc Pulveris ad calculum multa sibi experientia probati, D. D. Marcus Banzerus, Augustanus, Facultatis Medicæ in Illustri Academia Wittebergensi olim Professor, Collegii Medici Decanus & Senior, Libro huic inserendam quondam communicaverat.

PULVIS AD CALCULUM ALIUS.

℞. Sem. Milii Solis,
Saxifragiæ ana drachmam unam,
Lactucæ,
Hyoscyami,
Papaveris albi ana scrupulos duos semis,
Quatuor. frigid. majorum ana scrupulos duos,
Glycyrrhizæ scrupulos quatuor,
Trochisc. de Halicacabo drachmam unam semis,
Rad. Pimpinellæ,
Sem. Genistæ ana drachmam semis,
Sacchari uncias duas.
Fiat Pulvis.

Datur nephriticis & calculosis ad renum arenulas exturbandas, & ureterum obstructiones levandas.

PULVIS AVICENNÆ E CINERIBUS.

℞. Cinerum Vitri,
Scorpionum,
Rad. Brassicæ,
Leporis,
Putamin. ovorum, è quibus pulli fuerint exclusi,
Lapidis Spongiæ,
Sanguinis hirci præparati,
Lapidis Judaici,
Gummi Juglandis,
Acori ana drachmam unam,
Petroselini,
Dauci,
Pulegii,
Gummi Arabici,
Sem. Althææ,
Piperis nigri ana drachmam unam semis,
Terantur, & simul misceantur.

Priore longè validior, urinas magis promovet, & calculos potentiùs educit.

Pro Gummi Juglandis Cerasorum commodissimè substituitur.

PULVIS PRO EPITHEMATE HEPATIS.

℞. Sandali rubri,
albi,
citrini ana unciam semis,
Rosarum drachmam unam,
Camphoræ scrupulum unum.

Hepatis inflammationi confert, ejusque exæstuationem temperat.

PULVIS GRISEUS CÆSARIS CONTRA PESTEM.

℞. Rad. Pimpinellæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Serpentariæ,
Foliorum Rutæ,
Absinthii,
Nucum Juglandium,
Granorum Juniperi,
Aceti Rosati.
Theriacæ Andromachi ana unciam unam.
Misceantur omnia.

In præservatione, & curatione pestis plurimùm valet.

Quidam

Quidam addunt Castorei unciam semis; Aceti rosati uncia una omitti potest.

PULVIS AD NASALIA i. e. ERRHINUS.

℞. Calaminthæ,
Majoranæ,
Rad. Ireos,
Castorei,
Sem. Nigellæ,
Staphidis agriæ ana scrupulum unum,
Hellebori albi,
Pyrethri,
Nucis moschatæ,
Myrrhæ rubræ,
Euphorbii ana scrupulos duos.

Misce. Ex hisce cum Ladani drachmis sex & Melle modico formari possunt Nasalia.

Sternutationem potentissimè cient, ac crassa per nares phlegmata evocant; ideo lethargo ac epilepsiæ prosunt, catalepticos & attonitos juvant; sed cautè iis utendum, præsertim in corporibus nondum purgatis, ne subita humorum per irritationem tam fortem præcipitatio suffocationis repentinæ periculum inferat.

PULVIS AD PARTUM HELIDEI DE PADUANIS.

℞. Cinnamomi,
Croci ana scrupulum unum,
Boracis scrupulos quatuor.

Detur ex aqua artemisiæ.

Usitatissimus ac expertissimus quondam erat hic Pulvis Helideo de Paduanis, Medico Bononiensi eximio, qui eundem secretum sibi adeo habebat, ut non nisi fidissimis amicis aut prædilectis discipulis eum communicaret.

Augetur hujus Pulveris efficacia, si ei testiculorum equinorum aridorum, aut Julorum Nucum Juglandium pulvis admisceatur, quod pro prudentis Medici arbitrio & exigentis necessitatis occasione fieri poterit.

PULVIS AD DYSTOKIAM.

℞. Pulveris Cinnamomi unciam unam,
Succini albi præparati unciam semis,
Boracis,
Hipposorcheos ana unciam unam,
Croci scrupulos octo.

Omnia in tenuem pollinem redacta misceantur.

Pulverem hunc ad partum facilitandum, & secundinas expellendas experientia & multiplex usus commendant.

PULVIS RUBEUS CÆSARIS CONTRA PESTEM.

℞. Myrrhæ electæ,
Croci ana drachmam unam,
Ossis de corde Cervi scrupulos duos,
Cornu Cervi drachmas duas,
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Gentianæ ana drachmas duas, scrupulos duos,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas tres,
Sulphuris vivi,
Boli Armen. veræ ana drachmas quatuor,
Camphoræ scrupulos quatuor,
Theriacæ Andromachi,
Mithridatii optimi ana drachmas sex.
Fiat omnium Pulvis.

Hic Anno Christi 1572. quo Pestis invaluit, apud nos frequentissimè fuit adhibitus, & D. Achilli Gassero nostro p. m. familiaris.

PULVIS RUBEUS PANNONICUS.

℞. Boli Armen. orientalis præp. uncias duas,
Terræ sigillatæ veræ uncias sex,
Lapidum pretiosorum, scilicet
Hyacinthi,

 Sapphi-

Sapphiri,
Rubini,
Smaragdi ana præp. unciam unam,
Margaritarum præparatarum drachmas decem,
Spodii præparati,
Rasuræ Eboris ana drachmas quinque,
Coralliorum rubrorum præparatorum drachmas octo,
alborum præpar. unciam unam semis,
Rad. Tormentillæ,
Dictamni ana uncias quatuor,
Cornu Cervi philos. præpar. drachmas sex,
Sandali albi drachmam unam,
Radicis Doronici drachmas sex,
Seminis Acetosæ drachmas duas,
Corticum Citri drachmam unam & semis,
Camphoræ drachmas duas.
Pulverisentur singula per se, & misceantur, addendo foliorum auri numero quinquaginta, & fiat Pulvis.

Easdem, quas prior pag. 101. *descriptus, vires obtinet.*

PULVIS SAXONICUS.

℞. Rad. Valerianæ unciam semis,
Vincetoxici,
Urticæ ana unciam unam,
Polypodii querni,
Althææ,
Angelicæ sylvestris ana uncias duas,
sativæ recentis uncias quatuor,
Cort. Rad. Laureolæ, sive Mezerei unciam unam semis.

Pulvis hic in Saxonia primùm usurpari cœptus, pesti ac venenis quoque assumtis egregiè adversatur, & deleteriorum vires frangit. Vide Moibani Parabilia in Dioscorid. lib. 2. *cap.* 143. *ibidem varias descriptiones, & usum reperies.*

Quamvis radices has, eo tempore, quod xv. Augusti, & xiii. Septembris dies intercedit, effossas, & incisas, in Olla vitreata cum Aceto acerrimo coquendas, & postea, Aceto abjecto, exsiccandas esse, quondam statutum fuerit; cùm tamen maceratione & coctione illâ aliquas earum utiles particulas disperdi, haud sit negandum, Laureolæ quidem radices Aceto imprægnari, & sic earum acrimoniam corrigi posse, arbitramur, reliquas simpliciter in pulverem tritas admiscendo, & Acetum usus tempore, si Medico ita visum fuerit, unà propinando. Licet Aceto, utpote liquore alexipharmaco, & has imbuere, si cui placeat, liberum per nos esse queat; qui pulverem hunc jam dudum in obsoletorum ordinem reposuimus.

PULVIS PRO ULCERIBUS GUTTURIS.

℞. Sulphuris vivi uncias quatuor,
Myrrhæ rubræ,
Aluminis saccharini ana uncias duas,
Mastiches,
Thuris ana unciam unam,
Pyrethri drachmas sex,
Fiat Pulvis.

℞. Hujus Pulveris unciam unam,
Vini sublimati libram unam.
Misce.

Pulvere hoc, in Nosocomio Gallico ad gutturis antiqua & fœda ulcera sananda, utebantur quondam D. D. Adolphi Occones, August. Medici, ac subsequentes Illustriss. ac Generosorum D. D. Comitum Fuggerorum Xenodochiis præfecti, quibus in locis, ex pia & munifica prædicti Stemmatis fundatione, plurimi Lue istâ laborantes usque ad plenam sanationem quondam sustentabantur.



CLAS-



CLASSIS NONÆ, ECLEGMATA, SAPAS, LINCTUS, ET LOHOCH COMPREHENDENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

DIACODION JOAN. BAPT. MONTANI, ALIAS SYRUPUS DE SILIQUIS.

℞. Capitum Papaveris albi cum ſeminibus numero viginti,
Siliquarum dulcium unc. tres,
Glycyrrhizæ raſæ uncias duas,
Aquæ font. libras duodecim.

Eximantur è Siliquis grana, poſtea decoquantur in aqua ad remanentiam librarum trium, exprimantur & colentur: tandem additâ

Sacchari cantii rubri librâ unâ ſemis,

Decoquantur ſecundùm artem ad Mellis conſiſtentiam.

Eo utimur in tenuibus & acribus rheumatismis, pulmones & aſperam arteriam fluxione tentantibus, & continuâ tuſſi vigilias excitantibus.

Improbat. hîc Welſchius, quòd Zvvelferus ex decocti, vel emulſionis decem unciis, & ſacchari ℔iß. ſola diſſolutione Eclegma parare doceat, cum nimia liquoris quantitas id minime permittat; ipſe verò omnia, ſaccharum nempe, capita papaveris, ſiliquas & glycyrrhizam una cum emulſione ex ſeminibus papav. parata, ſimul coquit, clarificat, atque ad conſiſtentiam debitam coquendo redigit, aut etiam ſemina inciſa addit.

DIACODIUM SOLIDUM.

℞. Sem. Papaveris albi unciam semis,
Aquæ Farfaræ,
Rosarum ana unciam unam semis.
Fiat emulsio, in qua dissolve
Sacchari albissimi uncias quatuor.
Fiat confectio in rotulis.

Creberrimus hujus confectionis usus ad tenues, salsos & acres catarrhos inhibendos ac incrassandos: tussim ideo sedat, faucium asperitatem lenit, & raucedinem à calidis defluxionibus obortam aufert. Cùm facilè rancescat, in majori quantitate haud paratur, sed usus tempore rectiùs recens conficitur.

LOHOCH E PULMONE VULPIS MESUÆ.

℞. Pulmonis Vulpis siccati & præparati,
Succi Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris,
Sem. Anisi,
Fœniculi ana unciam unam,
Sacchari clarificati uncias quindecim.
Omnia trita tenuissimè Saccharo excipiantur, & ad debitam formam redigantur.

Medicamentum hoc ex Mesue cap. de phthisi desumtum, prodest magnopere tabidis, consumtis, ac ulceratos pulmones habentibus. Ejus loco aliqui solum pulverem pulmonis Vulpini cum Saccharo Rosato exhibent.

LOHOCH SANUM ET EXPERTUM.

℞. Cinnamomi,
Hyssopi,
Calaminthæ,
Ireos,
Semin. Anisi,
Fœniculi ana unciam semis,
Capillorum Veneris manipulum unum.
Macerentur per viginti quatuor horas in Aquæ fontanæ libris duabus, postea destillando abstrahatur circiter libra una; cum qua ex
Pinearum mund. drachmis quinque,
Amygdalorum dulcium drachmis tribus,
Fiat Emulsio, & solvendo in ea
Sacchari albi libras duas,
additisque
Pulveris Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Amyli ana drachmis tribus,
Ireos drachmis duabus,
optimè misceantur.

Tussi, vocis asperitati & raucedini à frigiditate natæ auxilio est, crassos itidem in thorace & pulmone humores incidit, & attenuat; morbis tamen calidioribus, ut & tussi calidæ, suspectum.

Licet à recepto olim præparandi modo viribus medicamenti hujus nihil decesserit, cùm tamen & apud nos in eo albedinem vulgus expetere soleat, à fructuum & reliquorum decoctione non ita impetrandam, proposita ratione ut porrò ejusdem elaboratio instituatur, non prohibemus.

Si quis tamen non tam colorem illum albicantem, quàm medicamenti efficaciam reſpicere velit, ille, ſecundùm Welſchii mentem, ex ſpeciebus, quæ deſtillari poſſunt, aquam proliciat, cum qua ex pineis & amygdalis emulſionem faciat, quam ſaccharo aqua communi ſoluto & ſufficienter cocto admiſceat, cui denique pulpam ex fructibus ſimul ſumtis ſ. a. paratam, nec non ſpecies ſequentes adjungat, omittendo tamen, cum ſint ingrata, lini & fœnigræci ſemina olim compoſitionem ingredientia, pulveris autem liquiritiæ drachmis tribus illas quatuor, quæ alias decocto accedunt, jungendo.

CLASSIS NONÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

DIACODION SIMPLEX GALENI.

℞. Capitum Papaveris albi, mediocris magnitudinis, nec nimiùm viridium, nec nimiùm maturorum numero viginti,
Aquæ pluvialis, aut Fontanæ libras tres.

Macera horis viginti quatuor, poſt coque, donec capita contabuerint, cola, & adde
Mellis libras duas,

Coque ad juſtam conſiſtentiam.
Fit cum Saccharo eodem modo, item cum Sapa hac ratione:

℞. Decocti prædicti,
Sapæ ana libras duas,
Succi Glycyrrhizæ uncias duas.
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.

Uſus ejus eſt in deſtillationibus tenuibus in aſperam arteriam, ex perpetua tuſſi inſomnium parientibus. Quod ſi magna humoris copia ex capite circa pulmones conſtiterit, confectio ex melle melior eſt, quemadmodum ſomno opus habentibus, quæ ex Sapa conſtat. Eſt autem Sapa Muſtum ad Rob perfecti conſiſtentiam decoctum.

DIACODION ACTUARII.

℞. Capitum Papaveris, magnitudinis mediocris, non nimiùm humidorum, nec omnino aridorum numero tredecim,
Roſarum rubrarum drachmas duas ſemis,
Croci orientalis,
Acaciæ,
Glycyrrhizæ ana drachmam unam,
Boli Armen. unciam ſemis,
Cinnamomi electi,
Rad. Conſolidæ majoris,
Hypocyſtidis,
Balauſtiorum ana drachmam unam,
Myrti,
Dauci ana unciam unam,
Corallii utriusque,
Sumach,
Sanguinis Draconis,
Florum Althææ ana drachmas duas,
Sem. Portulacæ drachmam ſemis.

Capita Papaveris in aquæ pluvialis aut fontanæ ſufficienti quantitate duobus diebus macerato; poſtridie ad tertias coquito, & decoctum expreſſum cum Mellis optimi libris

libris duabus ad justam consistentiam bulliat: postremò deposito ab igne vase, Species subtilissimè tritas adjicito, ac benè unito. Quòd si solidiorem Compositionem efficere volueris, decoctum expressum prius jam dictum cum sufficienti quantitate Sacchari decoquito, accipiendo ad libram unam Sacchari, Specierum ingredientium unciam unam.

Fiat confectio in rotulis.

Cœliacis, dysentericis, lævitati intestinorum ac alvi profluviis prodest: Sanguinis sputo medetur, & acres tenuesque fluxiones ad thoracem ferri prohibet.

DIACODION SOLIDUM.

℞. Capitum Papaveris albi, mediocri magnitudine, nec nimis viridium, neque prorsus siccorum numero viginti,
Aquæ pluvialis aut fontanæ libras tres,

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur, donec contabuerint capita, & colentur: Postremo addatur
Sacchari sufficiens quantitas, & coquatur, ut est artis.

LOHOCH DE CAULIBUS GORDONII.

℞. Succi Caulium rubrorum libram unam,
Croci drachmas duas,
Sacchari,
Mellis ana libram semis.
Fiat s. a. Lohoch.

Raucedini, & vocis ablationi medetur, ac pectus ab humoribus vitiosis liberat, nec non spiritum facilitando thoracis levat angustias; priscis forsan magis quàm nobis usitatum Medicamentum, ut qui Brassicæ plurimum tribuentes, ex ea singulis in corpore membris singula compararunt remedia.

Aliter in Pract. cap. de tussi humida à Mesue præparatur. Recipit enim Succi Caulium libras quinque, hunc, spumam auferendo, lento igne coquit ad libras duas: deinde addit Sapæ & Mellis ana libram unam, atque sic coquendo ad justam perducit consistentiam.

LOHOCH DE FARFARA.

℞. Radicum Farfaræ libram unam.

Coquantur in aqua ad mollitiem, postmodum contundantur, & colentur, addendoque
Mellis libras duas,
Coquantur ad justam consistentiam.

Tabidis prodest, pulmonis ulcera glutinat, faucium ac asperæ arteriæ asperitates lenit. Ad cujus normam & alia ejusmodi simplicia Lohoch præparari possunt, utpote Lohoch ex Althæa, Enula, Liquiritia & similibus, quibus interdum aromata adjiciuntur, atque inprimis Crocus pectori conveniens.

LOHOCH DE PAPAVERE MESUÆ.

℞. Papaveris albi drachmas viginti quinque,
Amygdalorum dulcium mundatorum,
Nucleorum Pineorum,
Gummi Arabici,
Succi Glycyrrhizæ ana drachmas decem,
Amyli drachmas tres,
Sem. Portulacæ,
Lactucæ,
Cydoniorum ana drachmas quatuor,
Croci drachmam unam,
Sacchari Penidii uncias quatuor,
Syrupi de Papavere uncias tres.

Omnia concisa & contusa Syrupo de Papavere excipiantur, cujus hæc esto formula:

℞. Capitum Papaveris albi & nigri recentium ana uncias sex,

Sem.

Sem. Lactucæ,
Florum Violarum ana unciam unam semis.
Coquantur, dum contabuerint Capita, in Aquæ Cucurbitæ libris octo. Expressum & colatum cum
Sacchari libris quatuor,
percoquatur ad Syrupi crassitudinem.

Efficax est in destillationibus tenuibus, quæ acrem, salsam, & tenuem materiam in thoracem demittunt, fauces asperant, vigilias ac febrem pariunt; confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, & pleuritidi.

LOHOCH PASSULARUM.

℞. Radicum Pæoniæ drachmas quatuor,
Hyssopi,
Melissæ,
Scolopendrii seu Ceterach ana manipulum semis,
Glycyrrhizæ unciam semis,
Fiat omnium decoctio in sufficienti aqua pluviali, factâ colaturâ cum forti expressione, adde
Passularum minorum in mortario benè contusarum, priùs ab arillis mundatarum libram unam.
Decoquantur, & per pannum lineum fortiter exprimantur, expressioni addendo
Sacchari libram unam.
Fiat Lohoch, ut est artis.

Usus est ad tussim & pectoris vitia, maximè in puerulis, iisdemque epilepticis.

Partium subtilium, in epilepticis pectoris adfectibus non inutilium, jacturam veritus Welschius, medicamentum hoc, radices pæoniæ, herbas hyssopi & scolopendrii cum aqua destillando, & uncias quatuor indè proliciendo, residuum cum reliquis coquendo, exprimendo, expressum ad consistentiam Lohoch inspissando, & cum saccharo ultra consistentiam tabell. cocto, nec non destillato superiori miscendo, conficit.

LOHOCH DE PINEIS MESUÆ.

℞. Nucleorum Pineorum drachmas triginta,
Amygdalorum dulcium,
Avellanarum assatarum,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Glycyrrhizæ,
Succi ejusdem,
Amyli,
Capillorum Veneris,
Ireos ana unciam dimidiam,
Dactylorum drachmas triginta quinque,
Amygdalorum amarorum drachmas tres,
Mellis Passularum,
Sacchari albi,
Butyri recentis ana uncias quatuor,
Mellis optimi libras tres, uncias duas.
Terenda terantur, & incidenda minutissimè incidantur, ac Melle excipiantur.

Modus confectionis hic est, ut Gummi & Tragacanthum macerentur in libris tribus aquæ Capillorum Veneris, donec prorsus mollescant, deinde cribro setaceo transmittantur, & cum Melle optimo misceantur ad lentum ignem, rudiculâ ligneâ diu movendo, postea ei inspergantur pulveres tenuissimi radicum Ireos, Capillorum Veneris, Glycyrrhizæ, Sacchari, Amyli, ut & Pinei nuclei, Amygdala & Avellanæ contusæ, & optimè misceantur. Demum utrumque Gummi mistum, & Dactyli in pulpam redacti, Melli Passularum, in quo priùs fuerit dissolutus succus Glycyrrhizæ, vase ab igne deposito addatur, & diutiùs omnia agitentur, donec uniantur, addito Butyro recenti, si statim eo utendum sit; sin verò diutius fuerit adservandum, paretur absque Butyro, ne rancorem contrahat.

Diuturnæ tussi, difficultati spirandi, & asthmati succurrit, humores in thorace crassos incidit & attenuat, senibus maxime familiare, peripneumoniam quoque ac pleuritidem, inclinante jam febre, juvat.

Pro Melle Passularum aliqui Sapam non ineptè substituunt.

LOHOCH E PORTULACA.

℞. Succi Portulacæ libras duas,
Trochisc. de Terra Lemnia drachmas duas,
de Charabe,
Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis ana drachmam unam,
Lapidis Hæmatitæ,
Pilorum leporis ustorum ana scrupulos duos,
Sacchari albi libram unam.

Fiat Lohoch, ut est artis.

Sputum sanguinis cohibet, ac ruptis opitulatur pulmonibus: exesa vasa cruorem fundentia glutinat, & anhelitûs vias ab exulceratione tutas reddit.

LOHOCH E SUCCO SCILLÆ GALENI.

℞. Succi Scillæ libram unam,
Mellis libram unam semis.

Coque ad formam Lohoch.

Incidit, tenuat, & expulsioni præparat materiam crassam, quæ in thorace continetur, veterem tussim sanat, suppuratis, asthmaticis, difficulter spirantibus in magna puris & lentæ pituitæ copia, spiritûs vias opprimente, succurrit.

Scillas plenas ac nitidas cultello eburneo in partes incidito, ejusque laminas puriores in mortario lapideo contusas exprimito, ac utitor.


Galeni descriptio à Mesuæ non differt, nisi quòd Mesue succi Scillæ, & Mellis partes æquales ponit.

LOHOCH E SCILLA COMPOSITUM MESUÆ, ALIIS LOHOCH AD ASTHMA DICTUM.

℞. Scillæ præparatæ unciam dimidiam,
Marrubii,
Hyssopi ana drachmam unam,
Ireos drachmas duas,
Myrrhæ,
Croci ana drachmam semis,
Mellis quantum sufficit.

Fiat Lohoch.

Prædicta omnia valentiùs præstat, tussim ac senum difficilem respirationem levat, pectus à frigida, crassa, tenaci & impacta iis locis pituita potenter expurgat.



CLAS-



CLASSIS DECIMÆ, CONFECTIONES AROMATICAS, SEU SPECIES &c. EDOCENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

SPECIES AROMATICÆ ROSATÆ GABRIELIS.

℞. Roſarum rubrarum drachmas quindecim,
Glycyrrhizæ raſæ drachmas ſeptem,
Ligni Aloës,
Sandali citrini ana drach. tres,
Cinnamomi electi drachmas quinque,
Caryophyllorum,
Macis ana drachm. duas ſemis,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drachmas duas, ſcrupulos duos,
Nucis moſchatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ ana drachm. unam,
Spicæ Indicæ ſcrupulos duos.
Fiat Pulvis,
Cui pro completo addantur
Ambræ griſeæ ſcrupuli duo,
Moſchi ſcrupulus unus.

Earum uſus in magno humidorum excrementorum ventriculi proventu, coctionem juvant, putredinem prohibent, nutritioni inſervientia viſcera roborant, ventriculum diſtendentes flatus diſſipant, adpetentiam excitant, nauſeam ſedant, ac è diuturno morbo emergentes plurimùm recreant.

SPECIES DIAMBRÆ MESUÆ.

℞. Cinnamomi,
Doronici,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Folii,
Galangæ ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris,
minoris ana drachm. unam,
Zingiberis drachmam unam ſemis,
Ligni Aloës,
Sandali citrini,
Piperis longi ana drachmas duas.

Fiat Pulvis; quem completum facimus, addendo
Ambræ drachmam unam,
Moſchi drachmam ſemis,

Ad omnem corporis imbecillitatem & noxam à frigida cauſa efficaces ſunt: Unde ſpiritus & viſcera omnia calefaciunt ac roborant, inprimis vertiginem abolent, cerebri humiditates abſumunt, concoctionem adjuvant; affectibus item uterinis ex frigida & humida intemperie natis proſunt.

SPECIES CONTRA APOPLEXIAM.

℞. Succini albi drachmam unam ſemis,
Margaritarum,
Smaragdi ana drachmas duas,
Ligni Aloës,
Cornu Cervi præparati,
Rad. Pæoniæ ana drach. unam,
Cort. Citri drachmam ſemis,
Sem. ejusdem ſcrupul. unum,
Tabulati de Extracto Ligni Aloës,
Sacchari Perlati cum Oleo Cinnamomi ana unciam unam ſemis.

Redigantur in pollinem; qui completus à nobis efficitur
Ambræ veræ ſcrupulo ſemis,
Moſchi Alexandrini granis quinque.

Animalis vitalisque facultatis robur eximiè tuentur ac reficiunt: Unde diuturnis capitis affectibus, præſertim frigidis opitulantur, ſpiritus redintegrant, obſtructiones meatuum cerebri recludunt, vertiginem auferunt, ac paroxysmos tàm epilepticos quàm apoplecticos antevertunt.

SPECIES CORDIALES TEMPERATÆ.

℞. Ligni Aloës,
Spodii ex Ebore ana drachmam unam,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Oſſis de corde Cervi,
Doronici,
Been utriusque ana drachm. unam ſemis,
Margaritarum drachmas ſex,
Serici crudi toſti,
Coralliorum rubrorum,
alborum ana drachm. duas,
Hyacinthi,
Smaragdi,
Sapphiri ana drachmam ſemis,
Croci ſcrupulum unum,
Folio-

Foliorum Auri,
Argenti ana numero decem.
Misc.
Quibus addimus
Ambræ,
Moschi ana drachmam semis;
ut fiant Sp. completæ.

Cor roborant, animi deliquio medicantur, nec non in pestilente lue commendantur.

SPECIES DE GEMMIS FRIGIDÆ.

℞. Margaritarum præpar. drachmas tres,
Spodii de Ebore,
Rasuræ Eboris,
Corallii utriusque ana drachmas duas,
Flor. Rosarum rubrar. drachmam unam semis,
Hyacinthi,
Smaragdi,
Sapphiri,
Sardæ,
Granati,
Sandali albi,
rubri,
citrini,
Florum Boraginis,
Buglossi,
Sem. Acetosæ,
Basilici,
Been utriusque ana drachm. unam,
Ossis de corde Cervi drachm. semis,
Foliorum Auri,
Argenti ana numero quindecim.

In magno febrium æstu, ut & jecinorosis prosunt; insuper adpetentiæ dejectæ, syncopi, cordis palpitationi, tussiculosis & asthmaticis auxiliantur.

SPECIES DE HYACINTHO.

℞. Hyacinthi præparati,
Corallii rubri,
Boli Armenæ,
Terræ sigill. Silesiacæ ana drachmam unam semis,
Granorum Chermes,
Rad. Tormentillæ,
Dictamni albi,
Sem. Citri mundati,
Acetosæ,
Portulacæ,
Croci,
Myrrhæ,
Rosarum rubrarum,
Sandalorum omnium,
Ossis de corde Cervi,
Cornu Cervi usti,
Rasuræ Eboris ana scrupulos quatuor,
Sapphiri,
Smaragdi,
Topazii,
Margaritarum,
Serici crudi tosti ana scrupulos duos,
Foliorum Auri numero viginti,
Argenti numero decem.
Fiat Pulvis;
qui completus redditur per
Ambræ veræ,
Moschi ana scrupulum unum,
Camphoræ grana quinque.

Opitulantur cardiacis & lipothymias ac syncopen patientibus; viribus exolutos restituunt, pestiferos morbos & malignas febres præcavent, eosdemque jam factos expellunt.

Si huic compositioni Syrupi è succo Limonum parati libra una permisceatur, fit CONFECTIO DE HYACINTHO liquida, frequenti apud nos usu commendata; quam & completam, & incompletam prostare volumus.

SPECIES IMPERATORIS.

℞. Cinnamomi optimi drachm. decem,
Zingiberis unciam unam,
Caryophyllorum unciam semis,
Galangæ,
Macis,
Nucis moschatæ ana drachmas duas.
Misce.
Completæ fiunt per
Moschi optimi scrupulum semis.

Species hæ induntur potissimùm Tragematibus, cor & ventriculum frigidum, humidum, ac flatulentum confortantibus; aut addito Saccharo in Morsellos aptantur, qui ad stomachi segniter cibum concoquentis vires augendas concinnantur.

SPECIES DIAIREOS SIMPLICES NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Ireos unciam semis,
Sacchari cantii albi,
Specierum Diatragacanthi frigidi ana drachmas duas.

Ad omnem in fauces destillationem, idque initio, nondum invalescente impetu, feliciter adhibentur.

SPECIES LIBERANTES INCERTI AUTORIS.

℞. Radicum Tormentillæ,
Sem. Acetosæ,
Endiviæ,
Coriandri,
Citri ana drachmam unam semis,
Sandalorum omnium,
Dictamni albi ana drachmam unam,
Boli Armen. præparatæ,
Terræ Lemniæ ana drachmas duas,
Margaritarum,
Corallii utriusque,
Succini albi,
Rasuræ Eboris,
Spodii ex Ebore, seu Eboris usti,
Ossis de corde Cervi,
Been utriusque,
Doronici,
Cardamomi,
Cinnamomi,
Macis,
Ligni Aloës,
Cassiæ ligneæ,
Croci,
Zedoariæ ana drachm. semis,
Sacchari cantii,
Penidii,
Serici crudi tosti pulverisati,
Smaragdi,
Hyacinthi,
Granati ana scrupulos duos,
Florum Nymphææ,
Buglossi,
Rosarum ana scrupulum unum.
Misc.
Completæ fiunt, additis
Camphoræ granis septem,
Moschi

Moſchi,
Ambræ ana granis tribus.

Harum uſus multiplex eſt in febribus malignis, ipſaque peſte: Cor namque à veneni labe tuentur, præterea ſudores movent.

SPECIES DIAMARGARITI FRIGIDI NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Seminum quatuor frigidorum majorum excorticatorum,
Portulacæ,
Papaveris albi,
Roſarum rubrarum,
Florum Nymphææ albæ,
Boraginis,
Baccarum Myrti,
Sandali albi,
citrini,
Ligni Aloës ana drachmam unam,
Corallii albi,
rubri ana drachmam ſemis,
Margaritarum Or. drachmas tres.

Omnem virium imbecillitatem firmant, ſyncopen juvant, & aſthmaticos, tabidos, tuſſientes, atque ex longo morbo languentes reficiunt.

SPECIES DIAMOSCHU DULCES MESUÆ.

℞. Croci,
Doronici,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis ana drachmas duas,
Margaritarum albarum,
Serici crudi toſti,
Charabe,
Coralliorum rubrorũ ana drachmas duas ſemis,
Sem. Ocimi caryophyllati,
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi ana drachmam unam ſemis,
Been albi,
rubri,
Folii,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum ana drachmam unam.
Miſc.
Completæ fiunt, immiſcendo Galiæ moſchatæ drachmam unam ſemis,
Moſchi ſcrupulos duos.

Commendantur ad cerebri affectus frigidos, ex. gr. vertiginem, epilepſiam, melancholiam; item cordis palpitationem, ac ſpirandi difficultatem; ſopitum calorem nativum recreant, cachexiam emendant; lienoſis, jecinoroſis, ac ſtomachicis ſucurrunt.

SPECIES DIARRHODON ABBATIS NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Sandali albi,
rubri ana drachmas duas ſemis,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Spodii ana ſcrupulos duos,
Succi Glycyrrhizæ,
Aſari,
Maſtiches,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Croci,

Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Rhabarbari electi,
Sem. Berberum,
Quatuor frigidorum majorum,
Anisi,
Fœniculi,
Basilici,
Papaveris albi,
Intybi,
Portulacæ,
Lactucæ ana scrup. unum,
Margaritarum,
Ossis de corde Cervi ana scrupulum semis,
Rosarum,
Sacchari cantii ana unciam unam, drachmas tres,
Misce.

Completæ fieri possunt per
Galiæ moschatæ scrupulum unum,
Camphoræ grana septem,
Moschi grana quatuor.

Hepaticis, ictericis, cardiacis, phthisicis, & cœliacis prosunt, defectionibus item animi è corde natis succurrunt, ventriculum humidum desiccant, ac cerebro robur addunt. Dantur salubriter iis, qui è morbis diuturnis ac febribus emergunt.

Non Abbatem aliquem, sed Ebn Abbasum, Persam, qui vulgo Haly Abbas vocatur, compositionis hujus authorem esse, Welschianæ notæ MSS. in Ol. Borrichii Ling. Pharm. monent.

SPECIES DIATRION SANDALON NICOLAI MYREPSI.

℞. Trium Sandalorum ana drachmas duas, scrupulos duos,
Rhabarbari,
Spodii ex Ebore,
Succi Glycyrrhizæ,
Semin. Portulacæ ana drachmas duas,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Sem. quatuor frigidorum majorum,
Intybi ana scrupul. quatuor,
Violarum unciam semis,
Rosarum quantum reliqua omnia pendent, id est, uncias tres, drachmas tres.
Misc.

Si Camphoræ scrupulus unus jungatur, completæ dicuntur.

Febrium biliosarum ardoribus, & viscerum fervoribus, hepaticis, cardiacis, ictericis, phthisicis auxiliantur, & intemperiem omnem calidam emendant. Præcipuus earum usus est in febrium declinationibus, materiâ jam evacuatâ, ad residuum calorem extinguendum, & viscerum tonum conservandum.

SPECIES DIATRAGACANTHI FRIGIDÆ NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Tragacanthi candidi uncias duas,
Gum̃i Arabici unciam unam, drachmas duas,
Amyli unciam semis,
Glycyrrhizæ,
Sem. quatuor frigidorũ majorum ana drachm. duas,
Papaveris albi drachmas tres.
Sacchari penidii uncias tres.
Misc.

Cam-

Camphora si cui arrideat, is scrupulum semis immisceat. Nos eam expunctam volumus.

Usus ejus frequens est in omnibus pectoris & pulmonum noxis à calida & sicca causa ortum trahentibus, pleuriticis, peripneumonicis, tabidis & macie confectis; linguæ itidem & faucium asperitati succurrit, ac siti immodicæ, quam pulmonum calor invexit, confert.

CONFECTIO AD VERMES.

℞. Seminis sancti unciam unam semis,
Farinæ Lupinorum unciam unam,
Dictamni albi,
Cretici ana unciam semis,
Cornu Cervi usti,
Scordii veri ana drachmam unam semis,
Croci drachm. semis, grana sex,
Sacchari albi aquâ Absinthii soluti quantum satis est.
Fiat Confectio, ut est artis.

Vermes & interaneorum animalia expellit & enecat, ac ea gigni prohibet, putredinemque humorum, in quibus hæc nascuntur, arcet ac emendat.

CONFECTIO ZINGIBERIS COCTI.

℞. Cinnamomi electi drachmas duas,
Nucis moschatæ drachmam unam,
Caryophyllorum scrup. duos,
Macis scrupulum unum.
Incidantur omnia crassè, addendo postea
Zingiberis tenuissimè pulverisati drachmas sex,
Sacchari aquâ Rosarum soluti uncias sedecim.
Fiat Confectio in Morsellis.

Frigidis ventriculi noxis succurrit, ejusque concoctionem languidam restaurat.

MANUS CHRISTI SIMPLEX, & CUM MARGARITIS, sive SACCHARUM PERLATUM.

℞. Sacchari albissimi libram unam,
Aquæ Rosarum quantum satis est pro Sacchari solutione.
Coquantur, ut est artis. Quod si Margaritas addere volueris, injiciatur sub finem
Margaritarum præparatarum uncia semis.
Fiant Rotulæ

Viribus dejectis, febribus ardentibus, & deliriis medetur.

Paratur etiam Manus Christi Perlata, adjectis sub finem coctionis guttulis aliquot Olei Cinnamomi, jucundissimum sanè ad omnem virium lapsum medicamen, si modo febris aut calor aliquis præternaturalis non subsit.

ROTULÆ DIAIREOS CUM EXTRACTO LIQUIRITIÆ.

℞. Specierum Diaireos simpl. drachmas duas,
Extracti Liquiritiæ drachmam unam,
Sacchari albi in aqua Violarum soluti uncias sedecim.
Fiant secundùm artem Rotulæ.

In tussi atque raucedine, & viribus & jucundo sapore se comendant.

MORSELLI IMPERATORIS.

℞. Pinearum mundatarum,
Pistaciorum decorticatorum,
Amygdalorum dulcium ana unciam semis,
Specierum Imperatoris parùm incisarum & contusarum drachmas tres,
Aromatici Rosati Gabrielis,
Cinnamomi incisi & contusi ana drachmam unam,
Conservæ Rosarum Damascenarum unciam semis,
Sacchari in aqua Rosarum dissoluti uncias octo.
Fiant Morselli.

Stomacho confortando inprimis sunt dicati.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞. Florum Rosarum rubrarum mundatarum drachmas duas.
Pulverisentur subtilissimè, & irrorentur Spiritûs Vitrioli guttis duodecim, præter tantillum aquæ rosarum pro intensiori colore rubro impetrando,
postea immisceantur
Sacchari albi in Aqua Rosarum dissoluti & ad debitam consistentiam cocti unciæ quatuor.
Fiat Confectio in Tabulis vel Morsellis.

TRAGEA GROSSA CUM TABULATIS.

℞. Confect. Sem. Anisi,
Fœniculi,
Coriandri,
Carvi ana drachmas sex,
Aquilegiæ,
Erucæ ana drachmas quinque,
Cubebar. drachmas tres,
Tabul. Aromat. Rosati drachmas sex,
Contra Apoplexiam drachmas quinque,
De Extracto Ligni Aloës unciam semis,
Ex Ol. Cinnamomi drachmas sex,
Caryophyllorum drach. tres,
Anisi,
Fœniculi ana drachmas duas semis,
Cort. Citri condit. siccorum unciam unam,
Nucis moschatæ Lusit. majoris condit. siccæ,
Specierum Imperatoris ana unciam semis.
Crassiusculè concisa misceantur.

TRAGEA AROMATICA USITATA.

℞. Cinnamomi acutissimi drachmas sex,
Nucis moschatæ drachmam unam,
Macis drachmam semis,
Galangæ,
Caryo-

Caryophyllorum ana drachmam unam ſemis,
Zingiberis albi ſcrupulos quatuor,
Seminis Coriandri drachmam ſemis,
Florum Roſarum rubrarum ſcrupulos duos,
Sacchari albi libras duas.
Miſce, fiat Tragea tenuis.

In ſtomacho roborando potiſſimùm uſurpatur.

SEMINA &c. USITATA SACCHARO OBDUCTA.

Semen Aniſi,
Aquilegiæ,
Carvi,
Coriandri,
Cumini,
Erucæ,
Fœniculi,
Santonici,
Cinnamomum,
Cubebæ,
Summitates Majoranæ.

CLASSIS DECIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

SPECIES AROMATICÆ CARYOPHYLLATÆ MESUÆ.

℞. Caryophyllorum drachmas ſeptem,
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ,
Sandali citrini,
Trochiſcorum Diarrhodon,
Cinnamomi,
Ligni Aloës,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi ana drachmam unam,
Roſarum rubrarum drachmas quatuor,
Glycyrrhizæ drachmas duas,
Folii Indici,
Cubebarum ana ſcrupulos duos.
Fiat Pulvis ſubtiliſſimus; cui, ſi completum quis deſideret, addantur:
Galiæ moſchatæ drachmæ duæ,
Ambræ griſ. drachma una,
Moſchi ſcrupulus ſemis.

Cor, ventriculum, & reliqua nutritioni dicata membra roborant: nauſeam & vomitum reprimunt, flatus diſſipant, putredinemque humorum in ventriculo arcent.

Notandum, Confectiones has Aromaticas, Ambram, & Moſchum, ac Galiam, vel etiam Camphoram recipientes, partim cum, partim ſine his odoratis, in uſum præcipue mulierum, quæ uterinis ſuffocationibus obnoxiæ ſunt, tum & aliorum, fragrantiam vel odorem ſimilium qui non ferunt, olim paratas, atque ita completas & incompletas proſtare apud nos debuiſſe; cùm tamen horum meliores & fragrantiſſimæ partes facilè exhalent, & ita Species minùs efficaces relinquant, ut in poſterum illæ, quarum uſus non adeo frequens eſſe ſolet, incompletæ tantùm pro uſu noſtro conficiantur, decrevimus; odoratorum iſtorum connubio, à Medico conſimiles præſcribente, rectiùs quovis tempore imperando.

Quod ſi quis ex his confectionem in forma ſolida parare voluerit, ad ſingulas drachmas Specierum, pro earundem conditione, (cùm aliæ plùs, aliæ minùs Sacchari exigant) Sacchari optimi unciam unam, vel drachmas decem, vel quantum Medico neceſſarium videbitur, adjiciat, paretque, ut artis eſt.

SPECIES DIANISU MESUÆ.

℞. Sem. Anisi uncias duas semis,
Glycyrrhizæ rasæ,
Masticbes ana unciam unam,
Sem. Carvi,
Fœniculi,
Galangæ,
Macis,
Zingiberis,
Cinnamomi ana drachmas quinque,
Trium Piperum,
Cassiæ ligneæ veræ,
Pyrethri,
Calaminthæ ana drachmas duas,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Spicæ Indicæ,
Croci ana drachmam unam semis.

Ventriculo frigido & humido succurrunt, ac cruditates à lenta pituita natas absumunt: flatus quoque crassos in ventre collectos dissipant, quin etiam pectus à tenacibus humoribus repurgant, ac ob id diuturnæ tussi medentur.

SPECIES DIANTHON NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Florum Rorismarini unciam unam,
Rosarum,
Violarum,
Glycyrrhizæ ana drachm. sex,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Nucis moschatæ,
Galangæ,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cardamomi,
Sem. Anethi,
Anisi ana scrupulos quatuor.

Præter rationem tristibus subveniunt; item cardiacis, animi defectionibus, & cordis syncopi auxilio sunt; prosunt etiam catarrho affectis, & in universum omni cordis ac corporis imbecillitati.

SPECIES DIACALAMINTHES MESUÆ.

℞. Calaminthæ aquaticæ, seu Menthastri campestris,
Seseleos Massiliensis,
Petroselini Macedonici,
Ligustici ana drachmas sex,
Zingiberis drachmas tres,
Sem. Apii,
Comarum Thymi ana drachmas duas,
Piperis nigri unciam unam semis.

Tenaces & viscidos humores attenuant, flatus crassos dissipant, indeque natum singultum solvunt; coctionem, & alimenti in corpus distributionem juvant, affectus ventris frigidos sanant, & urinam ac menses promovent.

Calamintha campestris Germanis dicitur wilde Feld, oder Kornmüntz.

SPECIES DIACALAMINTHES GALENI.

℞. Piperis uncias sex,
Cardamomi uncias duas,
Comarum Thymi,
Sem. Apii ana unciam semis,
Seseleos Massiliensis,
Pulegii montani,
Sem. Petroselini Macedonici,
Calaminthæ montanæ ana drachmas duas.

Famosum hoc Galeni Medicamentum describitur ab auctore lib. 4. de tuenda valetudine, quo is utebatur in ulceroso dolore, cùm crudorum succorum copia extra venas & in corporis habitum recepta erat: Utile est Medicamentum ad thoracis & stomachi vitia, tussim à frigido excitatam, ac præcordiorum & pectoris refrigerationem; senibus

bus & quartanariis confert, difficulter coquentes adjuvat, craſſos & lentos humores tenuat, flatus craſſos diſcutit, urinam ac menſes movet, qui præcipuè ex vaſorum à craſſis & lentis humoribus oborta obſtructione retinentur.

SPECIES DIACINNAMOMU MESUÆ.

℞. Cinnamomi tenuis drachmas quindecim,
Caſſiæ ligneæ,
Rad. Enulæ ana unciam ſemis,
Galangæ drachmas ſeptem,
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Zingiberis,
Cardamomi utriusque,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Ligni Aloës ana drachmas tres,
Croci drachmam unam,
Sacchari albi drachmas quinque.

Concoctionem juvant, pituitæ putredinem prohibent, ac alimenti in corpus diſtributionem promovent.

SPECIES CORDIALES ALEXANDRI BENEDICTI.

℞. Margaritarum,
Granatorum Orientalium,
Spodii de Ebore,
Cinnamomi,
Tormentillæ,
Boli Armen. ana drachm. tres,
Terræ Lemniæ ſcrupulos octo,
Sandalorum omnium,
Raſuræ Eboris,
Unicornu ana drachmas duas,
Hyacinthi,
Sapphiri,
Corallii utriusque,
Succini albi,
Valerianæ veræ,
Dictamni,
Zedoariæ,
Ligni Aloës ana drachmam unam,
Serici crudi toſti ſcrup. duos,
Oſſis de corde Cervi drachmam ſemis,
Been utriusque ana ſcrupulos duos,
Foliorum Auri num. quinque,
In pulverem redigantur, & miſceantur.
Completæ fiunt, ſi jungantur
Ambræ,
Moſchi ana grana decem.

Febribus peſtilentibus & malignis adverſantur, humores putreſcentes corrigunt, aut eos corrumpi prohibent: ſpiritus vitales plurimùm reficiunt, ac cordis vires tuentur.

Pro Unicornu duplum hîc pondus Cornu cervini uſti & præparati ex apicibus deſumpti, pro Oſſe verò de corde Cervi, ſicut in aliis quoque ejusmodi compoſitionibus, Margaritas præparatas ſubſtituere quondam conſuevimus; utrique tamen Cornu Cervi ſpagiricè præparatum ſubrogari poteſt.

SPECIES DIACUMINU NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Cumini priùs per diem naturalem in aceto infuſi, & rurſus exſiccati unciam unam, ſcrupulum unum,
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana drachmas tres, ſcrupulos duos,
Galangæ,
Saturejæ,
Calaminthæ,
Zingiberis,
Piperis nigri ana drachmam unam, ſcrupulos duos,
Ammeos,
Liguſtici ana drachmam unam, ſcrupulum unum, grana ſex,
Piperis longi drachmam unam,
Spicæ,
Nucis moſchatæ,
Cardamomi ana ſcrupulos duos ſemis.

Thoracis, præcordiorum, ventriculi & viſcerum imbecillitati à frigida cauſa natæ, atque oxyregmiæ opitulantur, inteſtinorum flatus

flatus dissipant, hypochondriorum distensionem à nimia cruditate & flatibus profectam auferunt, viscera calefaciunt; difficultati itidem spirandi, & tussi ex frigidis crassisque humoribus ortæ, auxilio sunt, & quartanis plurimùm prosunt.

Si quis Species has præparare voluerit, Cuminum absque infusione ista præparatum, sed in pulverem tantùm contritum ut sumat, præstabit; id quod etiam in Diospolitico Gal. notandum erit.

SPECIES DIACURCUMÆ MESUÆ, SEU SPECIES DIACROCU.

℞. Croci,
Asari,
Sem. Petroselini Macedonici,
Dauci,
Anisi,
Apii ana unciam semis,
Rhabarbari,
Mei,
Phu, seu Valerianæ majoris,
Spicæ Indicæ ana drachmas sex,
Scolòpendrii, seu Ceterach drachmas duas semis,
Costi,
Myrrhæ,
Cassiæ ligneæ,
Schœnanthi,
Carpobalsami,
Rubiæ,
Succi Absinthii,
Agerati,
Olei Caryophyllorum ana drachmas duas,
Calami Aromatici,
Cinnamomi ana drachmam unam semis,
Scordii veri,
Succi Glycyrrhizæ ana drachmas duas semis,
Tragacanthi drachmam unam.

Medicamentum hoc, quod nonnullis διὰ κρόκου, aliis διὰ ἐρυθροδάνου inscribitur, ventriculi, hepatis, & lienis morbis frigidis ac diuturnis subvenit. Usurpatur ad cachexiam, & hydropem: Obstructiones enim internas reserat, colorem corporis fœdum & totum ejus habitum frigidiorem corrigit, flatus crassos dissipat, humorumque corruptionem prohibet, renum quoque vitiis ab obstructione crassorum & viscidorum humorum natis opem fert, urinam prolicit, ac frigidis vesicæ affectibus medetur.

DIOSPOLITICON GALENI.

℞. Cumini aceto macerati & tosti,
Piperis longi, vel nigri,
Fol. Rutæ ana unciam unam,
Nitri unciam semis; vel æquale cum reliquis pondus, si movere ventrem velis.

Medicamentum hoc à Diospoli Ægypti oppido (vid. Conr. Gesneri lib. 2. Epist. med. pag. 60. quamvis non ipsi urbi, sed Diospolitæ cuidam Actuarius lib. 5. meth. med. cap. 6. & Nicolaus Myrepsus adtribuant.) denominationem sortitum, describitur à Galeno δ' ὑγιεινῶν ε. Flatus potenter dissipat, & ventriculo infarctam pituitam efficaciter detergit.

SPECIES ELECTUARII DUCIS EX NICOLAO.

℞. Sem. Anisi drachmas duas, grana sedecim,
Glycyrrhizæ,
Mastiches ana scrupulos duos, grana quinque,
Chamædryos,
Cinnamomi,
Zingiberis albi,
Galangæ,
Sem. Fœniculi,
Carvi ana scrup. unum, grana quindecim,
Cassiæ ligneæ,
Calaminthæ,
Pyrethri,
Piperis albi,
longi,
Cyperi rotundi,

Schœna thi,
Rad. Ireos,
Folii,
Asari,
Sem. Dauci,
Amomi ana scrup. unum,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Calami aromatici,
Cubebarum,
Caryophyllorum,
Carpobalsami,
Cardamomi,
Baccarum Juniperi,
Rad. Pentaphylli,
Acori,
Rhabarbari,
Nucis moschatæ,
Xylaloës,
Basilici caryophyllati,
Sem. Anethi,
Ligustici,
Petroselini Macedonici & nostratis,
Seseleos,
Asparagi,
Citri,
Ammeos,
Milii Solis,
Saxifragiæ, seu Pimpinellæ,
Scariolæ,
Quatuor frigidorum majorum,
Been utriusque,
Styracis calamitæ ana scrupulum semis, grana quinque,
Sacchari Penidii drachmas quatuor, scrupulos duos semis.

Cruditatem, inflationemque ventriculi & intestinorum corrigunt, colicos etiam, ac iliacos curant; præterea calculos expellunt, & urinam remorantem potenter promovent.

SPECIES DIAGALANGÆ MESUÆ.

℞. Galangæ,
Ligni Aloës ana drachm. sex,
Caryophyllorum,
Macis,
Ligustici ana drachmas duas,
Zingiberis,
Piperis longi,
albi,
Cinnamomi,
Calami aromatici ana drachmam unam semis,
Calaminthæ,
Cardamomi majoris,
Spicæ Indicæ,
Sem. Apii,
Anisi,
Fœniculi,
Carvi ana drachmam unam.

Ventriculi & jecoris intemperiem frigidam sanant, ob id coctionem juvant, ructus acidos compescunt, flatus crassos, atque ab eis natas inflationes dissipant, orisque halitum commendant.

SPECIES DE GEMMIS CALIDÆ MESUÆ.

℞. Trochiscorum Diarrhodon,
Ligni Aloës ana drachmas quinque,
Zedoariæ drachmas tres semis,
Margaritarum albarum,
Doronici,
Corticum Citri,
Macis,
Sem. Ocimi caryophyllati,
Ambræ veræ ana drachmas duas,
Corallii rubri,
Succini albi,
Rasuræ Eboris ana scrupulos quinque,
Sapphiri,
Hyacinthi,
Sardæ,
Granatorum,
Smaragdi,
Cinnamomi,
Galangæ ana drachmam unam semis,
Been utriusque,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Piperis longi,

Spicæ

Spicæ Indicæ,
Folii,
Croci,
Cardamomi majoris ana drachmam unam,
Foliorum Auri numero viginti,
Argenti numero decem,
Moschi drachmam semis.
Misc.

Ad frigidos affectus cerebri, cordis, ventriculi, hepatis, & uteri efficacissimum medicamentum, melancholicos, tristes, sine causa manifesta timidos juvat, & exhilarat, lipothymias, cordis tremorem & syncopen emendat, universi habitûs refrigerationem corrigit, imbecillitatem reficit, uteri præfocationes sanat.

SPECIES DIAHYSSOPU NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Hyssopi,
Ireos,
Thymi,
Piperis ana drachm. quindecim,
Pulegii,
Saturejæ,
Rutæ,
Cumini ana drachm. decem,
Dactylorum enucleatorum,
Tragacanthi,
Glycyrrhizæ,
Caricarum,
Passularum majorum enucleatarum,
Fœniculi ana drachmas quinque,
Zingiberis,
Sem. Anisi,
Carvi,
Ligustici ana drachmas duas semis.

Capitis vitiis frigidis conducunt, columellam à frigido humore prolapsam vel tumefactam exsiccant, arteriam asperam expurgant, omnia frigida thoracis & stomachi vitia emendant, & coctionem promovent.

SPECIES DIAIREOS SALOMONIS EX NICOLAO MYREPSO.

℞. Ireos unciam unam,
Pulegii,
Hyssopi,
Glycyrrhizæ ana drachmas sex,
Tragacanthi,
Amyli,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Piperis,
Amygdalorum amarorum,
Nucum Pinearum ana drachmas tres,
Caricarum,
Passularum majorum enucleatarum,
Dactylorum enucleatorum ana drachmas tres semis,
Styracis calamitæ drachmas duas, scrupulum unum.

Faucibus exasperatis, & columellæ fluxione tentatæ prosunt, dispnoicis item, arteriacis, & tussiculosis auxilio sunt, nec non frigidæ capitis intemperiei & destillationi in fauces irruenti conducunt, ac vocis jacturam frigore contractam resarciunt.

SPECIES DIAIREOS USITATÆ.

℞. Specierum Diatragacanthi frigidi unciam unam,
Radicum Ireos uncias duas,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana unciam semis.

Harum in destillationibus ad fauces ac asperam arteriam ruentibus usus est, guttur probè leniunt, expectorationem facilitant, nec non acres destillationes contemperant.

SPECIES ELECTUARII JUSTINI EX NICOLAO ALEXANDRINO.

℞. Cinnamomi,
Folii,

Costi

Costi,
Spicæ Indicæ,
Cassiæ ligneæ,
Aristolochiæ rotundæ,
longæ,
Enulæ,
Pentaphylli,
Hyssopi,
Pulegii,
Artemisiæ,
Piperis albi,
Baccarum Juniperi,
Lauri,
Sem. Orobi veræ,
Petroselini,
Levistici,
Petroselini Macedonici,
Urticæ,
Milii Solis,
Saxifragiæ,
Asparagi,
Sileris montani,
Apii,
Anethi,
Rutæ,
Citri,
Fœniculi,
Anisi ana drachmam unam & semis.

Ad dolorem renum minuendum haud incommodum medicamentum, calculos atterit, ac urinæ difficultati succurrit.

De Orobo mota inter doctos controversia Antecessores nostros permoverat, ut Dictamni albi, seu Fraxinellæ radices, prout etiam in Trochiscis Scillinis, eidem substituerint.

SPECIES DIALACCÆ MAJORES MESUÆ.

℞. Laccæ lotæ,
Rhabarbari ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Florum & stipitum Schœnanthi,
Mastiches,
Myrrhæ,
Costi,
Cinnamomi,
Croci,
Cassiæ ligneæ veræ,
Bdellii,
Hyssopi,
Sabinæ,
Amygdalorum amarorum excorticatorum,
Succi Absinthii,
Agerati,
Rad. Rubiæ tinctorum,
Aristolochiæ rotundæ veræ,
Gentianæ,
Sem. Ammeos,
Apii,
Fœniculi,
Anisi ana drachmam unam semis,
Piperis nigri,
Zingiberis ana drachmam unam.

Usurpantur ad ventriculi & jecoris frigidam intemperiem, hepatis obstructiones, inflationes & durities, aquæ intercuti medentur, menses cient, scirrhum dissolvunt, cachexiam depellunt, urinas promovent, renum ac vesicæ duritiem dissipant, & calculos atterunt.

SPECIES LÆTIFICANTES GALENI, EX NICOLAO ALEXANDRINO.

℞. Seminis Ocimi caryophyllati, aut florum ejusdem,
Croci,
Zedoariæ,
Xylobalsami,
Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Galangæ,
Macis,
Nucis moschatæ,
Styracis calamitæ ana drachmas duas semis,
Rasuræ Eboris,
Sem. Anisi,
Thymi Cretici,
Epithymi ana drachmam unam,
Cornu cervini,

Margaritarum ana drachmam semis,
Foliorum Auri numero quinquaginta,
Argenti numero viginti quinque.
Misce.

Completæ fiunt, addendo
Camphoræ,
Moschi ana drachmam dimidiam.

Hæc compositio, Galeno quidem falsò adscripta, sed magis ex Nicolai Antidotario excerpta, plurimùm valet ad cordis affectus ejusque palpitationem; ventriculi & hepatis intemperiem frigidam & humidam corrigit, coctionem adjuvat, & corporis malum habitum emendat, colori gratiam reddens, oris quoque odorem ac halitum gratum efficit, vires debiles instaurat, melancholiam sanat, ac involuntarios fletus compescit.

SPECIES LÆTIFICANTES. RHASIS.

℞. Melissæ,
Corticum Citri,
Caryophyllorum,
Mastiches,
Croci,
Cinnamomi,
Nucis moschatæ,
Cardamomi majoris,
Sem. Pæoniæ,
Been albi,
rubri,
Zedoariæ,
Doronici,
Sem. Ocimi caryophyllati ana unciam semis,
Foliorum Auri numero quinquaginta,
Argenti numero viginti quinque.
Misc.

Completæ fiunt, si addatur
Galiæ moschatæ uncia semis,
Moschi scrupulus unus.

Describuntur à Rhase 9. ad Almansorem cap. 13. de Melancholia. Plurimùm verò faciunt ad affectus cordis, ventriculi, & jecoris, quas partes etiam roborant: palpitationem cordis abigunt, exhilarant, infirmæ concoctioni opem adferunt, coloremque corporis vividum efficiunt.

SPECIES LITHONTRIPTICÆ NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Xylobalsami,
Acori,
Cinnamomi,
Rad. Peucedani,
Mei,
Trium Piperum,
Saxifragiæ ana drachmas duas semis,
Opobalsami, aut Olei Juniperi ex granis parati,
Caryophyllorum,
Costi,
Rhapontici,
Glycyrrhizæ,
Cyperi rotundi,
Tragacanthi,
Chamædyros,
Sem. Olusatri,
Apii,
Ammeos,
Asparagi,
Ocimi,
Urticæ,
Citri ana drachmam unam, grana quindecim,
Amomi,
Ligustici,
Milii Solis,
Petroselini Macedonici,
Seseleos,
Dauci Cretici,
Anethi,
Cardamomi,
Folii,
Croci,
Schœnanthi,
Cassiæ ligneæ,
Bdellii,
Mastiches,
Ireos,

Euphor-

Euphorbii præparati,
Lapidis Lyncis,
Olei Nardini compositi Mesuæ,
Moschelini ana scrupulum unum, grana quatuor.

Nephriticis, nec non stranguriæ, & dysuriæ succurrunt, iliorum, lumborum, & renum gravitates ac obstructiones à frigidis & crassis succis ortas expediunt, ac vesicæ & renum calculos expellunt.

SPECIES DIAMARGARITI CALIDI AVICENNÆ.

℞. Magaritarum Orientalium,
Pyrethri ana drachmam unam,
Zingiberis,
Masticheś ana drachmas quatuor,
Doronici,
Zedoariæ,
Sem. Apii,
Cardamomi utriusque,
Nucis moschatæ,
Macis,
Been utriusque,
Piperis nigri,
longi ana drachmas tres,
Cinnamomi drachmas quinque.

Medicamentum ad universi corporis refrigerationem perutile, cardiacos, animo deficientes, mulieres uterum ferentes, præfocationes uteri, cordisque syncopen patientes juvat, ventriculi & omnium virium imbecillitatem firmat.

SPECIES DIAPENIDION NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Sacchari Penidii uncias duas,
Nucum Pinearum,
Amygdalorum dulcium,
Seminis Papaveris albi ana drachmas tres, scrupulum unum,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Zingiberis,
Gummi Arabici,
Amyli candidissimi,
Sem. excorticat. quatuor frigid. major. ana drachmam unam semis.
Misc.

Completæ dicuntur, quibus junguntur Camphoræ grana septem.

Tussiculosis, pleuriticis, peripneumonicis conferunt, omnem thoracis noxam, faucium asperitatem, vocis raucedinem & jacturam ex frigido & sicco contractam emendant, tabidisque & purulenta rejicientibus opem ferunt.

SPECIES CONTRA PESTEM FERDINANDI IMPERATORIS.

℞. Boli Armenæ præparatæ unciam semis,
Cornu Cervi præparati,
Sem. Citri,
Aurantiorum,
Limonum ana drachmas tres,
Coriandri,
Perforatæ ana drachmam unam semis,
Anisi,
Perfoliatæ ana drachmam semis,
Dictamni albi,
Cinnamomi electi ana drachmas duas,
Caryophyllorum,
Rosarum rubrarum,
Rasuræ Eboris ana drachmam unam semis,
Xylaloës,
Nucis moschatæ,
Majoranæ,
Granorum Juniperi,
Ossis de corde Cervi,
Rad. Tormentillæ,
Scabiosæ,
Buglossi,
Sandalorum omnium ana drachmam semis,
Sapphiri,
Hyacynthi,

Smaragdi,
Rubini,
Granati præparati ana ſcrupulum unum.

Adverſus peſtilentis luis malignarumque febrium contagia remedium præſtans ac efficax, cordis vires tuetur & auget, venenique malitiam ſudoris provocatione disjicit.

SPECIES DIATRION PIPEREON GALENI.

℞. Trium Piperum ana drachmas ſex, grana quindecim,
Aniſi,
Thymi,
Zingiberis ana drachmam unam.

Deſcribitur hoc Medicamentum à Galeno 4. de tuenda valetudine: Commendat id autem in crudorum ſuccorum & flatuum copia à cruditate; dandum iis, qui malè concoquunt & ſuccum plurimum pituitoſum in primis venis coacervârunt; ſtomachi refrigerationes, ructus acidos, & jecinoroſos juvat, nec non inflationes diſcutit.

SPECIES DIATRION PIPEREON MESUÆ.

℞. Trium Piperum ana drachmas quinque,
Zingiberis,
Thymi,
Aniſi ana drachmas duas,
Spicæ Indicæ,
Amomi ana drachmam unam,
Caſſiæ ligneæ,
Radicum Aſari,
Enulæ,
Sem. Apii,
Seſeleos ana drachmam ſemis.

Ventriculi refrigerationibus, acido ructui, quartanariis, jecinoroſis, & inflationibus auxiliatur, ac fluxionibus, quæ à capite ad thoracem deſcendunt, conducunt.

SPECIES PLERES ARCHONTICON NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Ligni Aloës,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nucis moſchatæ,
Zingiberis,
Spodii,
Schœnanthi,
Cyperi,
Roſarum,
Violarum ana drachmam unam, grana quindecim,
Folii,
Glycyrrhizæ,
Maſtiches,
Styracis calamitæ,
Majoranæ,
Balſamitæ, ſeu Menthæ aquaticæ,
Ocimi,
Cardamomi,
Piperis longi,
Baccarum Myrti,
Corticum Citri ana ſcrupulos duos, grana quinque,
Margaritarum Orientalium,
Been albi,
rubri,
Corallii rubri,
Serici toſti ana ſcrupulum unum, grana duo ſemis,
Miſc.

Species hæ completæ dicuntur, ſi porrò ingrediantur eas
Moſchi grana ſeptem ſemis,
Camphoræ grana quinque.

Calori ſtomachi, cardiacis, cibum evomentibus, & pulmonariis prodeſſe, præterea eos, qui ex diuturno morbo extenuati ſunt, plurimamque indè imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborare Author ſcribit.

SPE-

SPECIES DIAPRASIU NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Prasii drachmas quinque semis,
Pinearum repurgatarum,
Amygdalorum dulcium,
Pistaciorum,
Carnium Dactylorum,
Caricarum pinguium,
Passularum majorum,
Tragacanthi ana drachmas tres semis,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Nucis moschatæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Glycyrrhizæ,
Rhapontici,
Anacardii,
Styracis calamitæ,
Galbani,
Terebinthinæ,
Masticheś,
Myrrhæ rubræ,
Rad. Ireos,
Aristolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Cort. radicis Capparis,
Piperis nigri,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Anethi,
Apii,
Petroselini Macedonici,
Saxifragiæ ana drachmas duas,
Hermodactylorum,
Origani,
Peucedani,
Schœnanthi,
Cardamomi,
Piperis albi,
Carvi,
Ligustici,
Vincetoxici ana drachmam unam semis, grana duo,
Balsamitæ,
Pulegii,
Dictamni Cretici,
Costi,
Pyrethri,
Thymbræ,
Sem. Basilici,
Pœoniæ,
Amomi,
Seseleos Cretici,
Orobi veræ,
Piperis longi ana drachmam unam, gr. duo,
Xylobalsami,
Cassiæ ligneæ,
Corallii rubri,
Rasuræ Eboris,
Carpobalsami,
Dauci Cretici ana drachmam semis,
Ossis de corde Cervi.
Misc.
Completæ fiunt per
Ambræ,
Moschi ana grana duodecim.

Conferunt tabidis, tussientibus, & iis, qui defluxionibus destillationibusque frigidis è capite obnoxii sunt, item hebetudini oculorum, & palati noxis, oris putredinibus, ac in universum omnibus affectibus frigidis tussim afferentibus opitulantur, calculos atterunt, ac iis, qui difficulter mingunt, commodè exhibentur, ventriculi quoque & hepatis dolorem, ventrisque inflationes & torsiones sedant, menses educunt, ac pallidum corporis colorem crebro usu vividum reddunt, insuper etiam paroxysmos quotidianarios, & quartanarios reprimunt.

SPECIES ROSATÆ NOVELLÆ EJUSDEM.

℞. Sacchari Rosati tabulati,
Rosarum,
Glycyrrhizæ ana unciam unam, scrupulos duos semis,
Cinnamomi drachmas duas, grana viginti duo,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,

Galangæ,
Nucis moſchatæ,
Zedoariæ,
Styracis calamitæ,
Cardamomi,
Sem. Apii ana grana viginti octo.

Ad ventriculi & cordis imbecillitatem efficaces ſunt, his præſertim, qui diuturno morbo conflictantur, uſu familiares; vomitum & nauſeas compeſcunt, cardiacis quoque & pulmonariis ſubveniunt; ventriculi vires reſtaurant, ac longa ægritudine extenuatos reficiunt.

SPECIES DIATHAMARON EJUSDEM.

℞. Antophyllorum,
Zingiberis ana drachmas quinque, grana triginta ſex,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Carnium Dactylorum ana drachmas quatuor, grana triginta ſex,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Coſti albi aromatici,
Pyrethri,
Corallii rubri,
Tragacanthi,
Rhapontici,
Spicæ Celticæ,
Anacardii,
Oſſium Dactylorum,
Carpobalſami,
Aniſi,
Baccarum Juniperi,
Trium Piperum ana drachmam unam, grana quadraginta octo,
Margaritarum ſcrupulos quatuor,
Blattæ Byzantiæ, i. e. Unguis odorati ſcrup. duos,
Fol. Auri centum viginti quinque,
Argenti ſeptuaginta quinque,
Oſſis de corde Cervi legitimi ſcrupulos duos ſemis,
Raſuræ Eboris grana viginti ſeptem.
Miſc.

Si completæ deſiderentur, addenda
Ambræ grana viginti ſeptem,
Moſchi grana tria.

Tabidis, tuſſientibus, ſtomachicis, difficulter ſpirantibus, & aſthmaticis proſunt, ac ad omnem corporis imbecillitatem levandam faciunt; renum præterea debilitati ſuccurrunt.

SPECIES DIATRAGACANTHI CALIDÆ EJUSDEM.

℞. Tragacanthi uncias duas,
Hyſſopi unciam ſemis,
Pinearum,
Amygdalorum utrorumque,
Sem. Lini ana drachmas tres,
Fœnugræci,
Cinnamomi ana drachmas duas,
Glycyrrhizæ raſæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Zingiberis ana drachmam unam.

Conferunt pectoris affectibus frigidis; ægrè tuſſientes, aſthmaticos, & ſuſpirioſos relevant.

SPECIES DIAXYLALOES MESUÆ.

℞. Ligni Aloës electi,
Roſarum ana unciam unam,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Cubebarum,
Cardamomi utriusque,
Cinnamomi,
Maſtiches,
Cyperi rotundi.
Schœnanthi,
Zedoariæ,
Been utriusque,
Folii,
Serici crudi toſti,

Margaritarum,
Corallii rubri.
Charabe,
Foliorum Citri,
Corticum Citri,
Ocymi caryophyllati,
Balſamitæ,
Menthæ ſiccæ,
Majoranæ,
Piperis longi,
Zingiberis ana unciam ſemis.
Miſc.
Completæ fiunt per
Galiæ moſchatæ unciam ſemis,
Ambra drachmam unam ſemis,
Moſchi ſcrupulum unum.

Ventriculi, cordis & jecinoris malis frigidis, animi defectioni, concoctionique auxiliantur, oris fœtorem abigunt, & ſpiritus plurimùm exhilarant.

SPECIES DIAZINGIBERIS EJUSDEM.

℞. Zingiberis,
Galangæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Nucis moſchatæ,
Cardamomi utriusque,
Piperis lòngi,
Macis,
Spicæ Indicæ,
Rhabarbari,
Roſarum rubrarum ana grana quindecim,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ,
Croci ana drachmam ſemis,
Piſtaciorum drachmas duas,
Pinearum mundatarum unciam ſemis.

Ventriculum frigidum roborant, & confirmant, nec non craſſos in eo flatus diſſolvunt.

PASTA REGIA, SEU PANIS MARTIUS.

℞. Amygdalorum dulcium contuſorum libram ſemis,
Sacchari tenuiſſimè pulveriſati libram unam.
Cum aqua Roſarum fiat Paſta.

PASTA REGIA COMPOSITA.

℞. Pinearum mundatarum,
Piſtaciorum præpar. ana uncias quatuor,
Sacchari albiſſimi uncias octo,
QuinqueLapidum pretioſorum ana ſcrupulos duos,
Corall. rub. præpar. drachmam unam ſemis,
Cinnamomi acuti drachmam unam.
Specierum de Gemmis frigid. drachmas duas,
Nucis moſchatæ drachmam ſemis,
Macis grana quinque,
Corticum Citri conditorum,
Conſervæ Boraginis ana unciam unam ſemis,
Margaritarum præparatarum drachmam unam ſemis,
Cum aqua Bugloſſi, inciſis craſſiusculè incidendis, Aromatibus reliquis contuſis, fiat Paſta Saccharo & Cinnamomo incruſtanda.

Plurimùm nutriunt ac roborant; iisdem, qui è diuturnis morbis emerſerunt, & macilenti commodè reficiuntur.

CONFECTIO POST PASTUM.

℞. Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Carvi,
Coriandri,
Zingiberis albi ana drachmam unam ſemis,
Calami aromatici,
Nucis moſchatæ ana drachmam unam,
Cinnamomi electi drachmas duas,
Sacchari albiſſimi libram unam ſemis.
Semina maneant integra, reliqua verò diligenter incidantur, & cum ſufficienti quantitate aquæ Roſarum fiant Morſelli, qui aromatiſentur
Moſchi Orientalis granis duobus.

Tardam infirmamque ventriculi coctionem promovet, & craſſos ejusdem flatus diſſipat, ructus quoque acidos compeſcit, & oris bali-

halitui gratiam conciliat. Ejus descriptio quondam à Collega nostro Dn. D. Martino Holzapfelio communicata huc accessit.

CONFECTIO PECTORALIS.

℞. Pulv. radicum Ireos Florentinæ drachm. tres,
Liquiritiæ drachmam unam,
Cinnamomi acuti drachmas duas,
Nucis moschatæ drachmam unam,
Caryophyllorum scrupulos duos,
Macis scrupulum unum,
Specierum Diaireos simplicis,
Diatragacanthi frigidi ana drachmas duas,
Pulveris Zingiberis albi drachmas tres,
Croci scrupulum semis,
Sacchari albi in aqua Farfaræ dissoluti uncias viginti.
Fiant secundùm artem Tabulæ aut Morselli.

Utile ad tussim ac pectoris vitia medicamentum exsistit; unde etiam Confectionis Pectoralis nomen, sive Brust-Zucker/ *obtinuit.*

PINEOLATUM ALBUM.

℞. Pinearum mundatarum libram unam,
Sacchari albissimi in Succo Limonum dissoluti, & albuminibus ovorum clarificati tantundem.
Fiat, ut artis est.

PINEOLATUM VIRIDE.

℞. Pistaciorum præparatorum unciam unam,
Nucleorum Pineorum mundatorum uncias duas,
Cinnamomi acuti unciam semis,
Zingiberis drachmam unam,
Caryophyllorum,
Nucis moschatæ ana drachmam semis,
Macis scrupulos duos,
Sacchari albi in succo Betonicæ dissoluti libram unam,
Fiat secundùm artem.

PINEOLATUM VULGARE.

℞. Sacchari clarificati ad justam consistentiam cocti libram unam.
Cui ab igne remoto immisceantur
Nucum Pinearum unciæ quatuor;
& in Morsellos redigantur.

Pineolata hæc usui sunt tabidis, consumtis, extenuatis, & corporis refectionem exigentibus: Plurimùm enim roborant, ac nutriunt.

SPECIES INCISÆ SACCHARO OBDUCTÆ.

℞. Cinnamomi elect. drachm. sex,
Zingiberis drachmas quinque, scrupulum unum,
Calami aromatici unciam semis,
Macis,
Nucis moschatæ ana drachmas duas, scrupulos duos,
Galangæ,
Caryophyllorum ana drachmas duas,
Cubebarum scrupulos quatuor,
Sem. Anisi uncias quatuor,
Carvi,
Fœniculi,
Coriandri ana uncias duas.
Conficiantur omnia cum Saccharo, ut est artis.

Stomacho confortando inprimis utiles sunt.

SPECIES INCISÆ, SIVE TRAGEA GROSSA, UT VOCANT.

℞. Confect. Sem. Anisi libram unam,
Fœniculi,
Carvi,
Coriandri,
Zingib. albi ana uncias octo,
Cinnamomi electi uncias duas,
Calami aromatici unciam unam,
Nucis moschatæ unciam semis,
Concidantur crasso modo, & misceantur.

Usus earum est præcipuus manè ad cerebrum & ventriculum roborandum, aut etiam post cibum ad ventriculi flatus dissipandos, & oris halitum commendandum.



CLASSIS UNDECIMÆ, TROCHISCOS EXHIBENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

AGARICUM TROCHISCATUM MESUÆ.

℞. Agarici electi uncias quatuor,
Vini Cretici aut Malvatici, in quo drachma una Zingiberis infusa fuerit, quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

Pituitam crassam bile permixtam expurgat, ac viscerum obstructiones tollit.

Agaricum selectissimum per incerniculum transmissum cum justa quantitate Infusi Zingiberini in mortario lapideo in pastillos cogatur, qui aëre libero in umbra siccentur, ut evadant candidi, cùm alioquin facilè nigrescant.

Welschius non quodvis anni tempus, sed brumale tantùm præparationi huic commodum, & quò frigidius, eò commodius esse; infusum etiam Zingiberinum Trochiscis colorem nigricantem conciliare, ejusque vim aromaticam, si non omnem, saltem maximam ejus partem per subsequentem exsiccationem perire, ideoque vini spiritum ipsi substituendum esse animadvertit. *Quamvis autem unici candidi coloris causa Zingiber omittere haud conveniat, cum non color, sed virtus medicamenti requiratur, & trochisci hi insuper non ita per se soli, sed vel cum aliis mixti, vel in liquore aliquo extracti in usum veniant, quo ipso color ille candidus non potest non immutari, revera tamen nec à tantillo illo, quod ab aromate hoc Agarico accedit, colorem album magnopere mutari, nec calido etiam tempore, si massa bene pistetur, omnem candorem exuere trochiscos hosce, experimur. Et licet exsiccatione aliqua Zingiberis particulæ subtiles exhalent, aromaticorum tamen adhuc multas superesse, vel sapor acris abunde evincit. Cæterum spiritus vini usum pro hisce trochiscis parandis etiam Phil. Guibertus medic. officios. p. 105. 214. commendat.*

TROCHISCI ALHANDALI.

℞. Tragacanthi,
Gummi Arabici,

Bdellii ana drachmas duas.
Macerentur in aqua Rofacea, donec liquefcant, & cum majori parte hujus mucilaginis Pulpæ Colocynthidis à feminibus mundatæ, ac minutim incifæ unciæ decem imbuantur, ficcentur, pulverifentur, & tandem cum reliqua mucilagine formentur Trochifci.

Pituitam, & humores alios craffos ac glutinofos è profundis, utpote cerebro, nervis, mufculis, juncturis, pulmonibus, ac thorace evacuant; quo nomine in cephalalgia, hemicrania, apoplexia, vertigine, afthmate, diuturna tuffi, difpnœa, thoracis anguftia, ifchiade, morbisque articularibus frigidis ufurpantur; exhibentur in dolore colico flatulento ad vitream & vifcidam pituitam ex inteftinis deturbandam.

Correctionem, quam ex Mefuæ præcepto, cum amygdalorum dulcium oleo inftituere olim confueverunt, cùm facilè carere eâ poffimus, confultò omifimus.

TROCHISCI ALKERMES.

℞. Confectionis Alkermes completæ unciam unam femis,
Laccæ Florentinæ fcrupulos quatuor,
Ambræ,
Mofchi ana fcrupulum femis,
Sacchari albi uncias fedecim,
Mucilaginis Tragacanthi cum aqua Rofarum factæ quantum fatis.
Fiant Trochifci.

Viribus cum ipfo Electuario five Confectione conveniunt.

Eosdem etiam fine Mofcho & Ambra paratos in ufu habemus.

TROCHISCI BECHICI ALBI.

℞. Sacchari albiffimi libram unam uncias octo,
Ireos unciam unam femis,
Amyli uncias duas femis,
Mucilaginis Tragacanthi albiffimi cum aqua Rofarum factæ quantum fatis.
Formentur Trochifci parvi.

Faucium afperitati profunt, ac tuffientibus & difficulter fpirantibus opem ferunt.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞. Succi Liquiritiæ infpiffati uncias octo,
Sacchari libras duas.
Cum mucilagine Tragacanthi fiant Trochifci, in mortario calido maffam mifcendo.

Tuffi ficcæ à materia acri & calida profectæ conferunt, guttur ac fauces leniunt, difficilesque exfcreationes promovent.

Pulveris liquiritiæ unciam unam, olim huic compofitioni deftinatam, fi quis addere voluerit, per nos liceat, quamvis hac ratione Trochifcorum colorem nigrum, à multis vulgò expetitum, immutari contingat.

TROCHISCI BECHICI RUBRI.

℞. Specierum Trochifcos Bechicos albos conftituentium uncias duas,

Boli

Boli Armenæ præparatæ drachmas duas & ſcrupulos duos.
Cum infuſo Tragacanthi facto in aqua Roſarum fiant Trochiſci.

Catarrhos tenues intercipiunt, leniter enim adſtringunt & ſiccant, ac ſputum ſanguinis inhibent.

TROCHISCI DE CHARABE MESUÆ.

℞. Charabe drachmas ſex,
Cornu Cervi uſti,
Gummi Arabici,
Corallii rubri,
Tragacanthi,
Succi Acaciæ,
Hypociſtidis,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ,
Papaveris nigri ana drachmas duas,
Thuris,
Croci,
Opii ana drachmam unam, grana quindecim,
Mucilaginis Pſyllii quantum ſatis eſt.
Formentur Trochiſci.

Sanguinem exſcreantibus, tabidis, purulenta exſpuentibus, cœliacis & dyſentericis auxiliantur, ſanguinem undecunque emanantem ſupprimunt.

TROCHISCI PECTORALES CUM AMBRA.

℞. Specierum Diaireos ſimplic. ſcrupulos octo,
Diambræ completæ,
Pulveris Radicis Ireos Florentinæ ana ſcrup. quatuor,
Amyli unciam ſemis,
Trochiſcorum Galiæ moſchatæ ſcrupulos quatuor, grana octo,
Ambræ griſeæ veræ ſcrupulum unum, grana octo,
Sacchari albiſſimi libram unam,
Mucilaginis Tragacanthi cum aqua Roſarum factæ quantum ſatis.
Fiant Trochiſci.

In catarrho & defluxionibus è capite variis, ad aſperam arteriam & cavitatem pectoris inprimis utiles ſunt, lentorem catarrhi incidunt, & expectorationi humoris conducunt.

TROCHISCI DE SPODIO CUM SEMINE ACETOSÆ MESUÆ.

℞. Roſarum rubrarum unciam unam ſemis,
Spodii drachmas decem,
Sem. Acetoſæ drachmas ſex,
Portulacæ,
Coriandri,
Sumach ana drachmas duas ſemis,
Amyli,
Balauſtiorum,
Berberum ana drachm. duas,
Gummi Arabici drachmam unam ſemis,
Omphacii quantum ſatis.
Fiant Trochiſci.

In febribus bilioſis cum alvi fluore præſtantes ſunt, inflamationem ventriculi & hepatis, ac ſitim continuam ſedant.

CLASSIS UNDECIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

TROCHISCI DE ABSINTHIO MESUÆ.

℞. Rosarum,
Absinthii Pontici,
Anisi ana drachmas duas,
Rhabarbari,
Succi Eupatorii Mesuæ,
Asari,
Seminis Apii,
Amygdalorum amarorum,
Spicæ Indicæ,
Masticheſ,
Folii ana drachmam unam,
Succi Endiviæ quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

In diuturnis febribus proficui, obstructiones ventriculi, hepatis, & dolores eorundem levant, partes naturales omnes roborant, dejectamque adpetentiam suscitant.

TROCHISCI DE AGARICO MESUÆ.

℞. Agarici electi uncias tres,
Salis Gemmæ unciam unam,
Syrupi Acetosi simplicis quantum sufficit.
Formentur Trochisci, qui reponantur in loco calido & sicco.

Agaricum præterquam quòd pituitam crassam & bilem utramque purgare Mesuæ dicatur, ad plurimos etiam morbos à Veteribus commendabatur; & cum ad omnes corporis partes conformitatem habere Arabi huic videretur, à Democrito Medicinam familiæ vel familiarem dictam fuisse arbitratur; quo de etymo judicium Guern. Rolfincii lib. de purg. veget. pag. 12. legi potest.

Hi sunt communes illi Trochisci de Agarico: Solennior tamen & magis correcta eorum componendorum ratio pluribus videtur ea, quæ sequitur:

℞. Agarici albi & levis uncias tres,
Salis Gemmæ unciam semis,
Zingiberis drachmas tres,
Oxymelitis simplicis quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

Antiquorum mos in corrigendo Agarico hic erat, ut ei Salem gemmeum tres potissimum ob causas adderent, quarum prima, exigui tamen ponderis est, ut is jam dictum Agaricum ob levitatem suam os ventriculi alioquin petiturum, ac vomitum vel stomachi subversionem citaturum, ad ventriculi fundum deprimeret. Deinde verò, ut, cùm Agaricum tarde ac segniter purget, Sal gemmeus magis irritet, stimulet, atque excretionem promoveat. Tandem quoque ut abstergat & mundificet, unde Priscos omnibus ferè Medicamentis purgantibus Salem indidisse notavimus. Oxymeli porrò adjiciebant, ne Agaricum intestinis adhæreret, sed protinus abstergeretur, cùm aliàs vitium hoc ei peculiare exsistat, unde Avicenna eundem Colicis non exibendum esse docet, ne levitate suâ intestinis adhærens novos dolores procreet. Insuper etiam Oxymeli crassos ac lentos humores incidit, prout & Zingiber, quod tenacem pituitam liquat attenuatque, & Agarici infirmam vim ad longinquiores partes deducit, cùm interim calore suo aromatico easdem confortet: quo de Dnn. Antecessorum nostrorum commento, ad temporis istius genium scripto, liberum cuilibet suum maneat judicium; nos licet benignè illud interpretandum esse persuasi simus, inter obsoleta tamen medicamenta Trochiscos hos jamdudum fuisse repositos, sufficiat.

TRO-

TROCHISCI DE AGNO CASTO RHASIS.

℞. Sem. Agni caſti drachmas quinque,
Endiviæ,
Portulacæ ana drachmas duas ſemis,
Cort. Tamariſci drachmas quinque.
Formentur Trochiſci cum decocto Scolopendrii.

Profluvio ſeminis vel gonorrhœæ, morbis itidem ſplenis medentur.

TROCHISCI DE ALKEKENGI, SEU DE HALICACABO MESUÆ.

℞. Fructuum Halicacabi drachmas tres,
Sem. Citrulli,
Anguriæ,
Cucurbitæ ana drachmas tres ſemis,
Boli Armenæ,
Gummi Arabici,
Thuris maſculi,
Sanguinis Draconis,
Amygdalorum amarorum,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Amyli,
Pinearum mundatarum,
Sem. Papaveris albi ana drachmas ſex,
Apii,
Hyoſcyami,
Charabe ſeu Succini albi,
Terræ ſigillatæ,
Opii ana drachmas duas.

Cum Succo Halicacabi, vel cum aqua Roſacea, in qua ejusdem fructus ſicci fuerint macerati, fiant Trochiſci.

Dicuntur etiam Diaphyſſalidon, & de Veſicaria. In fiſtula urinaria, veſica, renibus & ureteribus exulceratis feliciter exhibentur, dum ulcera detergunt, glutinant & cicatrice tegunt, lotii acrimoniam mitigant, indeque urinæ tarditatem & dyſenteriam natam tollunt.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Ladani puriſſimi uncias tres,
Styracis calamitæ uncias duas ſemis,
Ligni Aloës veri drachmas duas,
Ambræ drachmam unam,
Camphoræ drachmam ſemis,
Moſchi ſcrupulum ſemis,
Aquæ Roſarum quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

Conferunt hi Trochiſci infantibus ac puerulis aſthmaticis & pectoris anguſtiâ vel anhelitûs difficultate preſſis, ventriculum eorum laxum ac imbecillum roborant, unde lactis à nutrice præbiti evomitiones compeſcunt; nec non ad pretioſos ſuffitus expetuntur.

Parandi modus hic eſt, ut Ladanum & Styrax, in calido mortario, piſtillo calido, validè contuſa commiſceantur, & emolliantur, deinde Lignum Aloës in tenuem pollinem tritum inſpergatur, & denique Camphora, Ambra & Moſchus in ſufficiente quantitate Aquæ Roſaceæ odoratiſſimæ ſoluta addantur, & omnia in paſtam cogantur, quæ in paſtillos aut orbiculos efformari queat.

TROCHISCI DE ANISO MESUÆ.

℞. Aniſi,
Succi Eupatorii Meſuæ inſpiſſati ana drachmas duas,
Sem. Anethi,
Spicæ Indicæ,
Maſtiches,
Folii,
Foliorum Abſinthii,
Radicum Aſari,
Apii,
Amygdalorum amarorum ana drachm. ſemis,
Aloës drachmas duas,
Succi Abſinthii quantum ſufficit.
Fiant Trochiſci.

Obſtructiones hepatis reſerant, flatus diſcutiunt, ſtomacho auxiliantur, atque chronicos frigidos morbos, febresque diuturnas ſanant.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞. Succi Glycyrrhizæ inſpiſſati uncias quatuor,
Styracis calamitæ unciam unam ſemis,
Sacchari cantii uncias duas ſemis,
Specierum Diaireos Salom.
Lohoch ſani ana unciam ſemis,
Sacchari Penidii libram ſemis,
Albiſſimi libras duas, uncias tres.
Mucilaginis Tragacanthi cum aqua Hyſſopi factæ quantum ſatis.
Fiant Trochiſci.

Viribus cum Trochiſcis Bechicis nigris, ſuperiùs deſcriptis conveniunt.

TROCHISCI DE BENZOE.

℞. Benzoini uncias ſex,
Ligni Aloës optimi uncias octo,
Styracis calamitæ uncias tres,
Moſchi drachmam ſemis,
Ireos uncias duas,
Sacchari cantii libras tres.
Pulveriſatis omnibus, fiant Trochiſci cum aqua Roſarum.

Caput & pectus roborant & ſiccant, nec non ad ſuffitus ac odoramenta expetuntur.

TROCHISCI DE BERBERIBUS MESUÆ.

℞. Berberum drachmas duas,
Spodii,
Ligni Aloës,
Seminis Acetoſæ,
Maſtiches,
Galiæ moſchatæ,
Nardi Indicæ ana drachmam unam,
Gummi Arabici drachmas tres,
Roſarum rubrarum drachmas quinque,
Aquæ Roſarum quantum ſufficit,
Fiant Trochiſci.

Ingrediuntur Elect. Roſatum Meſuæ, in eumque uſum potiſſimùm parantur; licet uſurpari etiam poſſint ad intemperiem calidam, febrium ardores, linguæ ariditatem, & ſitim ſedandam.

TROCHISCI DE CAMPHORA MESUÆ.

℞. Roſarum rubrarum drachmas quatuor,
Sacchari albi,
Mannæ ana drachmas tres,
Sandali citrini drachmas duas ſemis,
Glycyrrhizæ,
Spodii ana drachmas duas,
Sem. quatuor frigid. major.
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Nardi Indicæ,
Croci ana drachmam unam,
Ligni Aloës,
Cardamomi majoris,
Amyli,
Camphoræ ana ſcrup. duos,
Cum mucilagine Sem, Pſyllii, extractâ cum aqua Roſacea, formentur Trochiſci.

Ad febres ardentes, bilis & ſanguinis fervorem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam & ab his ſitim intenſam, icterum quoque, phthiſin, & becticam utiliter adhibentur.

TROCHISCI DE CAPPARIBUS MESUÆ.

℞. Cort. radicum Capparum,
Sem. Agni caſti ana drachmas ſex,
Nigellæ,
Naſturtii,
Calaminthæ,
Succi Eupatorii Meſuæ,
Acori,
Amygdalorum amarorum,
Foliorum Rutæ,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ,
Ammoniaci ana drachmas duas,
Cyperi rotundi,
Scolopendrii veri, ſeu Ceterach ana drachmam unam.

Trita,

Trita omnia cum Ammoniaco in Aceto dissoluto formentur in Trochiscos.

Commendantur ad lienis & hepatis obstructiones à crassa & melancholica materia profectas; humores enim attenuant, natamque indè viscerum duritiem emolliunt, ac flatus hypochondriacos, cæterarumque partium solvunt.

TROCHISCI DE CORALLIO NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Corallii rubri,
Cinnamomi,
Myrrhæ,
Amomi,
Sem. Papaveris ana unciam semis,
Schœnanthi,
Croci ana drachmas duas,
Calami aromatici,
Xylobalsami,
Cassiæ ligneæ,
Folii,
Mastiches,
Foliorum Polii montani,
Pedis columbini,
Radic. Phu,
Asari ana drachmam unam,
Mucilaginis Tragacanthi quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

Sanguinolenta exscreantibus, dysentericis, cœliacis, & cibum fastidientibus subveniunt.

Pes Columbinus est altera Geranii Species habens Malvæ folia. Vide Foësium fol. 210.

TROCHISCI DIACORALLIU GALENI.

℞. Corallii rubri,
Terræ Samiæ, aut Boli Armenæ ana unciam unam,
Lemniæ,
Balaustiorum,
Amyli ana unciam semis,
Hypocistidis,
Sem. Hyoscyami,
Opii ana drachmas duas,
Succi Plantaginis quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

Iisdem affectibus tollendis, quibus præcedentes succurrunt.

TROCHISCI DE CROCO NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Croci drachmas tres,
Rosarum rubrarum,
Ammeos,
Myrrhæ ana drachmam unam semis,
Ligni Aloës scrupulos duos,
Cum mucilagine Tragacanthi aquâ Rosaceâ facta fiant Trochisci.

Lienis & hepatis obstructiones aperiunt, flatus dissipant, humorum putredinem arcent, ac cordi vires addunt.

CROCOMAGMA DAMOCRATIS EX GALENO.

℞. Croci drachmas viginti quinque,
Myrrhæ,
Rosarum ana drachmas duodecim semis,
Amyli,
Gummi Arabici ana drachmas septem semis,
Vini Chii quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

De usu in capitis dolore in febre vid. apud Galenum lib. 2. comp. med. sec. loc. cap. 1.

TROCHISCI CYPHEOS DAMOCRATIS EX GALENO.

℞. Uvarum Passarum majorum, seu Cybebarum,
Terebinthinæ coctæ ana uncias tres,
Myrrhæ,

Schœ-

Schœnanthi ana unciam unam ſemis,
Calami aromatici drachmas novem,
Cinnamomi drachmas quatuor,
Bdellii electi,
Spicæ Indicæ,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Cyperi,
Baccarum Juniperi ana drachmas tres,
Aſpalathi drachmas duas ſemis,
Croci drachmam unam,
Mellis quantum ſufficit,
Vini Cretici modicum.

Bdellium, Myrrha, & Terebinthina cocta in Vino diſſoluta redigantur ad craſſitiem Mellis, & carni Paſſularum ex Melle diu tritæ miſceantur: deinde reliqua in tenuiſſimum pulverem redacta adjiciantur, ac ſimul agitando commiſceantur, formenturque Trochiſci, qui in umbra ſiccentur.

Deſcribuntur à Galeno 2. de Antidotis cap. 2. in Mithridatio Damocritis, cujus compoſitionem ingrediuntur. Quamquam per ſe quoque commodè iis dentur, qui jecur, aut aliud aliquod viſcus exulceratum habent.

Trochiſcos hos inter obſoletos repoſuimus, ut & qui Hedrychoi dicuntur, poſtea deſcribendi; cùm nobis pro aliis uſibus haud inſerviant, quàm ut Theriacæ ac Mithridatii compoſitionem ingrediantur; quibus tamen ſpecies pro iis requiſitas commodiùs ſubſtituimus, & etiam ſubſtituere hactenus conſuevimus.

TROCHISCI DE EUPATORIO MESUÆ.

℞. Mannæ,
Succi Eupatorii ana unciam unam,
Roſarum unciam ſemis,
Spodii ex Ebore drachmas tres ſemis,
Spicæ Indicæ drachmas tres,,
Rhabarbari,
Aſari,
Aniſi ana drachmas duas ſemis,
Cum aqua Cuſcutæ fiant Trochiſci, qui in umbra ſiccati reponantur.

Efficaces ſunt ad omnem lienis & hepatis obſtructionem, tumoremque præter naturam; febres antiquas, earumque rigorem ſanant, morbo regio & hydropi incipienti ſuccurrunt, ſtomachicos juvant, & corporis flatus diſcutiunt.

TROCHISCI DE GALIA MOSCHATA MESUÆ.

℞. Ligni Aloës drachmas quinque,
Ambræ drachmas tres,
Moſchi drachmam unam,
Mucilaginis Tragacanthi extractæ cum aqua Roſarum quantum ſufficit.

Cerebrum, cor, ventriculum, & reliqua viſcera roborant, vomitum reprimunt, pectoris anguſtias & reſpirationis difficultatem juvant, oris halitum commendant, & ad varias compoſitiones expetuntur, ſuffitu ac vaporatione gratiſſimi.

TROCHISCI GORDONII.

℞. Sem. quatuor frigid. major. mundat.
Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Baccarum Myrtillorum,
Tragacanthi,
Gummi Arabici,
Pinearum mundatarum,
Piſtaciorum,
Liquiritiæ mundæ,
Hordei mundi,
Mucilaginis Pſyllii,
Amygdalorum dulcium ana unciam unam,
Boli Armenæ,
Sanguinis Draconis,
Spodii,
Roſarum,
Myrrhæ ana unciam ſemis,
Sacchari cantii uncias duas.
Cum Hydromelite fiant Trochiſchi.

Deſcribuntur à Gordonio de Paſſionibus renum, partic. 6. cap. 10. Quorum exulcerationes ſanant, ſanguinis mictum inhibent, diabeti & gonorrhœæ conferunt, ac ſtranguriam levant. Propinantur, ſi abſterſio expetitur ex Hydromelite, aut decocto Liquiritiæ vel Hordei; ſin verò conſolidandi intentio prævalet, ex lacte aut aqua chalybeata cum Syrupo vel Succo Plantaginis; ac ſi exul-

exulceratio in vesica exstiterit, lacte distemperati per syringam injiciuntur. Aliam descriptionem similium Trochiscorum ponit idem præfatus auctor eodem loco cap. 11. quæ Ambram, Succinum, Spicam, Schœnanthum, & alia recipit; verùm hæc, quam adposuimus, usitatior existit.

TROCHISCI HEDYCHROI ANDROMACHI EX GALENO.

℞. Mari,
Radicum Asari,
Amaraci,
Aspalathi ana drachmas duas,
Schœnanthi,
Calami odorati,
Phu Pontici,
Xylobalsami,
Opobalsami,
Cinnamomi,
Costi ana drachmas tres,
Myrrhæ,
Folii,
Nardi Indicæ,
Croci,
Cassiæ ligneæ ana drachmas sex,
Amomi drachm. duodecim,
Mastiches drachmam unam,
Vini Falerni quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

Describuntur à Galeno 1. de Antidotis c. 10. ad Theriaces compositionem expetiti. In his cùm quædam requirantur interdum Succedanea, pro Maro, si defuerit (quod tamen ad nos jam deferri cœpit) Dictamni Cretici folia, pro Aspalatho Sandalum citrinum, pro Opobalsamo Oleum Caryophyllorum, pro Costo Angelicam, pro Amomo Citri semina, ac denique pro Falerno Creticum vinum adsumere consueverunt.

TROCHISCI DIAION SEU DE VIOLIS NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Flor. Violarum purpurearum recentium drachmas quinque,
Amyli drachmas tres,
Sem. Papaveris albi drachmas duas semis,
Rhabarbari scrupulos quinque,
Sem. Plantaginis drachmam unam,
Opobalsami vel Olei Caryophyllorum scrupulum unum.
Trita subigantur, & cum aqua Rosarum formentur Trochisci.

Thoracis angustias levant, guttur leniunt, ac alvum emolliunt.

TROCHISCI DE LACCA MESUÆ.

℞. Laccæ mundatæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Eupatorii,
Absinthii,
Berberum,
Rhabarbari,
Aristolochiæ longæ,
Costi,
Asari,
Amygdalorum amarorum,
Rubiæ,
Anisi,
Apii,
Schœnanthi ana drachmam unam.
Cum decocto Aristolochiæ & Schœnanthi, vel Succo Eupatorii, aut Absinthii fiant Trochisci.

Jecinorosos, lienosos, & hydropicos adjuvant, febresque ex viscerum obstructione natas propulsant, ac urinas potenter movent.

TROCHISCI DE MYRRHA RHASIS.

℞. Myrrhæ drachmas tres,
Lupinorum drachmas quinque,
Foliorum Rutæ,
Mentastri,
Pulegii cervini,
Cumini,
Rubiæ,
Asæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis ana drachmas duas.
Dissolvantur Gummia in aceto Scillino, & cum Succo Artemisiæ fingantur Trochisci.

Describuntur à Rhase 9. ad Almansorem, utiles in menstruæ purgationis retentione, quæ ex crassorum & frigidorum humorum

morum copia aut sanguine concreto ortum duxit: attenuant, incidunt, & infarctos meatus aperiunt, fœtum mortuum, & præcipuè secundinam tardantem expellunt.

Pro Pulegio cervino quidam vulgare capiunt: Ejus enim maxima vis est in ciendis menstruis.

TROCHISCI RAMICH MESUÆ.

℞. Succi Acetosæ uncias sedecim,
Rosarum rubrarum unciam unam,
Baccarum Myrti uncias duas.
Semel fervefiant & colentur, adde colato Gallarum recentium adcuratè tritarum uncias tres:
Coquantur iterum aliquantulùm, deinde inspergatur sequentium Specierum minutissimus & optimè commixtus pulvis:

℞. Rosarum unciam unam,
Sandali citrini drachm. decem,
Gummi Arabici unciam unam semis,
Sumach,
Spodii ana unciam unam,
Omphacii drachmas septem,
Granorum Myrti uncias quatuor,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moschatæ ana drachmas quatuor.
Misce omnia, & extende in scutella lapidea, usque dum siccentur. Exsiccata rursus in tenuissimum pulverem terantur, & formentur Trochisci parvi cum Camphoræ aureo seu denario uno, hoc est, drachma una & septima ejusdem parte, & sufficienti aqua Rosarum, ac in umbra libera exsiccati reponantur.

Hos Trochiscos aliquot compositiones recipiunt, usurpari tamen etiam possunt in intestinorum & alvi totius lævitate, acriumque humorum per sedem profluvio: Infusi enim acrimoniam obtundunt, & impetum refrænant, eoque nomine choleræ morbo succurrunt: Hæmorrhagiam omnem sistunt naribus immissi, viscerum languores, ventriculi, hepatis, & cordis imbecillitates firmant.

Illius receptæ antiquitus præparationis loco, commodiùs omittendo commendatam in principio coctionem & infusionem, pulvis Rosarum & granorum Myrti dosis duplicari, Gallæ etiam contritæ admisceri, & cum reliquis, ope Gummi Arabici in Omphacii & Succi Acetosæ sufficienti quantitate solutis, in Trochiscos effingi possent.

TROCHISCI DE RHABARBARO MESUÆ.

℞. Rhabarbari optimi drachmas decem,
Succi Eupatorii,
Amygdalorum amarorum ana drachmas quatuor,
Rosarum rubrarum drachmas tres,
Spicæ Indicæ,
Anisi,
Rubeæ radic.
Absinthii,
Asari,
Sem. Apii ana drachmam unam,
Mucilaginis Tragacanthi cum Aqua Cuscutæ factæ quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

Horum usus est in febrium diuturnarum declinatione, impendente malo corporis habitu; namque ictericis, hydropicis, hepaticis, & cachecticis, tumoribusque & doloribus ventris inferioris conducunt.

TROCHISCI DIARRHODON NICOLAI ALEX.

℞. Rosarum recentium drachmas tres,
Spodii drachmas duas,
Sandali rubri drachmam unam semis, grana septem,
albi drachmam unam, grana duodecim,
Croci scrupulos duos semis,
Camphoræ scrupulum semis,
Rosas contunde in mortario lapideo, tum reliqua in pulverem redacta adde, & cum aqua Rosacea, sub finem Camphoram addendo, formabis Trochiscos, quos in umbra siccatos usui reserva.

Dysentericis, cœliacis, jecinorosis, & stomachicis conferunt.

TROCHISCI DE ROSIS RHASIS.

℞. Rosarum rubrarum unciam semis,
Ligni Aloës drachmas duas,
Mastiches drachmam unam semis
Cinnamomi,
Absinthii Pontici.
Nardi Indicæ,
Cassiæ ligneæ veræ,

Schœ-

Schœnanthi ana drachmam unam,
Cum decocto quinque Radicum aperientium formentur Trochisci.

Efficaces sunt ad jecoris obstructionem ac febres antiquas, icterum, & aquam intercutem; ventriculi & nutritioni dicatarum partium imbecillitatem corrigunt.

TROCHISCI DE SANDALIS MESUÆ.

℞. Trium Sandalorum ana unciam semis,
Rosarum drachmas tres semis,
Berberum aut Succi eorundem inspissati drachmas tres,
Boli Armenæ,
Sem. Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Portulacæ,
Spodii ana drachmas duas,
Camphoræ drachmam semis.
Cum Mucilagine Tragacanthi aquâ Portulacæ soluta fiant Trochisci.

Ad febrem ardentem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & sitim levandam usurpantur.

TROCHISCI DE SCILLA GALENI.

Scillam plenam & candidam, cortice primo detracto, & parte duriore, cui radiculæ adhærent, abjectâ, farinâ subactâ involves, & eò usque in clibano coques, donec farina crustam contraxerit, qua perforata, stylo ligneo explorabis, num Scilla tenera sit. Eam exemtam diligenter teres, & admiscebis farinæ Ervi tenuissimè cribratæ uncias octo ad singulas libras, formabisque Trochiscos ponderis duarum drachmarum, quos in umbra siccabis, sæpiùs invertendo, donec probè siccati fuerint.

Describuntur à Galeno 1. *de Antidotis cap.* 9. *& in Theriaca ad Pisonem: Ejus enim compositionem ingrediuntur.*

Pro farina Orobi seu Ervi rectè hic à nobis substituitur Pulvis radicum Dictamni albi, seu Fraxinellæ.

TROCHISCI DIASPERMATON GALENI.

℞. Sem. Apii,
Ammeos ana unciam semis,
Anisi,
Fœniculi ana drachmas duas,
Opii,
Cassiæ ana drachmam unam.
Cum mucilagine Tragacanthi aquâ pluviali facta formentur Trochisci.

Dantur ex Passo, aut Aqua, ad omnes internos affectus dolorificos, sanguinem rejectantibus conferunt, ac somnum conciliant.

TROCHISCI SUBLINGUALES COMPLETI CONTRA PESTEM.

℞. Extracti Ligni Aloës grana decem,
Specierum Cordialium temperat. drachmam unam,
Diamoschi dulcis drach. sem.
Radicum Ireos Florentinæ scrup. duos,
Olei corticis Citri guttas tres,
Zedoariæ guttas duas,
Sacchari albi uncias octo,
Ambræ griseæ grana quinque,
Moschi grana quatuor,
Zibethi granum unum,
Mucilaginis Tragacanthi cum Aqua Rosarum factæ, quantum satis. Fiant.

TROCHISCI SUBLINGUALES INCOMPLETI.

℞. Pulveris Radicum Angelicæ unc. semis,
Pimpinellæ,
Seminis Angelicæ,
Corticis Citri sicci,
Zedoariæ ana scrup. duos semis,
Sacchari albi uncias septem.
Cum mucilagine Tragacanthi ex aqua Rosarum facta quantum satis,
Formentur Trochisci parvi.

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA MESUÆ.

℞. Sanguinis Draconis,
Gummi Arabici,
Trochiscorum Ramich,
Rosarum rubrarum,
Amyli,
Acaciæ,
Hypocistidis,
Lapidis Hæmatitæ,
Balaustiorum,

Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ,
Corallii rubri,
Charabe ana drachmam unam,
Spodii de Ebore,
Margaritarum præparatarum,
Tragacanthi,
Sem. Papaveris nigri ana drachmam unam ſemis,
Roſarum drachmam unam,
Portulacæ,
Cornu Cervi uſti,
Thuris maſculi,
Conorum Cupreſſi,
Croci ana drachmas duas,
Aquæ Plantaginis quantum ſufficit.
Fiant Trochiſci.

Sanguinem undecunque manantem & ſputa cruenta cohibent; hinc fœminarum menſtruam purgationem immoderatiùs fluentem morantur, intus ſumti, vel cum Succo Polygoni aut Plantaginis ac ovi albumine coxis & pubi illiti, aut cum conveniente liquore utero immiſſi, cruento item lotio medentur, ac dyſenterias, diarrhœas & alvi profluvia compeſcunt. Potentiùs id præſtant, ſi eis addatur Opium, quod aliqui compoſitioni huic drachmarum duarum pondere adjiciunt.

TROCHISCI DE SULPHURE ET TUTIA.

℞. Sulphuris vivi,
Camphoræ,
Tragacanthi ana drachmam unam,
Tutiæ præparatæ unciam ſemis,
Cum aqua Roſarum quantum ſatis.
Fiant ex arte Trochiſci.

Ad varia ſuperficiei corporis vitia, impetiginem, phlogoſin, herpetem, phlyctenas, rhagades, eryſipelata conducunt, ſi cum aqua adpropriata diſſolvantur, & parti dolenti ſæpius imponantur.

TROCHISCI DE VIOLIS SOLUTIVI MESUÆ.

℞. Violarum Martialium mediocriter exſiccatarum drachm. ſex,
Turbith drachmas quatuor,
Succi Glycyrrhizæ,
Scammonii præparati,
Mannæ ana drachmas duas,
Cum Syrupo Violato fiant Trochiſci.

Uſurpantur in expurganda pituita lenta & viſcida, quæ thoracis vias intercipit, & ſuſpirioſos facit, bileque vitellina permixta deturbanda.

TROCHISCI E VIPERA GALENI.

℞. Carnis Viperinæ, Anetho, Sale & Aquâ coctæ & poſt factam à ſpinis ſeparationem nonnihil exſiccatæ uncias octo,
Panis tritricei puriſſimi, bis cocti, triti & cribrati uncias duas.

Formentur Trochiſci cum jure, in quo decoctæ fuerint carnes viperinæ, priùs tamen cocturâ ad minorem molem deducto, & inungantur Oleo Caryophyllorum, quod proximè accedit ad naturam Balſami. Siccentur in loco umbroſo & aëri pervio, ſæpe eos invertendo, deinde in vaſe vitreo, aut vitreato, benè obturato, reponendo. Annum integrum perſeverant; quanquam longè meliùs fuerit, recentes ſemper pro conficienda Theriaca adhibere.

Trochiſci hi Theriacæ conficiendæ inſerviunt. Cæterùm cutaneis morbis, viperarum morſibus, & febribus peſtilentialibus conveniunt, elephantiacos juvant, oculorum caliginem atque obſcuritatem emendant, nec non viſum ipſum acuunt.

TROCHISCI DE XYLALOE MESUÆ.

℞. Ligni Aloës,
Roſarum rubrarum ana drachmas duas,
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Galiæ moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Cubebarum,
Cardamomi utriusque,
Paſtinacæ,
Corticum Citri ana drachm. unam ſemis,
Moſchi,
Ambræ ana ſcrupulum ſemis.
Cum Melle Paſſulato fiant Trochiſci.

Ventriculum, cor, & hepar, ac membra alia debilia roborant, oris fœtorem abigunt, cordis palpitationem & ſyncopas auferunt, hydropicis auxiliantur, ac peſtilenti conſtitutioni medentur.

CLAS-



CLASSIS DUODECIMÆ, COLLYRIA SICCA ARABIBUS SIEF DICTA, PASTAS ODORATAS, NEC NON ALIA SUFFITUUM GENERA DOCENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

SIEF ALBUM SINE OPIO.

℞. Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli ana unciam ſemis,
Ceruſſæ lotæ drachmas ſex,
Sarcocollæ nutritæ drachmas tres.

Cum albumine ovi fiat Sief.

Paratur etiam cum Opii drachma una.

Ad oculorum rheumatiſmos, lippitudines ſubacres, & ophthalmicos dolores leniendos efficax. Idem ferè eſt cum Collyrio albo Rhaſis 3. *ad Almanſorem, quod Ceruſſæ pondus auctius habet, nimirum ad drachmas decem; cui & Thus addit Meſue, unde in ſtatu magis prodeſt, ſicut hoc initio vehementis doloris à cauſa calida.*

POMUM AMBRÆ.

℞. Styracis calamitæ,
liquidi,
Benzoini,
Galiæ moſchatæ veræ,
Aliptæ moſchatæ,
Ladani ana unciam ſemis,
Cinnamomi electi,
Caryophyllorum,
Sandali citrini ana drachmas duas,
Roſarum rubrarum,
Nucis moſchatæ,

Macis,

Macis,
Ligni Aloës,
Cyperi rotundi,
Majoranæ,
Gummi Elemi,
Rorismarini,
Ireos Illiricæ ana ſcrupul. duos, grana quinque,
Mucilaginis Tragacanthi factæ cum aqua Roſarum, quantum ſufficit.

Fiat Maſſa.

Cor ac cerebrum odoris ſuavitate ac fragrantia reficit, ſpiritus cùm vitales tùm animales recreat, vertiginoſos juvat, ac capiti à frigida & humida intemperie opem præſtat.

Pro majori Simplicium compoſitionem hanc conſtituentium unione quandoque nonnihil Terebinthinæ Cypriæ admiſcetur, ac ob odoris gratiam pauxillum Olei Caryophyllorum additur. Divitibus Ambra, & Moſchus vel Zibethum pro conſulentis Medici judicio, aut expetito odore adjiciuntur.

SUFFITUS CEPHALICUS.

℞. Benzoini unciam unam ſemis,
Styracis calamitæ,
Succini citrini,
Maſtiches ana unciam unam,
Olibani,
Myrrhæ ana drachmas ſex,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum ana drachm. unam ſemis,
Florum Roſar. rubrar. drach. ſex,
Lavendulæ,
Corticis Citri ſicci ana drachmas tres.

Contundantur craſſiusculè & miſceantur.

SUFFITUS DELICATUS.

℞. Benzoini electi unc. unã ſemis,
Styracis calamitæ drachm. ſex,
Ligni Aloës drachmas duas.

Fiat Pulvis craſſiusculus.

SUFFITUS COMMUNIS.

℞. Baccarum Juniperi,
Raſuræ Succini citrini ana uncias tres,
Florum Roſarum rubrar. unc. unam ſemis, drachm. duas.
Styracis calamitæ unciam unam ſemis,
Ligni Juniperi drach. undecim,
Maſtiches,
Sandaracæ ana drach. decem.
Olibani drachmas ſeptem.

Miſce, F. Pulvis craſſiusculus.

CANDELÆ PRO SUFFITU PRIMÆ.

℞. Benzoini,
Styracis calamitæ ana uncias quatuor,
Thymiamatis,
Olibani ana uncias duodecim,
Ladani uncias decem & octo,
Caryophyllor. unc. un. ſemis,
Sem. Nigellæ unciam unam,
Coriandri,
Granor. Juniperi ana unc. ſemis,
Styracis liquidi uncias ſex,
Terebinthinæ unciam ſemis,
Carbonum Tiliæ vel Salicis uncias triginta.

Cum infuſione Tragacanthi, factâ in aqua Roſarum, fiant Candelæ.

CANDELÆ PRO SUFFITU SECUNDÆ.

℞. Styracis calamitæ,
Carbonũ Salicis ana unc. duas,
Benzoini unciam unam,
Caryophyllorum unc. ſemis,
Ladani drachmas ſex.

Cum Terebinthina Cypria & mucilagine Tragacanthi in aqua Roſarum facta q. ſ. fiant Candelæ, quibus pro delicatioribus Galiam Moſchatam addere licebit.

CLAS-

CLASSIS DUODECIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

SIEF ALBUM GALENI.

℞. Tutiæ præparatæ uncias duas,
Cerussæ lotæ,
Amyli,
Gummi Aarabici,
Tragacanthi ana unciam semis,
Opii drachmas duas,
Excipiantur cum aqua Rosacea, & fiat Collyrium siccum; quod etiam sine Opio parari potest.

Collyrium hoc à Galeno τρυφερὸν dictum, describitur ab eodem 4. de Composs. med. secundùm loc. cap. 7. idem ferè præstat, quod Cygnus Galeni, qui paulo aliter describitur, & succum Acaciæ recipit: præcipuè verò facit ad oculorum ustiones, pustulas, & chemoses, maximè in his, qui nullam acrimoniam aut mordacitatem ferre queunt.

SIEF CITRINUM MESUÆ.

℞. Cadmiæ ustæ, & in lacte mulieris extinctæ, vel potiùs Tutiæ præparat. unciam unam,
Cerussæ lotæ uncias duas,
Croci unciam semis,
Opii drachmam unam,
Tragacanthi drachmas duas,
Aquæ pluvialis quantum sufficit.

Describitur hoc Collyrium à Mesue in cap. de Ophthalmia: Vehementissimis enim oculorum doloribus ulceribusque conducit.

Si lac muliebre defuerit, substituatur in ejus locum lac asininum, caprillum, vel ovillum.

SIEF DE PLUMBO MESUÆ.

℞. Plumbi usti, & loti,
Æris usti,
Antimonii,
Tutiæ lotæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana unciam unam,
Opii drachmam semis,
Aquæ pluvialis quantum sufficit.
Fiat Sief.

Vulnera & ulcera oculorum consolidat.

SIEF DE ROSIS EJUSDEM.

℞. Foliorum Rosarum drachm. quindecim,
Gummi Arabici,
Croci ana unciam unam,
Opii,
Nardi Indicæ ana drachmas duas.

Ad doloris molestias, fluxum uberem, ac tenuem, pustulas & prolapsus oculorum efficax.

SIEF DE THURE RHASIS.

℞. Cadmiæ, vel Tutiæ præpar.
Pompholygis,
Thuris ana drachmas decem,
Cerussæ uncias quinque,
Opii,
Gummi ana drachmas sex,
Aquæ pluvialis quantum satis.
Fiat Collyrium.

Tumores oculorum reprimit, eorundemque exulcerationes sanat, ac cohibet.

SIEF VIRIDE ANTÆI.

℞. Cadmiæ, vel Tutiæ præpar.
Croci ana drachmas tres.
Gummi,
Myrrhæ,
Opii ana drachmam unam semis,
Plumbi usti & loti scrupulum unum, grana quindecim,
Squamæ Æris,
Nardi Indicæ,
Acaciæ ana scrupulum unum semis.
Cum aqua pluviali fiat Collyrium.

Celebratur ad doloris molestias, pustulas, ustiones, prolapsus & contusiones oculorum.

POMUM

POMUM AMBRÆ.

℞. Sandali citrini drachmas sex, scrupulos duos,
Ligni Aloës unciam semis,
Rosarum rubrarum,
Basilici,
Lavendulæ,
Anthos,
Majoranæ,
Cinnamomi,
Nucis moschatæ,
Macis,
Caryophyllorum,
Coriandri,
Cardamomi ana drachm. tres, scrupulum unum,
Corticum Citri drachmas septem,
Ladani puri uncias octo,
Styracis calamitæ drachmas sex, scrupulos duos,
liquidi drachm. tres,
Asæ dulcis drachmas decem,
Ceræ citrinæ unciam unam semis,
Terebinthinæ Cypriæ uncias quatuor,
Moschi Alexandrini,
Ambræ gris. ana scrupul. duos semis.
Fiat Massa.

Odore spiritus instaurat, & cordi robur addit. Usui est maximè, cum aliqua aëris inquinati suspicio viget, cui tunc temporis Angelica, Zedoaria, Ruta, & præsertim Camphora rectè adjicitur.

TEDA AROMATICA.

℞. Benzoini,
Styracis calamitæ,
Masticbes,
Olibani,
Ladani ana unciam unam,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Sandali citrini,
Succini albi ana drachm. duas,
Ceræ libram unam.
Fiat Teda ad crassitiem unius digiti.

Istiusmodi Tedis medici Lœmodochiales nostri quondam utebantur, pro dissipando venenato aëre, & corrigendo conclavium infectorum fœtore, in magna illa peste, quæ Anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, & octavo Urbem nostram depopulabatur.

PASTILLI PRO FUMO USITATI.

℞. Benzoini electi uncias duas semis,
Styracis calamitæ drachmas decem,
Ligni Aloës drachmas tres,
Caryophyllorum drachmas sex,
Cinnamomi electi drachmas duas,
Ligni Cupressi unciam unam semis,
Sacchari albi uncias quatuordecim.
Cum infusione Tragacanthi aquâ Rosarum facta
Fiant Pastilli.

SAPO MOSCHATUS.

℞. Saponis Veneti libras quatuor.
Incidantur minutissimè atque addantur
Pulveris Caryophyllorum,
Sandali albi ana unciæ duæ,
Benzoini uncia una,
Moschi scrupulus unus.
Fiat ex arte cum aqua Rosacea.

SAPO MOSCHATUS VENETUS.

℞. Pulveris Radicum Ireos Florentinæ unciam semis.
Styracis calamitæ,
Asæ dulcis ana drachmam unam,
Caryophyllorum,
Ladani ana drachm. semis,
Sandali albi,
Ligni Aloës ana scrup. unum.
Tenuissimè pulverisata misceantur secundùm artem in mortario calido, cum
Saponis Veneti libra una.
Olei Tartari per deliquium facti uncia una semis,
Ligni Rhodii scrup. uno,
Moschi scrupulo semis.
Fiant Globuli.

ALIUS ALBI COLORIS.

℞. Saponis Veneti uncias decem,
Pulveris Radic. Ireos Florentinæ odoratæ drachmas quinque.
Misceantur optimè in mortario calido, addendo porrò
Olei Tartari per deliquium facti drachmas decem,
& in fine
Olei Ligni Rhodii scrupulum unum,
Formentur Globuli.

CLAS-



CLASSIS DECIMÆ TERTIÆ,

CONFECTIONES ANTIDOTALES, NARCOTICAS SEU OPIATAS, ALIASQUE CONSIMILES, CONDITA ET CONSERVAS CONTINENTIS,

SECTIO PRIMA,

DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

THeriacam, quam omnium planè Medicamentorum Reginam dicere nonnulli consueverunt, & ob singularem efficaciam nobili multorum seculorum encomio & experientiâ, fidissimâ rerum magistrâ, celebratam, ipsis olim Regibus Imperatoribusque, magnis sumptibus simplicia ad ejus confectionem requisita comparantibus, usui fuisse constat, & cujus præparationem ipsi Medici Cæsarei non detrectabant; Præcipuè verò Mithridates medicamentorum venenis adversantium vires particulatim expertus, plurima eorum conjungens, in famosam tandem redegit Antidotum, quâ suam à venenis incolumitatem tutatus esse legitur. Subsecutus autem multis post annis Andromachus, inter Neronis Medicos primus, nonnullis additis, quibusdam demtis, viperas ei admiscuit, cùm jam ante citra harum additionem confectum medicamentum præclarè contra toxica faceret, atque sic Theriacam construxit, cujus usus sub maximis Imperatoribus (ut Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem testatur) in publicum prodiit, primatibus ac exercituum ducibus opportunus futurus. Ad nobilem autem hanc Antidotum parandam, idem Galenus lib. 1. de Antidot. sibi ex magna Syria, Palæstina, Ægypto, Cappadocia, Ponto, maximè verò ex Macedonia, & ex provinciis ad Occidentem sitis, quas Galli inhabitant & Hispani, atque oppositas oras incolentes Mauri, medicamenta ad ejus compositionem necessaria allata fuisse scribit. Unde nullis hîc sumtibus, diligentiæ, aut labori parcendum, ac difficultas propter utilitatem superanda. Cùm autem neminem eam rectè paraturum putaverit Galenus, nisi benè parantem priùs viderit, ideo ejus componendæ legitimam normam multo nobis usu compertam, lucidissimè, ne error obrepere possit, subjunximus. Ea autem ita se habet:

THERIACA ANDROMACHI SENIORIS EX GALENO.

℞. Trochiſcorum Scillinorum uncias ſex,
de Viperâ,
Piperis longi,
Opii cum aceto depurati,
Trochiſcorum Hedychroi ana uncias tres,
Roſarum rubrarum exſiccatarum,
Ireos Illyricæ, aut Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Buniadis dulcis, ſeu Napi ſativæ,
Comarum Scordii Cretici,
Opobalſami, vel Olei ex Nuce moſchata expreſſi,
Cinnamomi,
Agarici ana unc. unam ſemis,
Myrrhæ,
Coſti odorati, vel Zedoariæ,
Croci Orientalis,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Thuris maſculi pellucidi,
Piperis nigri,
albi,
Fol. Dictamni Cretici,
Comarum Marrubii,
Rhabarbari,
Stœchadis Arabicæ,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Calaminthæ montanæ odoratæ,
Terebinthinæ Cypriæ,
Zingiberis,
Rad. Pentaphylli ana drach. ſex,
Polii Cretici,
Chamæpityos,
Styracis calamitæ,
Mei, vel Angelicæ,
Amomi racemoſi, aut ſem. Citri & Hyperici ana part. æquales,
Calami aromatici,
Nardi Celticæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Phu Pontici, aut Valerianæ noſtræ,
Comarum Chamædryos Creticæ,
Fol. Malabatri, aut ejus loco Macis & Caryophyllorum ana partes æquales,
Chalcitidis toſtæ,
Radicis Gentianæ,
Aniſi,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami,
Gummi Arabici ſplendidi,
Sem. Fœniculi Cretici,
Cardamomi minoris,
Seſeleos Maſſil.
Succi Acaciæ,
Thlaſpios,
Comarum Hyperici,
Ammeos,
Sagapeni ana drach. quatuor.
Caſtorei,
Ariſtolochiæ longæ,
Sem. Dauci Cretici,
Bituminis Judaici,
Opopanacis,
Comarum Centaurii minoris,
Galbani ana drachmas duas.
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras quatuordecim, uncias quinque & drachmas duas.

Nobiliſſima hæc Antidotus, à Galeno 1. *de Antidotis, & lib. de Theriaca ad Piſonem deſcripta, quæ ante à tranquillitate, quam ægris præ-*

præstat, Γαλήνη dicta est, cùm varie à variis parari soleat, cuilibet per nos methodo sibi consuetâ uti, & suo abundare sensu licebit; qua in re nec nostris Pharmacopœis, in miscendis ingredientibus non unum ordinem observantibus, hactenus, ad certum eos adstringendo modum, nimis rigorosos aut superciliosos nos præbuimus, certi, modò exacta omnium instituatur unio, idem Medicamentum enatum iri. Unde ordinem saltem antiquitus observatum, in paucissimis tantùm imutatum, & misturam satis laudabilem daturum, hîc repetere animus est.

Simplicia igitur ad Theriacæ constitutionem expetita, eaque omnium selectissima, quæ conteri possunt, in sex Classes dividantur, harumque singulæ seorsim in subtilem pulverem redigantur; non eâ quidem intentione; ac si omnia illa, si jungantur, conteri simul nequeant; sed ne tanta moles (cùm in magna utplurimùm quantitate conficiatur,) trituram difficiliorem reddat; quamvis non omnino negare velimus, aliquid hîc potiùs opinioni & consuetudini, imò & pompæ, si non apud vulgum proficuæ, saltem non damnosæ, dari, liberum interea aliis relinquendo, simplicia ista vel juncta, vel in partes pro lubitu divisa, in pulverem redigere.

Præfatæ autem Classes hoc modo se habent:

I. CLASSIS.

℞. Ireos Illyricæ,
Scordii Cretici,
Seminis Buniadis ana unciam unam semis,
Anisi,
Seseleos,
Polii Cretici ana unciam semis,
Zedoariæ electæ drachmas sex.

Pendit hæc Classis in universum libram semis, drachmas sex.

II. CLASSIS.

℞. Gentianæ,
Chamædryos,
Fœniculi Cretici,
Amomi ana unciam semis,
Pentaphylli,
Marrubii,
Calaminthæ montanæ ana drachm. sex.

Pendit hæc Classis in universum uncias quatuor, drachmas duas.

III. CLASSIS.

℞. Radicis Mei, seu Angelicæ,
Phu Pontici,
Nardi Celticæ,
Chamæpityos,
Seminis Thlaspios ana unciam semis,
Aristolochiæ longæ drachmas duas,
Dictamni Cretici drachmas sex.

Pendit hæc Classis in universum uncias tres semis.

IV. CLASSIS.

℞. Rosarum rubrarum unciam unam semis,
Florum Hyperici unciam semis,
Centaurii minoris,
Seminis Dauci ana drachmas duas,
Petroselini Macedonici drachm. sex,
Trochiscorum de Vipera uncias tres,
Scilla uncias sex.

Pendit hæc Classis in universum uncias duodecim, drachmas duas.

V. CLASSIS.

℞. Seminis Ammeos,
Calami aromatici ana unciam semis,
Cinnamomi optimi unciam unam semis,
Cassiæ ligneæ,
Rhabarbari ana drachmas sex,
Piperis longi uncias tres.

Pendit hæc Classis in universum uncias septem.

VI. CLASSIS.

℞. Zingiberis albi,
Piperis nigri,
albi ana drachmas ſex,
Folii,
Cubebarum,
Cardamomi ana unciam ſemis.

Pendit hæc Claſſis in univerſum uncias tres, drachmas ſex.

Sequentia autem ſingula per ſe terantur, utpote

Myrrhæ,
Thuris albi,
Croci Orientalis ana drachmæ ſex,
Agarici trochiſcati uncia una ſemis,
Caſtorei,
Bituminis Judaici ana drachmæ duæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Chalcitidis toſtæ ana uncia ſemis.

Porrò:

Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Stœchadis Arabicæ ana drachmæ ſex,
forſice minutim incidantur, mucilagine tragacanthi imbuantur, iterumque exſiccatæ in pulverem conterantur.

Trochiſcorum Hedychroi ingredientia, poſtquam eorum uſus, præter eum, Theriaca quem poſtulat, ampliùs apud nos haud ſupereſt, nunquam in illam orbicularem formam redacta, ſed debito tantùm in pondere, inque pollinem redacta (Oleum Caryophyllorum pro mixtura ad finem jam deducta ſervando) huc accerſere, ceu ſupra jam monuimus, hactenus conſuevimus.

Nunc verò Gummia & Reſinæ, Terebinthinâ Cypriâ & Styrace exceptis, utpote Sagapeni uncia ſemis, Opopanacis drachmæ duæ, Galbani drachmæ duæ, Gummi Arabici uncia ſemis, per ſe vino Cretico diſſoluta ac eliquata per ſetaceum tenuis pulticulæ formâ exprimantur: hoc facto ad permixtionem ſic accedes: Primò ſex Claſſes Medicamentorum in tenuem pollinem redactas, unà cum iis, quæ per ſe terenda monuimus, nec non ſpeciebus Trochiſcorum Hedychroi, (Terra Lemnia, Croco & Chalcitide exceptis) comiſcebis, diligenter pulveres agitando, ut adcuratè & per minima permixti, paulatim poſtmodum Melli & reliquis liquidioribus miſceri queant, eo plane modo, quem jam tradituri ſumus.

His igitur ita ritè diſpoſitis, in cacabum magnum ſex circiter Mellis deſpumati ac modicè calentis unciæ infundendæ, eæque piſtillo magno ligneo ita hinc indè diducendæ, ut cacabi jam dicti fundus & parietes aliquousque Melle hoc tenuiſſimè obducta, & quaſi peruncta videantur. Tunc omnium primò Terebinthina Cypria ſupra prunas leni calore liquata, addito pauco Melle & vino Cretico, eidem aheno indenda, quam mox Gummium expreſſus quaſi cremor identidem vino Cretico modicè dilutus, & leniter calefactus ſubſequatur. Abhinc Succi & Liquores concreti, nempe Succus Acaciæ, Glycyrrhizæ, Hypociſtidis, ipſumque Opium compoſitioni jungantur, quæ omnia ac ſingula vino Cretico diſſoluta & colata, unâ cum prioribus aheno inditis, continua ac indeſinenti agitatione probè permiſceantur. Hoc facto, Mellis deſpumati mediocriter calentis libræ aliquot immittantur, atque factâ iterum diligenti omnium jam dictorum unione, pulveres ſex Claſſium per cribrum anguſtum paulatim inſpergantur, continuaque agitatione ſic adcuratè permiſceantur, ne quid grumeſcat, ſed compoſitio ipſa evadat æqualis ac tenera, atque ſic alternis vicibus modò Mellis portio aliqua adfundenda, modò pulveres inſpergendi, donec omnis pul-

pulverum quantitas Melli unita fuerit. Tunc verò Terra Lemnia, & post eam Chalcitis, utraque priùs vino Cretico diluta, adjicienda; abhinc Styrax calamita addito modico vino Cretico super prunas liquefiat, ac Oleo Nucis moschatæ addito artificiosè, ne grumescat, dissolvatur, compositionique addatur. Quæ ubi probè unà cum cæteris omnibus mixta fuerint, Crocus eodem vino Cretico dilutus, Theriacam intret, & postremò Oleum Caryophyllorum, quod à Trochiscis Hedychroi, in quorum structura Opobalsami vices supplere debebat, huc accedit, Medicamentumque diu ac strenuè agitandum, ut omnium eò perfectior fiat mixtio, idque in vase mundo reponendum, cujus tertia vel ad minimum quarta pars vacua supersit, ut Theriaca fermentando in ampliorem molem accrescens & insurgens comodè per dies aliquot in eo agitari queat. Est enim ad dies minimùm octo continuos quotidie comovenda, deinde verò singulis mensibus agitanda, donec anni unius ætatem attigerit, semper eam diligenter contegendo, & ab externis injuriis muniendo; eritque sic Theriaca omnibus suis numeris absoluta, eos effectus præstans, quos vetus seculum atque etiam modernum, de tam nobili ac pretioso Medicamine pollicetur.

Quandoquidem verò conficiendæ Theriacæ labor vix ob parvam ejus copiam præparandam suscipitur, cùm, si secundum descriptionem simplicem dispensetur, vix viginti libras constituat, ideò ejusdem in duplo, quadruplo, sextuplo, octuplo, decuplo & duodecuplo construendæ Schematismum subjecimus, adjectâ singulis ingredientibus debitâ ponderis notâ, ut Pharmacopœos supputationis onere levaremus. Schematismus verò clarus & facilis hic est:

THERIACA ANDROMACHI.		*In simplo.*	*In duplo.*	*In quadruplo.*	*In sextuplo.*	*In octuplo.*	*In decuplo*	*In duodecuplo.*
℞. Trochiscorum Scillinorum de Vipera, Hedychroi,		℔. s.	℔. i.	℔. ii.	℔. iii.	℔. iv.	℔. v.	℔. vi.
Piperis longi, Opii, - - - Rosarum rubrarum exsiccatarum, Ireos Illyricæ, Succi Glycyrrhizæ, Seminis Buniadis, Comarum Scordii Cretici, Olei Nucis moschatæ expressi,	ana	℥. iii.	℥. vi.	℔. i.	℔. i. s.	℔. ii.	℔. ii. s.	℔. iii.
Cinnamomi, Agarici trochiscati, - - Myrrhæ, Costi odorati, Croci Orientalis, Cassiæ ligneæ veræ, Nardi Indicæ,	ana	℥. i. s.	℥. iii.	℥. vi.	℥. ix.	℥. xii.	℥. xv.	℥. xviii.

		In simplo.	*In duplo.*	*In quadruplo.*	*In sextuplo.*	*In octuplo.*	*In decuplo.*	*In duodecuplo.*
Schœnanthi,								
Thuris masculi,								
Piperis nigri,								
albi,								
Fol. Dictamni Cretici,								
Comarum Marrubii,								
Rhabarbari electi,								
Stœchadis Arabicæ,								
Sem. Petroselini Macedonici,								
Calaminthæ montanæ,								
Terebinthinæ Cypriæ,								
Zingiberis albi,								
Rad. Pentaphylli, -- --	ana	ʒ. VI.	℥. I. s.	℥. III.	℥. IV. s.	℥. VI.	℥. VII. s.	℥. IX.
Polii Cretici,								
Chamæpityos,								
Styracis calamitæ,								
Mei,								
Amomi racemosi,								
Nardi Celticæ,								
Terræ Lemniæ veræ,								
Phu Pontici,								
Chamædryos,								
Folii,								
Chalcitidis tostæ,								
Rad. Gentianæ,								
Anisi torrefacti,								
Hypocistidis,								
Cubebarum,								
Gummi Arabici splendidi,								
Sem. Fœniculi Cretici,								
Cardamomi minoris,								
Sem. Seseleos,								
Succi Acaciæ,								
Thlaspios,								
Comarum Hyperici,								
Ammeos,								
Calami aromatici,								
Sagapeni, - - -	ana	℥. s.	℥. I.	℥. II.	℥. III.	℥. IV.	℥. V.	℥. VI.
Castorei,								
Aristolochiæ longæ,								
Sem. Dauci Cretici,								
Bituminis Judaici,								
Opopanacis,								
Florum Centaurii minoris,								
Galbani recentis, -- --	ana	ʒ. II.	℥. s.	℥. I.	℥. I. s.	℥. II.	℥. II. s.	℥. III.
Mellis despumati triplum.	seu	℔. 14. ℥. 5. ʒ. 2.	℔. 28. ℥. 10. ʒ. 4.	℔. 57. ℥. 9.	℔. 86. ℥. 7. ʒ. 4.	℔. 115. ℥. 6.	℔. 144. ℥. 4. ʒ. 4.	℔. 173. ℥. 3.

Theriacæ

Theriacæ ac Mithridatii per Classes parandi modus, ac elaboratior forma, nec non scenica distributio, ad calcem libri duabus tabulis, totam horum tàm celebrium medicamentorum structuram comprehendentibus, est expressa.

Theriacæ vires, ex Galeni aliorumque testimonio, celebrantur inprimis Alexiteriæ. Unde exhibetur in venenatis morbis, aut venenatorum plagis; Hydrophobiam crebrius data sæpe sustulit; In pestilentibus constitutionibus præservando & curando conducit; non tam animositatem aliquam, opii propter accessum inspirans, quàm potiùs non exigua selectissimorum alexipharmacorum copia venenatum miasma oppugnans. Capitis dolores diuturnos, vertigines, auditus graves, hebetudines oculorum, gustûs instrumentum debilitatum, comitialem morbum, orthopnoicos cum mulsa potum sanat, incidens, attenuans, & eductu faciles reddens humores. Succurrit etiam recenti & veteri tussi, & iis, quibus thorax dolet. Convenit sanguinem exspuentibus, sive is à thorace, sive à pulmone excernatur. Stomachi vitia, difficilem concoctionem & imbecillitatem emendat, inflationes stomachi, & intestinorum cruciatus sedat, colicos & iliacos placat. Valet etiam in cardiacis, & iis, qui animo linquuntur, & cholericis. Lumbricorum omne genus expellit; hepaticos affectus, morbo regio laborantes, & induratos lienes curat. In calculo renum, difficili mictione, & vesicæ exulceratione prodest. Præbetur in omnis generis rigoribus diuturnis, maximè verò quartanis, si quis eâ post inclinationem utatur; in biliosis verò febribus vitare oportet. Datur etiam hydropicis cum Asari decocto, & similibus malis, potissimùm vero iis, qui anasarca laborant. Elephantia quoque correptis & partium corporis resolutionibus auxiliatur. Menses movet, & mortuos fœtus ejicit. Podagra adflictis & arthriticis conducit, post inclinationem multoties pondere drachmæ unius pota, pro viribus & ægri temperamento; opitulatur dolentibus etiam imposita. Insuper animo malè affecto medetur; ex atra enim bile natas diversas imaginationes sedat. Hyemis tempore iter facientibus consulimus, ut ex ipsa parum sumant, viscera enim calefacit & roborat. Dare oportet hoc Medicamentum vacuo stomacho. In æstate parcior sit ejus usus, nec non in vigore ætatis exsistentibus, ut qui plurimùm habent caloris; senioribus verò pituitosis, nauseabundis & cruditate ac stomachi inflatione laborantibus, sæpius & plurimùm exhibere convenit.

THERIACA SMARAGDINA.

℞. Smaragdi præp. drachm. tres,
Hyacinthi præp.
Radicum Pæoniæ,
Seminum ejusdem,
Visci querni,
Cinnamomi,
Zedoariæ ana drachmas duas,
Croci drachmam semis,
Dictamni Cretici,
Seminum Citri ana drachmas tres,
Acetosæ,

Coral-

Coralliorum rubrorum præp. ana drachmam unam semis,
Rasuræ Unicornu,
Eboris ana drachmas duas,
Syrupi è succo Limonum,
Mellis despumati ana quantum satis.
Fiat Electuarium molle.

Epilepticis, vertiginosis, & uterinis affectibus maximè est proficua. Vid. Nob. Franc.Ignat. Thiermairii liber. 1. Consf. med. cap. 1. in schol. & cap. 2. schol.

THERIACA DIATESSARON.

℞. Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ ana uncias duas,
Mellis despumati libras duas.

Describitur ab Avicenna & Mesue. Ad venenatos morsus & potus efficax, omnesque cerebri frigidos affectus, convulsiones, resolutionem, morbum comitialem, ventriculi inflationem, ac coctionis tarditatem. Hanc passim agyrtæ & circumforanei circumferunt, & pro magna Theriaca venalem exhibent.

Theriaca hæc licet jumentis communiter exhibeatur, hominibus tamen identidem salutaris existit. Valebit autem plurimùm contra pestilentis luis infectionem, aliorumque morborum malignorum contagia, si ei Terram Lemniam, aut Bolum Armenam, Dictamnum album, Tormentillam, Scordium, Carlinam, Zedoariam vel Angelicam, aucto Mellis pondere junxeris. Notabis autem vulgares illas radices pro Aristolochiæ radicibus nonnunquam venundari solitas, Pistolochiæ radices esse, vulgò Hol-Wurtz dictas. Aristolochia autem vera radix est longè major, & tuberosa, intus solida, colore Buxi flavo, odorem, & saporem Aristolochiæ longæ nostratis referens.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.

℞. Myrrhæ Troglodyticæ,
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris,
Thlaspios ana drachm. decem,
Seseleos,
Opobalsami, vel Olei Nucis moschatæ,
Schœnanthi,
Stœchadis,
Costi veri aromatici, aut Zedoariæ,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Castorei,
Succi Hypocistidis,
Styracis rubri,
Opopanacis,
Folii ana unciam unam,
Cassiæ ligneæ,
Polii,
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci Cretici,
Carpobalsami,
Trochiscorum Cypheos,
Bdellii ana drachm. septem,
Nardi Celticæ,
Sem. Petroselini,
Gummi Arabici,
Opii,
Cardamomi,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,

Florum

Florum Rosarum rubrarum,
Dictamni Cretici ana drachmas quinque,
Anisi,
Aristolochiæ rotundæ,
Calami aromatici,
Phu,
Sagapeni ana drachmas tres,
Mei Athamantici,
Succi Acaciæ,
Carnis Scinci veri,
Summitatum Hyperici ana drachmas duas semis,
Vini quantum satis est,
Mellis despumati triplum, id est, libras novem, uncias octo, drachmas duas,

Modus confectionis hic esse solet, ut ingredientia ad compositionem hujus tam famosi Medicaminis in sex Classes divisa, in tenuem pulverem redigantur. Classium porrò series hæc est.

I. CLASSIS.

℞. Sem. Anisi drachmas tres,
Zingiberis drachmas decem,
Macis,
Caryophyllorum ana unciam semis,
Gentianæ drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in universum uncias tres, drachmas duas.

II. CLASSIS.

℞. Scordii Cretici drachmas septem,
Nardi Celticæ,
Seminis Petroselini Macedonici ana drachmas quinque,
Piperis longi unciam unam.

Pendit hæc Classis in universum uncias tres, drachmam unam.

III. CLASSIS.

℞. Polii montani drachmas septem,
Seminis Fœniculi drachmas quinque,
Phu Pontici drachmas tres.

Pendit hæc Classis in universum unciam unam, drachmas septem.

IV. CLASSIS.

℞. Cinnamomi drachmas decem,
Zedoariæ,
Seseleos ana unciam unam,
Rosarum drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in universum uncias tres, drachmas quinque,

V. CLASSIS.

℞. Dictamni Cretici drachmas quinque,
Cassiæ ligneæ,
Cubebarum,
Piperis albi ana drachmas septem,
Sem. Thlaspios drachmas decem.

Pendit hæc Classis in universum uncias quatuor semis.

VI. CLASSIS.

℞. Sem. Dauci drachmas septem,
Cardamomi drachmas quinque,
Calami aromatici,
Aristolochiæ rotundæ ana drachmas tres,
Angelicæ,
Hyperici ana drachmas duas semis.

Pendit hæc Classis in universum uncias duas, drachmas septem.

Sequentia porrò per se terantur, nempe

Myrrhæ,
Thuris,
Agarici,
Croci ana drachmæ decem,
Castorei uncia una,
Bdellii drachmæ septem,
Carnis Scinci marini, in minutissimas partes incisæ, drachmæ duæ semis.

Insuper:

Spicæ Indicæ,
Schœnanthi ana drachmæ decem,
Stœchadis uncia una,
minutim incisa, mucilagine tragacanthi imbuta, & denuo exsiccata, in pulverem redigantur.

Trochiscorum Cypheos, utpote cæteroquin apud nos minùs jam usualium, ingredientia, itidem in pulverem contusa, sufficientem eorum recipiendo dosin, insuper addantur, pulpa vero ex Uvis passis educta, & Vino Cretico diluta in ipsa Mithridatii mistione infundatur.

Hoc peracto, Gummia & Succi vino Cretico solvantur, ac eo planè modo, qui in Theriaca præscriptus est, cum Terebinthina, Melle & pulveribus sex,

Classium uniantur, adjiciendo sub finem Crocum vino Cretico dilutum, itemque Styracem Oleo Nucis moschatæ & eodem Vino liquatum; atque sic sedulâ strenuâque agitatione compositio hæc suam perfectionem adquirat, quæ identidem in vase mundo & satis amplo, ut fermentare queat, reponenda, atque ut Theriaca sæpius commovenda, donec in annum adoleverit.

Adjicimus hîc Schematismum Mithridatii in duplicata quantitate usque ad duodecuplam parandi, qui sic sese habet:

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.		*In simplo.*	*In duplo.*	*In quadruplo.*	*In sextuplo.*	*In octuplo.*	*In decuplo.*	*In duodecuplo.*
℞. Myrrhæ Arabicæ, Croci, Agarici, Zingiberis, Cinnamomi, Spicæ Nardi, Thuris, Thlaspios, - -	ana	ʒ. x.	℥. II. s.	℥. v.	℥. VII. s.	℥. x.	℥. XII. s.	℥. XV.
Seseleos, Opobalsami vel Olei Nucis moschatæ, Schœnanthi, Stœchadis Arabicæ, Costi, Galbani, Terebinthinæ, Piperis longi, Castorii, Succi Hypocistidis, Styracis, Opopanacis, Folii, - - -	ana	℥. I.	℥. II.	℥. IV.	℥. VI.	℥. VIII.	℥. X.	℥. XII.
Cassiæ ligneæ, Polii montani, Piperis albi, Scordii Cretici, Sem. Dauci Cretici, Carpobalsami, Cypheos Trochiscorum, Bdellii, - -	ana	ʒ. VII.	ʒ. XIV.	℥. III. s.	℥. V. ʒ. II.	℥. VII.	℥. VIII. ʒ. VI.	℥. X. s.
Nardi Celticæ, Seminis Petroselini, Gummi, Opii, Cardamomi, Seminis Fœniculi, Gentianæ, Flor. Rosarum, Dictamni Cretici, - -	ana	ʒ. V.	ʒ. X.	℥. II. s.	℥. III. ʒ. VI.	℥. V.	℥. VI. ʒ. II.	℥. VII. s.
Anisi, Aristolochiæ rotundæ, Calami aromatici, Phu, Sagapeni, - - -	ana	ʒ. III.	ʒ. VI.	℥. I. s.	℥. II. ʒ. II.	℥. III.	℥. III. ʒ. VI.	℥. IV. s.
Mei, vel Angelicæ, Succi Acaciæ, Carnium Scinci, Summitatum Hyperici, -	ana	ʒ. II. s.	ʒ. V.	ʒ. X.	ʒ. XV.	℥. II. s.	℥. III. ʒ. I.	℥III ʒ. VI.
Vini quantum satis, Mellis despum. triplum.		℔. 9. ℥. 8. ʒ. 2.	℔. 19. ℥. 4. ʒ. 4.	℔. 38. ℥. 9.	℔. 58. ℥. 1. ʒ. 4.	℔. 77. ℥. 6.	℔. 96. ℥. 10. ʒ. 4.	℔. 116. ℥. 3.

Mithridatica Antidotus celeberrima ad lethales & venenatos morſus à Mithridate, Ponti & Bithyniæ Rege, famam & nomen accepit. Valet ad capitis, aurium, oculorum, dentium, pulmonum, ventriculi & inteſtinorum affectus frigidos ſeu pituitoſos & melancholicos, ad ſtuporem, paralyſin, apoplexiam, epilepſiam, ſpaſmum, tetanum, cephalæam, hemicraniam, maniam, melancholiam, gravem auditum, oculos lachrymantes, odontalgiam, cynanchen, aſthma, ſputum ſanguinis, peripnevmoniam, ventris inflationem, cœliacam, lienteriam, dyſenteriam, ſive ſumatur, ſive admoveatur. Præterea ad frangendos calculos, difficultatem urinæ emendandam, menſes ciendos, fœtum mortuum ejiciendum, omnia uteri vitia, ſcirrhos, podagras, morſus & ictus venenatos, morſum canis rabidi, febres quotidianas & quartanas initio acceſſionum, coctâ jam materiâ, avellanæ quantitate cum vino vel aqua, cui Salvia, vel Mentha ſit incocta, in aliis autem veſpere ſumta vel admota efficax exſiſtit, bonum corporis colorem conciliat, ex morbo languidos reficit, præſumta non permittit lædi à lethalibus pharmacis, omnibus tandem in profundo corporis factis exulcerationibus & abſceſſibus medetur.

ACORUS CONDITUS VULGARIS.

℞. Conſervæ radicum Acori libram unam ſemis,
Mellis deſpumati libram unam,
Amygdalorum dulcium inciſorum libram ſemis,
Piperis nigri,
Nucis moſchatæ,
Zingiberis albi ana unciam unam.
Miſce, fiat Conditum.

Ventriculum frigidum & humidum confortat, flatus craſſos diſſipat, & concoctionem promovet.

Radices Acori vulgaris ſeu paluſtris mundatæ & in taleolas tenuiſſimè inciſæ, decoquantur ad mollitiem in vino rubro: poſtea contuſæ & trajectæ coquantur iterum cum dupla quantitate ſacchari, ad formam Conſervæ, ſicuti reliquæ.

ELECTUARIUM ALKERMES.

℞. Succi pomorum dulcium,
Sacchari albiſſimi ana libram unam ſemis.
Coquantur ad craſſam conſiſtentiam: poſtea addatur
Succi granorum Kermes Monſpelio allati ſpiſſioris libra una ſemis.
Ab igne depoſitis & adhuc calentibus miſceantur
Ambræ in particula Succi ſolutæ drachmæ duæ,
Ligni Aloës,
Cinnamomi ana drachmæ ſex,
Lapidis Lazuli,
Margaritarum Orient. ana drachmæ duæ,
Foliorum auri,
Moſchi in Spiritu roſarum ſoluti ana drachma una.
Fiat Electuarium.

Cor ac vitales vires roborat: Ob id ſyncopen & cordis palpitationes pellit, cerebro quoque ac animali facultati languidæ ſuccurrit, necnon ab apoplexia præſervat. Datur melancholicis,

meticulosis ac tristibus, animum quippe hilarem reddit ac reficit.

In Confectione hac, ad modum Monspeliensibus usitatum, & à Catelano descriptum, paratâ, Sericum, licet per se innoxium, minùs tamen hîc necessarium, ut & Aquam rosarum, coctione exhalantem, omittere; Sacchari dosin imminuere; Succi vero Kermesini quantitatem augere placuit; cùm hic, prout ad nos defertur, jam Sacchari partem pro sui conservatione admixtam habeat; quamvis propterea succum, nimio saccharo turgidum haud approbemus, sed delectum ejus Pharmacopoeis nostris commendemus.

Partem etiam hujus Electuarii sine Moscho & Ambra paratam apud nos prostare debere, monemus.

ELECTUARIUM E BACCIS LAURI RHASIS.

℞. Florum Rutæ drachm. decem,
Sem. Ammeos,
Cumini,
Nigellæ,
Ligustici,
Carvi,
Dauci,
Calami aromatici,
Origani,
Amygdalorum amarorum,
Piperis nigri,
longi,
Mentastri,
Baccarum Lauri,
Castorei ana drachmas duas,
Sagapeni unciam semis,
Opopanacis drachmas tres,
Mellis triplum, id est, libram unam, uncias quatuor, drachmas septem.

Tritis diligenter, quæ terenda sunt, fiat Electuarium, additis circa finem Lachrymis vino dilutis.

Comendatur ad colicam & iliacam passionem; ac doloribus intestinorum ex causa frigida vel flatuosa opitulatur. Unde adhibetur utiliter Enematibus, flatus vel evocantibus, vel discutientibus.

CHOCOLATA,

℞. Fructus Peruviani, Cacacii, sive Cacao dicti libram unam,

Leniter torreatur, & cortice separato, in minutissimum pollinem teratur, qui cum

Sacchari albi libra semis,

probè subactus in pastam redigatur, leni calore exsiccandam.

Vires deprædicantur confortantes, impinguantes, & aphrodisiacæ, stomachum inprimis roborantes ejusque digestionem promoventes.

Simplici huic descriptioni, pro varia Medici intentione, & adfectuum aliarumque circumstantiarum varietate, plura alia ex tempore commisceri possunt. Qua ratione Siliquæ illæ aromaticæ, Vainiliæ quibusdam dictæ, sive Tlilxochitl, ab Olao Wormio lib. 2. Mus. cap. 31. descriptæ, Cinnamomum &c. interdum adduntur. Prout nec ipsos Americanos, à quibus ortum ducit hæc Confectio, eundem semper componendi modum observare legimus. Vid. præter alios, inprimis Opusculum Antonii Colmeneri de Ledesma, à D. D. Joh. Georg. Volckamero, Archiatro quondam Norico celeberr. A. 1644. Noribergæ editum.

ELECTUARIUM CONTRA DYSENTERIAM D. D. PHILIPPI HOECHSTETTERI.

℞. Conservæ Rosarum rubrarum antiquæ Vitriolatæ uncias duas semis,
Pimpinellæ sanguisorbæ drachmas decem,
Theriacæ Andromachi recentis unciam semis,
Trochiscorum de Spodio cum semine Acetosæ drachmas duas,

Rad.

Rad. Consolidæ majoris drachmas sex,
Crassulæ, seu Telephii Tragi unciam semis,
Pulveris Nucis moschatæ scrupulos quatuor,
Specierum Diarrhodon Abbatis scrupulos duos,
Croci Martis drachmam unam semis,
Rob Prunorum sylvestrium uncias tres,
Syrupi ex Rosis siccis,
Myrtillorum ana unciam unam.
Misce, fiat Electuarium.

Cum Trochisci Ramich & de Terra sigillata, quondam huic compositioni destinati, amplius in usu nobis haud sint, eorumque vices Trochisci de Spodio facilè supplere valeant, horum dosin, omissis prioribus illis, auctiorem ponere placuit. Vid. de hoc Electuario D. Authoris dec. 7. observ. med. cas. 9. in schol.

PHILONIUM ROMANUM NICOLAI MYREPSI, quod alias etiam MAJUS dicitur.

℞. Piperis albi drachmas quinque,
Opii drachmas duas semis,
Cassiæ ligneæ veræ drachmam unam semis,
Sem. Hyoscyami albi drachmas quinque,
Apii drachmam unam,
Petroselini Macedonici,
Fœniculi,
Dauci Cretici ana scrupulos duos, grana quinque,
Croci scrupulum unum,
Nardi Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ ana grana quindec.
Cinnamomi drach. un. semis,
Euphorbii,
Myrrhæ,
Castorei ana drachm. unam,
Mellis optimi triplum, id est, uncias octo, drachmas quatuor semis.

Colicos affectus, cæterarumque partium graves dolores, ventris, hypochondriorum, ventriculi, uteri, hepatis, lienis, renum, ab intemperie frigida, flatibus crassis aut crudis humoribus excitatos sedat, tusses intensissimas suffocationis periculum minantes, singultum etiam vehementem, nec non urinæ difficultatem tollit, sanguinis ejectionibus, tabidis, suspiriosis, pleuriticis confert, hæmorrhagiam sistit, somnum conciliat, & ita vires reficit, doloresque omnes abigit. Sed in colicis præcipuam habet dignitatem, eique affectui adhibet Galen. lib. 2. de locis affect. doloris enim magnitudo sæpè totam in se curationem intendit & in miseram vitæ desperationem multos conjicit.

DIASATYRIUM NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Radic. Satyrii recentium succulentarum,
Pastinacæ sativæ recent.
Eryngii recentium,
Nucis Indicæ,
Pinearum,
Pistaciorum ana unc. un. semis,
Caryophyllorum,
Zingiberis albi,
Sem. Fraxini,
Anisi,
Erucæ an. drach. quinque,
Urticæ,
Cinnamomi,
Carnis Scinci veri ana drachmas duas semis,

Moſchi grana ſeptem,
Mellis deſpumati optimi libras tres.

Radices Satyrii, Paſtinacæ & Eryngii ſeorſim benè tritæ, Melli imponantur ac ſubigantur, paululumque lento igne ferveſcant, deinde Piſtacia & Nuces Pineæ mundatæ ac tuſæ adjiciantur: ubi cum Melle aliquantulum bullierint, ſublato ab igne lebete, tuſæ & cribratæ Species, ac poſtremò Moſchus cum pauca Roſarum aqua ſolutus addatur; omniaque probè permiſceantur.

Analepticum eſt Medicamentum, conſumtos & emaciatos reficiens, ſemen augens, & venerem languidam concitans, contra renum & veſicæ imbecillitatem valet, remorantem urinam propellit.

Nota, Satyrii & Paſtinacæ radices Melle, aut Saccharo conditas, ad hujus compoſitionis ſtructuram adſervari poſſe, tamdiu donec Paſtinacæ ſativæ ad maturitatem pervenerint, unde Mellis libræ tres ſufficere poterunt.

Welſchius hujus Electuarii præparationem ſecundùm illam, in Diacoro Meſ. ab ipſo poſtea docendam inſtituit.

DIASCORDIUM HIERONYMI FRACASTORII.

℞. Scordii unciam unam,
Cinnamomi,
Caſſiæ ligneæ,
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Galbani,
Gentianæ,
Gummi Arabici ana unc. ſemis,
Seminis Acetoſæ,
Opii ana drachm. unam ſemis,
Styracis calamitæ drachmas quatuor ſemis,
Boli Armenæ unc. unam ſemis,
Terræ Lemniæ unciam ſemis,
Piperis longi,
Zingiberis ana drachm. duas,
Mellis clar. libras duas ſemis,
Conſervæ Roſarum libram unam.
Fiat Electuarium.

Egregium eſt ſudoriferum, in morbis malignis admodum proficuum; conducit etiam in diarrhœa, dyſenteria &c. Deſcribitur ab Hieronymo Fracaſtorio de Contag. & morbis contagioſis lib. 3. cap. 7. & in peſte correptis ac extremè deſperatis commendat hoc modo:

℞. Succi Lujulæ uncias duas,
Citri unciam unam,
Diaſcordii drachmam unam,
Specierum Cord. è Gemmis ſcrupulos duos,
Aceti unciam unam,
Omnia miſceto, pro una doſi.

Welſchius circa hujus Electuarii confectionem, ratione conſervæ roſarum, illud Guidonis contra peſtem conſulendum eſſe monet.

ELECTUARIUM, ſive CONSERVA SPAGIRICA.

℞. Saliũ cryſtalliſat. Abſinthii uncias duas,
Meliſſæ,
Urticæ ana unc. unam,
Tartari vitriolati unc. ſemis,
Arcani duplicati Mynſichti uncias duas.

Miſceantur, & fiat pulvis, cui adfundantur
Spiritus ſulphuris campanati drachmæ duæ;
poſtquam deferbuerint, addantur
Conſervæ flor. Roſar. rubrar.
Tunicæ ana libra una,
Olei

Olei Cinnamomi drachmæ quinque,
Corticum Citri,
Sem. Anisi ana drachma una,
Fœniculi,
Menthæ ana drachma semis.
Misceantur.

Si completa hæc Confectio desideretur, addantur ei
Ambræ griseæ grana quindecim, in Spiritu Rosarum solutæ.

Medicamentum hoc celebratur ut spleneticum & nephriticum eximium, dum obstructiones solvit, humores crassos attenuat, viscidos incidit, flatus dispellit, spiritus reficit, & calculum expellit. Cujus descriptionem, pro magno quondam secreto habitam, & ipsi tandem communicatam, debemus excellentissimo nostro Collegæ, D. D. Georgio Tobiæ Dürrio, Coll. Med. Vicario; quam etiam, ab hac tamen nonnihil diversam, Chimiæ suæ experimentali curiosæ sect. 6. cap. 16. Clar. D. Jo. Helfr. Jüncken inseruit.

ELECTUARIUM STOMACHICUM STROMAYERI.

℞. Zingiberis albi crassiusculè incisi unciam unam,
Caryophyllorum minutim incisorum unciam semis,
Acori conditi uncias tres,
Conservæ Menthæ,
Melissæ ana uncias duas,
Rosarum rubrarum uncias quatuor,
Sacchari albi uncias sex cum sufficiente quantitate aquæ rosarum soluti,
Fiat Electuarium.

Vires ejus in confortando stomacho, multiplici apud nos usu commendantur.

CONDITA.

Aurantiorum Cortices,
Flores,
Berberes cum stipitibus,
sine stipitibus,
Calamus aromaticus,
Cerasa acida,
Citri Caro,
Cortices,
Flores,
Cichorii radices,
Cydonia,
Enula,
Eryngium,
Lactuca Hispanica,
Myrobalani Chebulæ,
Nuces Juglandes,
moschatæ communes,
moschatæ Lusitanicæ majores,
Pimpinella,
Pruna sylvestria,
Ribes,
Satyrii radices,
Scorzonera,
Zingiber Chinense,
Indicum,
Vulgare,

Ex his, quæ apud nos condiri possunt, Saccharo clarificato, ut artis est, condiantur; reliqua aliunde ad nos allata, ut ritè se habeant, Pharmacopœus videat.

CONSERVÆ.

Acetosellæ,
Acori vulgaris,
Anthos,

Balau-

Balauftiorum,
Bellidis hortenfis,
Boraginis,
Calendulæ,
Cichorii,
Citrariæ,
Citri ex pulpa,
Cochleariæ,
Euphrafiæ,
Fumariæ,
Liliorum alborum,
Majoranæ,
Menthæ rubræ,
Papaveris erratici,
Pæoniæ,
Rofarum Damafcenarum,
Rubrarum fimplex.
Tunicæ,
Violarum,

Flores minutiffimè incidantur, & fingulis libris florum addantur Sacchari albiffimi libræ duæ, iis fcilicet, qui humidi ac mucilaginofi fuerint, ut Boraginis, & fimilium; ficcioribus verò, quales funt Majoranæ, Meliffæ &c. addantur Sacchari albiffimi libræ duæ femis, adfusâ aliquantulùm aquâ ftillatitiâ, ut commodiùs piftillo permifceri poffint.

DIACYDONITES SIMPLEX.

℞. Pulpæ Cydoniorum cum fucco Cydon. depurato paratæ,
Sacchari albiffimi defpumati & ad fpiffitudinem juftam cocti ana libras octo.


Coquantur ad debitam confiftentiam, ut poffit infundi fcatulis. Vel fiant in forma Electuarii fpiffi.

Eodem modo fiunt alia Electuaria ex Prunis, Pyris, Pomis, Perficis, Cerafis, Ribibus, Berberibus &c.

Quidam octo libris Pulpæ Cydoniorum addunt fex libras Sacchari clarificati.

DIACYDONITES AROMATICUM.

℞. Diacydonii fimplicis ad juftam confiftentiam cocti libram unam,
Specierum Imperatoris fine Mofcho, incifarum unciam femis,
Seminis Coriandri drachmam unam,
Corticis Citri exterioris recentis minutim incifi drachmas quinque,
Mifceantur & fundantur in fcatulas.



CLAS-

CLASSIS DECIMÆ TERTIÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

THERIACA COMMUNIS SEU AUGUSTANA.

℞. Rad. Enulæ libram ſemis, uncias quinque, drachm. ſeptem,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ libram ſemis, unciam unam ſemis,
longæ unciam unam ſemis, drachmas duas,
Gentianæ,
Dictamni albi,
Tormentillæ,
Spicæ Romanæ,
Calami aromatici ana unciam unam ſemis,
Mei,
Phu,
Pimpinellæ ana drachmas ſex,
Zedoariæ uncias duas, drachmas ſex,
Zingiberis drachmas tres,
Fol. Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos ana uncias tres, drachmas ſex,
Scabioſæ,
Sabinæ ana unciam unam, drachmas ſex,
Betonicæ,
Salviæ domeſticæ,
Praſii ana unciam unam ſemis,
Meliſſæ hortenſis,
Menthæ rubræ ana drachmas ſex,
Abſinthii,
Calaminthæ montanæ ana drachmas tres,
ComarumHyperici unciam unam, drachmas ſex,
Corticum Citri ſiccorum uncias tres, drachmam unam,
Sem. Rutæ unciam unam, drachmas ſex,
Ammeos,
Carvi ana drachmas ſex,
Baccarum Lauri unciam unam ſemis,
Granorum Juniperi uncias tres, drachmas ſex,
Nucum Juglandium numero ſexaginta,
Sandali rubri,
Succini citrini,
Macis ana drachmas ſex,
Piperis nigri,
Caſtorei ana drachmas tres,
Vitrioli præparati unciam unam ſemis,
Boli Armenæ præparatæ libram ſemis,
Opii Thebaici,
Sulphuris vivi præparati ana uncias tres, drachmam unam,
Cornu Cervi præparati unciam unam ſemis, drachm. ſemis,
Olei Juniperi è baccis uncias tres,
Oxymelitis Scillini libram unam,
Succi Corticum Fraxini uncias tres,
Vini Cretici libram unam,
Mellis optimi deſpumati triplum.

Simplicibus ſingulis ſuo tempore collectis, & artificiosè præparatis, fiat Theriaca in bona forma.

Theriaca hac vulgus ad ſubitas morborum invaſiones, ubi contagii alicujus ſuſpicio ſuberat, commodè quondam utebatur: Sudores enim potenter prolicit, humorum putre-

putredini adverſatur, eorumque corruptionem emendat; colicos inſuper, inflatos, ex ventre, veſica, ſtomacho, aut utero dolentes adjuvat, venenis reſiſtit, malignarum febrium primos inſultus reprimit, cordis noxas è putridorum ſuccorum halitu ortum ducentes diſcutit, coctionem adjuvat, frigidam viſcerum intemperiem corrigit, ac contra venenati aut contaminati aëris noxas ſalubriter adſumitur.

ANTIDOTUS MATTHIOLI.

℞. Rhabarbari,
Rhapontici,
Rad. Phu,
Calami aromatici,
Cyperi,
Quinquefolii,
Tormentillæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Pæoniæ,
Helenii,
Coſti,
Ireos Illyricæ,
Chameleontis albi ana drachmas tres,
Galangæ,
Imperatoriæ,
Dictamni albi,
Angelicæ,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas duas,
Agarici drachmas tres,
Gentianæ,
Morſus Diaboli ana drachmas duas ſemis,
Sem. Citri,
Viticis,
Cocci infectoriæ,
Fraxini,
Oxalidis,
Paſtinacæ ſylveſtris,
Napi,
Nigellæ,
Pæoniæ,
Ocimi,
Irionis,
Thlaſpios,
Fœniculi,
Ammeos ana drachmas duas,
Baccarum Lauri,
Juniperi,
Hederæ,
Smilacis aſperæ,
Cubebarum ana drachmam unam ſemis,
Foliorum Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Centaurii minoris,
Stœchadis Arabicæ,
Nardi Celticæ,
Calaminthæ,
Rutæ,
Menthæ,
Betonicæ,
Verbenacæ,
Scabioſæ,
Cardui benedicti,
Meliſſophylli ana drachmam unam ſemis,
Millefolii,
Libanotidis maris,
Dictamni Cretici ana drachm. tres,
Sampſuchi,
Hyperici,
Junci odorati,
Marrubii,
Galegæ,
Sabinæ,
Pimpinellæ ana drachmas duas,
Caricarum,
Nucum Juglandium,
Piſtaciorum ana uncias tres,
Myrobalanorum Emblicarum drachmas quatuor,
Florum Bugloſſi utriusque,
Roſarum,
Lavendulæ,
Salviæ,
Rorismarini ana ſcrupulos quatuor,
Croci drachmas tres,
Caſſiæ ligneæ veræ drachm. decem,
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,

Macis ana drachmas duas ſemis,
Piperis nigri.
longi,
Sandalorum omnium,
Agallochi ana drachmam unam ſemis,
Cornu Cervi unciam ſemis,
Unicornu drachmam unam,
Oſſis de corde Cervi,
Ramentorum Eboris,
Virgæ Cervinæ,
Caſtorei ana ſcrupulos quatuor,
Terræ Lemniæ drachmas tres,
Opii drachmam unam ſemis,
Margaritarum Oriental.
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Corallii rubri ana drachmam unam ſemis,
Camphoræ drachmas duas,
Maſtiches,
Thuris,
Styracis,
Myrrhæ,
Gummi Arabici,
Reſinæ Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laſerpitii ana drachmas duas ſemis,
Moſchi odorati,
Ambræ ana drachmam unam,
Olei Vitrioli unciam ſemis,
Specierum Cord. temperatarum,
Diamargariti frigidi,
Diamoſchu dulcis,
Diambræ,
De gemmis frigid.
Trochiſcorum de Camphora,
Scillinorum ana drachmas duas ſemis,
de Vipera uncias duas,
Succi Oxalidis,
Sonchi,
Scordii,
Echii,
Bugloſſi,
Meliſſophylli ana libram ſemis,
Hypociſtidis drachmas duas,
Theriacæ electæ,
Mithridatii optimi ana uncias ſex,
Vini veteris albi odorati libras tres,
Mellis optimi libras octo, & uncias ſex.

Fiat ſecundùm artem Electuarium eo modo, quo Theriaca aut Mithridatium conficiuntur.

Deſcribitur à Petro Andrea Matthiolo in Commentar. ad librum 6. Dioſcoridis. Ex cujus commendatione, facit adverſus pleraque venena, quæ per os ingeruntur, itemque adverſus ea, quæ morſu, vel ictu inferuntur; peſti plurimùm adverſatur, morboſque malignos præcavet & expellit, ac Theriacæ, aut Mithridatii vires æmulatur.

Si hujus Antidoti ex gr. libra ſemis cum Spiritus vini libris duabus ſemis aliquandiu digeratur, & liquor filtratus cum Syrupi de Corticibus Citri dimidia libra miſceatur, conſtituit AQUAM ANTIDOTALEM MATTHIOLI, iisdem, quibus ipſa Antidotus, viribus pollentem.

DIACORUM MESUÆ.

℞. Rad. Eryngii,
Calami aromatici,
Pinearum ana libram unam ſemis.

Radices Eryngii mundatæ & inciſæ coquantur in aqua clara, donec aqua conſumatur. Poſtea optimè piſtentur, & in minutiſſimas partes conterantur, ad pultis conſiſtentiam: deinde adfundendo Mellis optimè deſpumati libras decem, coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices imbiberunt, in vaporem reſoluta ſit, diligenter agitando, ne radices adurantur. Cùm autem juſtæ ſpiſſitudinis conſiſtentiam adquiſiverit, ab igne deponatur, & radices Acori tenuiſſimè tritæ ac Pineæ minutiſſime inciſæ, cum ſubſequenti pulvere optimè mixtæ, addantur:

℞. Piperis nigri unciam unam,
longi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Roſarum,
Macis ana unciam ſemis,
Nucis moſchatæ,

Galangæ,
Cardamomi ana drachmas tres.

Mesue ad nervorum ægritudines frigidas Conditum hoc præcipue commendat in praxi cap. de affect. nervorum.

Rectiùs fieri hoc Electuarium tali modo Welschius censet, ut radices eryngii & calami aromatici benè mundatæ, in taleolasque sectæ immittantur in vesicam, & adfusa aquæ sufficienti quantitate, atque apposito capitello cum recipiente coquantur, & aqua spirituosa & aromatica prodiens, adservetur, deinde aqua residua è radicibus decantetur, radices in umbra parùm siccentur, cum aqua decantata saccharum (quod melli præfert, licet cuivis integrum relinquat etiam mel accipere,) clarificetur, coletur per manicam, coquatur ad consistentiam sufficientem pro immiscenda aqua spirituosa prolecta, quæ ab igne remoto est jungenda: tum huic Syrupo admisce radices superiores, nec non pineas concisas, item aromata crassiuscule concisa & contusa.

ELECTUARIUM ALKERMES MESUÆ.

℞. Serici succo granorum tinctorum recenter tincti libram semis,
Succi Pomorum dulcium,
Aquæ Rosarum,
Sacchari albi ana uncias novem,
Ambræ griseæ drachmas duas,
Ligni Aloës optimi,
Cinnamomi electi ana drachmas tres,
Lapid. Cyanei loti & præparati,
Margaritarum albarum ana drachmas duas,
Foliorum Auri drachmam semis,
Moschi laudatissimi scrupulum semis.

Sericum in aqua & succo maceretur viginti quatuor horis, deinde paulisper his incoquatur, donec liquores isti rubescant, quos, expresso & abjecto Serico, coque cum Saccharo ad Mellis consistentiam. Ab igne depositis & adhuc calentibus misce Ambram, in particula Succi calentis solutam, Moschum aquâ Rosarum dilutum, pulverem Ligni Aloës, Cinnamomi, Lapidis Cyanei, & Margaritarum, ac tandem Folia Auri.

Vires ex superiore Confectione Alkermes patent.

CONFECTIO ANACARDINA MESUÆ.

℞. Myrobalanorum Chebularum,
Emblicarum,
Belliricarum,
Indarum.
Piperis nigri,
longi,
Castorei ana drachmas duas,
Costi,
Anacardiorum præparatorum,
Sacchari albi,
Sem. Nigellæ aut Erucæ,
Baccarum Lauri ana drachmas sex,
Cyperi drachmas quatuor.
Cum Melle despumato fiat Electuarium.

Valet ad ventris totius inferioris & cerebri affectus frigidos, sanguinem puriorem reddit, ac indè spiritu animali puriore tenuioreque effecto, sensus omnes juvat; unde eam Mesue Confectionem Sapientum esse dixit. Cautè tamen hoc Medicamento est utendum, & ab ejus adsumptione à labore, ira, coitu ac ebrietate cavendum.

Confectioni huic licet ad mentem Mesuæ butyri recentis non saliti unciæ quinque semis permiscendæ quondam fuerint. Quia tamen rancorem hinc facilè contrahere solet, Pharmacopœi nostri eandem sine eo parare consueverant, usûs tantùm tempore determinatam ejus quantitatem admiscentes; quod etiam planè omitti posset, si, quod verisimile videtur, correctioni acrimoniæ in Anacardiis recentioribus deprehendendæ, primitus fuerit destinatum, cùm, quæ ad nostras manus deveniunt, neque excessivâ illâ vi exurente ampliùs polleant, neque ea ipsa in præparatione, juxta modum præscriptum institutâ, superstes esse queat.

CONFECTIO ARCHIGENIS.

℞. Castorei,
Piperis longi,
nigri,
Styracis,
Spicæ,
Costi,
Galbani,

Opii ana unciam semis,
Croci drachmas duas.
Cum Mellis despumati sufficiente quantitate
Fiat Electuarium.

Efficax est ad sputum sanguinis, & tussim diuturnam ex materia corrupta saniosa, vel ab ulcere ac phthisi, mundificat enim & abstergit materiam crassam ac putridam; uteri præfocationi, paralysi, vesicæ vitiis, fluxui ventris, febrilibus paroxysmis ac venenis resistit.

In Zvvelferiano præparandi modo taxandum esse scribit Welschius, quod 1. pulvis croci admisceatur, qui tamen in Theriaca & Mithridatio semper vino dilui debuerit; 2. resinæ styracis uncia dimidia pro ipsius styracis uncia dimidia sumatur, quod etiam in Theriaca & Mithridatio factum fuit, cùm tamen ex uncia dimidia styracis tantundem resinæ impetrari nequeat. Ipsius verò præparationis modum addere, quòd omnibus sit notissimus, intermittit; id quod etiam de sequentibus duabus compositionibus animadvertit.

ATHANASIA MAGNA NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Cinnamomi,
Cassiæ ligneæ ana drachmas tres, grana septem,
Croci,
Schœnanthi,
Styracis calamitæ,
Opii,
Phu,
Betonicæ,
Sem. Hyoscyami,
Seseleos,
Apii,
Dauci,
Anisi ana drachmam unam semis, grana tria,
Spicæ Indicæ,
Symphyti,
Helenii,
Acori,
Asari,
Mei,
Cortic. rad. Mandragoræ,
Folii,
Polii,
Baccarum Lauri,
Piperis albi,
longi,
Castorei,
Myrrhæ,
Mumiæ,
Sanguinis draconis,
Boli Armenæ,
Charabe,
Corallii rubri,
Lapidis Hæmatitæ ana drachm. semis,
Sem. Oxyacanthæ uncias duas,
Plantaginis minoris drachmam unam, grana quatuor,
Petroselini drachmam semis,
Baccarum Myrti,
Rosarum ana drachmam unam, grana quatuor,
Succi Plantaginis uncias tres,
Hypocistidis,
Acaciæ,
Oxyacanthæ ana uncias duas,
Mellis triplum.

Dysenteria laborantibus & cœliacis confert, ac fluxum muliebrem superfluum restringit, facit ad profluvium sanguinis narium, aliarumque partium, & eos, qui cibum non retinent in ventriculo, juvat.

AUREA ALEXANDRINA NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Asari,
Carpobalsami ana drachmas duas semis,
Caryophyllorum,
Opii Thebaici,
Myrrhæ,
Cyperi rotundi ana drachmas duas,
Sem. Hyoscyami albi drachmas duas semis,
Seseleos,
Sinapis,
Saxifragiæ,
Anethi,
Anisi,
Cardamomi minoris,

Folii,
Salviæ,
Opobalsami,
Cinnamomi,
Cassiæ ligneæ veræ;
Costi veri,
Mei,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Euphorbii præparati,
Tragacanthi,
Thuris masculi,
Styracis calamitæ,
Corallii ana drachmam unam,
Aliptæ moschatæ,
Rhabarbari, aut Rhapontici veri,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Rad. Pæoniæ,
Eryngii,
Acori veri,
Aristolochiæ longæ,
Gentianæ,
Phu,

Cort. radic. Mandragoræ,
Sem. Ligustici,
Rutæ,
Sinoni, seu Amomi vulgaris Officinarum,

Carvi,
Amomi veri,
Petroselini Macedonici,
Ammeos,
Dauci Cretici,
Anacardii præparati,
Baccarum Lauri,
Piperis longi,
albi,
Rosarum rubrarum,
Thymi,
Pulegii,
Chamædryos,
Ligni Aloës,
Xylobalsami, vel Sandali citrini,
Castorei,
Opopanacis,
Mastiches,
Sulphuris vivi,
Margaritarum albarum,
Blattæ Byzantiæ,
Ossis de corde Cervi ana drachmam semis, grana tria,
Foliorum Auri numero viginti quinque,
Argenti numero duodecim,
Limaturæ Eboris,
Calami aromatici,
Pyrethri ana grana novem,
Mellis triplum.

Compositio hæc ab Auro, quod ad ejus constitutionem expetitur, vel potiùs à virium præstantia sic dici creditur, & paulo aliter à Fuchsio, ut & Actuario describitur. Efficax esse perhibetur contra capitis destuxiones à frigore conceptas, cum dolorem confestim mitiget, oculorum lachrymas sistat, dentium dolores sanet, & omnem noxam capitis à frigido & humido, non modo epota, sed & imposita, & fronti illita propellat; comitialibus, vertiginosis, paralyticis, apoplecticis utilis, furiosorum incompositos motus compescit, tabidis, tussiculosis, asthmaticis, sanguinis rejectionibus, cardiacis, ischiadicis, colicis, nephriticis, dysuriæ, stranguriæ, ischuriæ est auxilio, calculos renum & vesicæ comminuit, quotidianis ac tertianis febribus circa accessionis initium cum decocto Stœchadis medetur.

ELECTUARIUM CHALYBEATUM.

℞. Limaturæ Chalybis præparat. uncias septem.
Cinnamomi acuti,
Nucis moschatæ ana drachmas sex,
Rhabarbari electi drachmas duas,
Specierum Aromat. Rosati drachm. sex,
Mellis optimi despumati,
Sacchari albissimi ana uncias tredecim.
Misce ad lentum ignem, & fiat Electuarium.

Hujus Electuarii inventor existit Fabricius Barzonius, Professor Bononiensis, fuitque ejus usus in jecoris diuturna obstructione, & albo virginum ictero. Erat id quondam familiarissimum Clarissimis viris D. D. Cratoni, Philippo Menzelio, ac Thomæ Meermanno, quo muliebrem præsertim cachexiam pellebant.

CON-

CONDITUM PRO FAMILIA ANTIDOTALE STAPEDII.

℞. Granorum Juniperi uncias sex,
Caricarum pinguium num. duodecim,
Nucleorum Nucum Juglandium uncias octo.
Conservæ florum Boraginis,
Buglossi ana uncias quatuor,
Theriacæ veteris,
Mithridatii optimi ana uncias duas,
Radicum Tormentillæ,
Gentianæ,
Pimpinellæ,
Angelicæ,
Zedoariæ ana unciam unam.
Cum Syrupo de Limonibus fiat Conditum.

Vires ex inscriptione patent.

ELECTUARIUM DIURETICUM BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ.

℞. Cineris putaminum ovorum, è quibus pulli sunt exclusi,
Vitri combusti,
Lapidis Spongiæ,
Judaici ana drachmam unam semis,
Sem. Apii,
Rusci,
Petroselini,
Asparagi,
Levistici ana drachmam unam,
Anisi,
Glycyrrhizæ ana unciam semis,
Sanguinis Hirci præparati drachmas quinque,
Mucilaginis Sebesten libram unam,
Sacchari rubri libram semis,
Oxymelitis compositi uncias tres,
Pistaciorum mundatorum uncias quatuor.

Infundantur Pistacia in aqua cineris calidi per duos dies, postea minutim incidantur, & coquantur simul mucilagines: Oxymeli & Saccharum deinde in mortario incorporentur cum Pistaciis & aliis Speciebus. Fiat Electuarium.

Confert in urinæ retentione, dysuria, & stranguria: Nam urinam potenter provocat, & calculos rumpit. Cæterùm cùm in usu nobis ampliùs haud sit, multa de eo verbo facere nil attinet.

ELECTUARIUM DE SCORIA FERRI RHASIS.

℞. Myrobalanorum Indarum,
Belliricarum,
Emblicarum ana drachmam unam,
Spicæ Indicæ,
Schœnanthi,
Cyperi,
Zingiberis,
Piperis,
Ammeos,
Thuris ana unciam semis,
Scoriæ Ferri infusæ aceto per dies septem, postea torrefactæ drachmas tres,
Mellis decocti cum Apozemate Emblicarum uncias sedecim.
Misce, fiat Electuarium.

Ejusdem cum præcedenti Electuario chalybeato est virtutis.

ELECTUARIUM MAGNANIMITATIS.

℞. Elect. Diasatyriu unciam unam semis,
Diacori Mesuæ drachmas tres,
Nucis Indicæ conditæ,
Radicis Satyrii conditæ,
Specier. Diatrion pipereon,
Confectionis Anacardinæ ana drachmas duas,
Pistaciorum mundatarum,
Pinearum mundatarum ana unciam semis,
Sem. Erucæ,
Urticæ,
Pastinacæ ana drachmam semis,
Priapi Tauri,
Cervi,

Testi-

Testiculorum Equi ana drachmam unam semis,
Carnis Scincorum drachmas duas,
Cardamomi minoris,
Boracis Veneti ana drachmam semis,
Cantharidum ablatis alis & capitibus numero duodecim,
Moschi grana quinque,
Ambræ grana tria.
Cum brodio Nucis moschatæ Indicæ Fiat Electuarium.

Aphrodisiacas vires obtinet.

MICLETA NICOLAI MYREPSI.

℞. Quinque generum Myrobalanorum parùm tostarum ana drachmas duas semis,
Sem. Nasturtii,
Cumini,
Anisi,
Fœniculi,
Ammeos,
Carui ana drachmam unam semis.

Omnia cruda terantur, & macerentur in modico Aceto vini, horis viginti quatuor, exsiccentur subinde adsperso aceto, ac torrefiant leniter super prunas, deinde addantur sequentia:
Spodii de Ebore,
Balaustiorum,
Pulpæ Rhois, id est, Sumach,
Mastiches,
Gummi Arabici ana drachma una, grana quindecim,

Omnia cum Oleo Rosaceo fricentur & commisceantur cum Syrupi Myrtini triplo, id est, unciis decem, drachmis tribus & quartâ parte drachmæ.

Utilis est dysenteriæ, intestinorum levitate laborantibus, inflationibus intestinorum: ad omnes insuper cœliacos affectus atque hæmorrhoides fluentes efficax. Cæterùm qui hac uti velit, pro lubitu eam ipse emendet, cùm emendationem non uno modo admittat.

ELECTUARIUM DE OVO MAXIM. IMP. P. F. AUG.

℞. Ovum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id, quod vacuum est, Croco Orientali non pulverisato imple, vitellum non auferendo: postea cum alio putamine iterum occlude, ne quid transpiret, & lento igne tamdiu assa in ollula, donec tota ovi testa nigrescere incipiat, diligenter cavendo, ne Crocus comburatur. Exemta è testa materia exsiccetur, ut in mortario exquisitissimè contundi, & in pulverem redigi queat, addendo pulveris Sinapis albi, quantum prædicta omnia ponderant. Postea

℞. Pulver. Dictamni albi,
Tormentillæ ana drachmas duas,
Myrrhæ,
Cornu Cervi,
Angelicæ,
Pimpinellæ,
Granorum Juniperi,
Zedoariæ,
Camphoræ ana unciam semis.

Misce omnia simul in mortario, & tandem adjice Theriacæ optimæ ad pondus omnium, ac iterum pistillo fortiter contunde & commisce, per tres quasi integras horas agitando. Fiat Electuarium, ut est artis.

Præcipuus ejus usus est in peste & præservatione à venenis deleteriis: sudores potenter movet, & venenatos ichores à centro ad circumferentiam propellit, cor à tetris fuliginibus tuetur, ac pestilentis luis noxas disjicit.

Nucem vomicam, Venenorum classi à multis illatam, & cujus drachma una huic compositioni quondam destinabatur, consultò omittimus; cùm sine ea Electuarium vires suas alexipharmacas satis exserat; vel aliorum ad exemplum, semine Citri, radice Petasitæ, aliisve, locus ejus securiùs impleatur.

Welschius non putat, in hoc Electuario (quod Imperatori ab impudenti quodam empirico obtrusum scribit Casp. Hofmannus lib. 2. de med. offic. cap. 162. §. 150.) ovi vitellum addi propter

propter vim alexipharmacam, ſed ut croci color intendatur; id quod mangonium ſit pigmentariorum; ſi autem accipiatur vitellus ferè, ſed tamen non planè ad duritiem coctus, & in mortario ei ſenſim pulvis croci terendo permiſceatur, tunc ipſum colorem adquirere elegantiſſimum.

ELECTUARIUM GUIDONIS CONTRA PESTEM,

QUOD ALII

ELECTUARIUM PAPÆ VOCANT.

℞. Granorum Juniperi drachmas duas ſemis,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Zingiberis albi,
Zedoariæ ana drachmas duas,
Radic. Gentianæ,
Tormentillæ,
Dictamni albi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
longæ ana drachm. duas ſemis,
Doronici drachmam ſemis,
Herbæ Tunicæ, vel Cardui benedicti drachmas duas,
Salviæ,
Rutæ,
Balſamitæ,
Menthæ criſpæ ana drachmam unam,
Baccarum Lauri,
Croci Orientalis,
Sem. Acetoſæ,
Citri,
Ocimi,
Ligni Aloës,
Sandali citrini,
rubei,
albi,
Maſtiches,
Thuris,
Boli Armenæ,
Terræ Lemniæ,
Spodii præparati,
Oſſis de corde Cervi,
Raſuræ Eboris,
Margaritarum præparatarum,
Coralliorum rubrorum,
Fragmentor. Sapphiri,
Smaragdi ana drach. ſemis,
Conſervæ Roſarum,
Bugloſſi,
Nymphææ,
Theriacæ Andromachi ana unciam unam,
Sacchari optimi libras tres.
Diſſolvatur Saccharum cum aqua Scabioſæ & Roſarum, addendo
Camphoræ ſcrupulum unum.
Miſceantur omnia, ut eſt artis.

Febrium malignarum & contagioſarum impetus frangit, ac peſtilentis luis ſeminaria disjicit, venenatam materiam ſudore excludens, & tam in præſervatione quàm in curatione magnas vires obtinet.

Ne flocculi ex conſervis, ſi Electuarium in liquoribus diſſolvendum ſit, negotium faceſſant, in ipſa ejus præparatione hoc modo procedere conſulit Welſchius, ut ſaccharum clarificetur cum aqua ſimplici, & coquatur ultra conſiſtentiam tabellarum, deinde admiſceatur aquæ ſcabioſæ & roſarum tantum, quantum ſaccharo immiſceri poteſt, cum his extrahantur conſervæ, & per linteum exprimantur, expreſſum jungatur ſaccharo, deinde cum reliquis ſpeciebus procedatur, ut artis eſt. *Quamvis hujus Electuarii uſus, per DEI gratiam, quæ noſtram Urbem per plurima luſtra à peſtifero contagio immunem præſtitit, nullus apud nos ſit uſus, ob conſervam tamen roſarum in Diaſcordio Fracaſt. ſuperius recenſito, notari debet, laborioſa extractione dictæ conſervæ cum aqua aliqua opus non eſſe, cum roſas minutiſſime inciſas, & dein cùm ſaccharo inſuper bene contuſas periti Pharmacopœi adhibere ſoleant, ut nullus flocculorum metus ſupereſſe queat.*

PHILONIUM MESUÆ.

℞. Piperis albi,
Sem. Hyoſcyami albi ana drachmas viginti,
Opii drachmas decem,
Croci drachmas quinque,
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Caſtorei ana drachmam unam,
Mellis deſpumati quadruplum.

Ex Meſuæ commendatione, mitigat dolores ventriculi, uteri, coli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, uteri, excitatos à crudis humoribus, aut flatu craſſo, aut amborum cauſa intemperie frigida; valet etiam ad ſuffocationis periculum, ſingultum vehementem, & urinæ difficultatem.

PHILONIUM PERSICUM MESUÆ.

℞. Piperis albi,
Hyoſcyami albi ana drachmas decem,
Opii,
Terræ Lemniæ ana drachmas quinque,
Lapidis Hæmatitæ,
Croci ana drachmas duas ſemis,
Caſtorei,
Spicæ Indicæ,
Euphorbii,
Pyrethri,
Margaritarum.
Charabe,
Zedoariæ,
Doronici,
Trochiſcor. Ramich ana drachmam ſemis,
Camphoræ ſcrupulum ſemis,
Mellis triplum.

Ejus uſus eſt ad uteri hæmorrhagias, procidentiam, hæmorrhoides, & cruentas excretiones per inferna, ſanguinis ſputum compeſcit, & fœtum in utero retinet.

PHILONIUM TARSENSE GALENI.

℞. Croci drachmas quinque,
Pyrethri,
Euphorbii,
Nardi Indicæ ana drachmam unam,
Piperis albi,
Sem. Hyoſcyami ana drachmas viginti,
Opii drachmas decem,
Mellis triplum,
Confice ſecundùm artem.

Quoad vires cum Philonio Meſuæ convenit.

REQUIES NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Roſarum rubrarum,
Violarum ana drachmas tres,
Opii,
Sem. Hyoſcyami,
Papaveris albi,
Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Pſyllii,
Cort. rad. Mandragoræ,
Nucis moſchatæ,
Cinnamomi,
Zingiberis ana drachmam unam ſemis,
Sacchari cantii drachmam unam,
Sandali albi,
rubri,
Spodii,
Tragacanthi ana ſcrupulos duos, grana quinque,
Sacchari uncias decem,
Cum Aqua Roſarum modica miſce.

Sic adpellata ab effectu, quòd dolorem obtundat ac mitiget, caloremque febrium mitiorem reddat, & iis, qui hanc ſumunt, requiem adferat. Eſt etiam utilis temporibus, & pulſibus manuum inuncta, cordis dolorem lenit, ſomnumque conciliat.

Welſchianus parandi modus: Saccharum una cum ſaccharo cantho ſolvatur, coquatur ultra conſiſtentiam tabell. cui poſtea ab igne remoto admiſceatur aquæ roſarum ſufficiens quantitas, deinde addantur ſpecies omnes una cum tragacantho, ſ. a. in pulverem redactæ, & debite miſceantur.

DIASCORDIUM SYLVII.

℞. Radicum Gentianæ unciam ſemis,
Angelicæ drachmas duas,
Foliorum ſiccorum Scordii unc. duas,
Cardui benedicti,
Dictamni Cret. ana unc. ſemis,
Croci optimi drachmas duas,
Acaciæ veræ drachmam unam ſemis.
Cum ſufficiente quantitate Spiritûs vini fiat extractio, quæ ad Extracti liquidi conſiſtentiam inſpiſſetur. Cui addantur
Extracti mollioris Opii cum Aceto deſtillato facti drachmæ duæ,
Gummi Arabici puriſſimi in uncia una ſemis Aquæ Fœniculi ſoluti uncia ſemis,
Boli Armenæ præpar. uncia una ſemis,
Pulv. Radicum Imperatoriæ uncia una,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi optimi ana unc. ſemis,
Nucis moſchatæ drachmæ tres.
Miſceantur.

Vires cum Fracaſtoriano eædem; quas in minori tamen doſi largitur.

SOTI-

SOTIRELLA PARVA.

℞. Olei Nucis moſchatæ expreſſi drachmam unam,
Opii Thebaici,
Specier. Diambræ incompl. ana drachmam ſemis,
Camphoræ,
Extracti Croci ana grana ſex,
Ol. Caryophyllorum deſtill. guttas quindecim.
Redigantur in formam Opiatæ ſpiſſioris.

Cavernis dentium indita dolores eorundem ſopit ac placat, ad quorum auxilium præcipuè expetitur, Raymundo Minderero, Collegæ quondam noſtro adſcripta.

TRYPHERA MAGNA NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Opii drachmas duas,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Coſti,
Styracis calamitæ,
Cyperi,
Calami aromatici,
Rad. Ireos Illyricæ,
Peucedani,
Acori, aut Galangæ majoris,
Cort. Mandragoræ,
Roſarum rubrarum,
Nardi Celticæ,
Piperis,
Aniſi,
Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Dauci,
Sinoni,
Hyoſcyami,
Hyſſopi,
Sem. Ocimi ana drachmam unam,
Mellis deſpumati triplum, ſeu uncias decem ſemis.

Putredines humorum emendat, & bonum corporis habitum reſtituit; porrò ad omnia muliebria vitia à frigiditate nata conferre Nicolaus tradit.

TRYPHERA MINOR PHÆNONIS MESUÆ.

℞. Myrobal. Chebularum,
Belliricarum,
Indarum,
Emblicarum,
Nucis moſchatæ ana drachmas quinque,
Sem. Naſturtii,
Aſari,
Origani Cretici,
Piperis,
Thuris,
Ammeos,
Zingiberis,
Foliorum Tamaricis,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Cyperi ana drachmas quatuor,
Scoriæ Ferri, aut Chalybis quinque diebus Aceto macerati drachmas viginti,
Myrobalani cum Butyro recenti non ſalito modicùm aſſentur, reliqua Oleo Amygdalorum dulcium imbuantur: deinde adde
Moſchi drachmam unam,
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras duas, uncias novem, drachmas ſex,
Fiat Electuarium.

Ventriculum, hepar, renes, veſicam roborat: Ob id fluorem alvi, hæmorrhoidum & menſium immodicum cohibet, ſanguinis corruptionem, nec non cruditates, ac in ventriculo putredines humorum emendat, bonumque colorem reddit.

TRYPHERA SARACENICA MESUÆ.

℞. Quinque generum Myrobalanorum ana drachmas quinque,

Cinnamomi,
Trium Piperum,
Eryngii,
Folii,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi utriusque,
Caſſiæ ligneæ,
Lepidii,
Cyperi,
Apii,
Sem. Fraxini,
Caryophyllorum,
Been utriusque,
Zingiberis ana drachmas duas,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Seſami excort. ana drachmas tres,
Amygdalorum utrorumque ana drachmas quinque,
Ligni Aloës,
Rhabarbari,
Rutæ,
Sem. Fœniculi,
Maſtiches ana drachmas duas,
Ocimi caryophyllati,
Menthæ ſiccæ,
Origani Cretici ana drachmam unam ſemis.

Fricentur Myrobalani tritæ cum Butyro vaccino recente non ſalito, reliquæ verò Species Oleo Amygdalorum dulcium: & cum triplo Mellis deſpumati fiat Electuarium.

Coctionem ventriculi & hepatis ſuo calore juvat: Ob id flatus diſſipat, humores in ventriculo & aliis viſceribus putres abſumit, laſſitudinem tollit, oris ac corporis reliqui odorem & colorem commendat.

ELECTUARIUM VITÆ ARNOLDI DE VILLA NOVA.

℞. Uvarum paſſarum libram unam,
Glycyrrhizæ raſæ unciam ſemis,
Myrobal. Chebularum,
citrinarum,
Indarum ana unciam unam,
Emblicarum,
Belliricarum ana drachmam unam.

Decoquantur cum Aquæ fontanæ ſufficiente quantitate, poſtea colentur & exprimantur. In Colatura ſolvatur
Sacchari libra ſemis.

Coctis ad formam Syrupi addatur,
Cinnamomi electi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis moſchatæ ana drachma una,
Sem. Aniſi,
Fœniculi ana uncia ſemis.
Miſceantur, ut eſt artis.

Ventriculum roborat, ſimulque leniter evacuat.

CONSERVA HEDERÆ TERRESTRIS COMPOSITA.

℞. Folior. Hederæ terreſtris,
Rutæ ana unciam ſemis,
Raphani unciam unam,
Rad. Angelicæ,
Leviſtici ana drachmas ſex,
Sacchari albi libram unam, uncias quatuor ſemis,

Ex inciſis & contuſis fiat Conſerva, quæ, ſi aridior evaſerit, ſucco Citri aut Limonum adjecto q. ſ. redigatur ad debitam conſiſtentiam.

Ejus in peſte uſus eſt, ad eliciendum ſudorem; quâ olim feliciſſimo ſucceſſu Clariſſimus D.D. Leonardus Rauvvolffius, Reipub. quondam noſtræ Medicus eximius, infectionis tempore utebatur.



CLAS-



CLASSIS DECIMÆ QUARTÆ, OLEORUM COCTORUM, INFUSORUM, ET EXPRESSORUM SERIEM COMPLECTENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

OLEUM ABSINTHII.

℞. Olei Olivarum libras tres,
Comarum Abſinthii Pontici recentis contuſarum libram unam,
Roſarum rubrarum unciam ſemis.

Macerentur per triduum in loco calido, deinde coquantur, usque dum prunis injectum non amplius ſtrepat Oleum, quod colatum ſervetur.

Calefacit & roborat, præſertim ventriculum, adpetitum excitat, obſtructiones aperit, lumbricos necat, & ventriculi flatus diſſipat.

Cum in hoc aliisve Oleis partium ſubtiliorum jacturam fieri conſideret, easdem conſervare, oleisque combinare ſtuduit Welſchius ſequenti modo: ℞. herb. recent. inciſ. & contuſ. adfunde vini veteris q. s. deſtilla indè, quamdiu aliquid ſpirituoſi prodit, deſtillatum ſuper herbam recentem rectifica, ſi ita lubet, non tamen diutiùs urgendo, quàm quamdiu ſpiritus prodit, cum reſiduo coque oleum olivarum, donec prunis adſperſum non amplius ſtrepat, deinde colato admiſce deſtillatum ſuperius ſ. a. & probe agitando. Atque etiamſi ſpiritus ab oleo nonnihil ſepararetur, agitatione tamen ſtatim iterum ſe conjungeret. Quanquam fortaſſe melius foret, digeſtione aut circulatione arctius unire, cujusmodi operationis veſtigia apud Paracelſum deprehendimus, qui lib. 8. Archidox. pag. 821. in Elikſir ſubtilitatis dicto, oleum olivarum, & vini ſpiritum, & Q. Eſſentias herbarum miſcere docuit. *Vel, quia nunquam unio liquoris deſtillati, cum Oleo oliva-*

olivarum est speranda, Medicus facilè & rectiùs olei destillati, vel proprii, vel scopo suo convenientis alterius guttulam unam aut alteram instillando, eundem effectum obtinere poterit.

OLEUM ANAGALLIDIS.

Oleum Anagallidis paratur ut Oleum Abrotoni, inferiùs describendum.

Præsentaneum remedium esse creditur variis puerorum doloribus in infimo ventre exsuscitatis à flatulentis, sabulosis, biliosis & pituitosis contentis; sive enematibus admistum injiciatur, sive exterius adplicetur.

Rationem parandi hoc oleum eandem cum præcedenti commendat Welschius; *quo labore tamen, cum destillatus liquor, si ullarum, certè exiguarum sit virium, supersedere licet.*

OLEUM ANETHINUM.

Oleum Anethinum fit ex floribus & Foliis Anethi, ac Oleo claro, eodem modo, quo Oleum Abrotoni.

Anodynum est, tumores concoquit, & resolvit, somnum conciliat, rigorem febrilem, spinæ & partibus nervosis accessionis initio illitum tollit, cephalalgiam mitigat, uteri duritiem emollit, menstrua provocat, lassitudines discutit, dolores articulorum levat, calefacit & emollit, nervis gratum, ac convulsionibus medetur.

Censura Welschiana de præparatione hujus olei, scil. per destillationem, eadem est cum præcedentibus, uti de sequentibus quoque, de capparibus, chamæmelo, cheyrino, costino, crocato, enulato, jasmini, irino, ligustrino, liliorum convallium, lumbricorum terr. simplici, menthæ, nardino composito & simplici, populino, ranarum, resolvente, rutæ, linelæo rutaceo, sambucino, scorpionum composito, & magno M.

OLEUM DE CAPPARIBUS.

℞. Corticis rad. Capparum unciam unam,
Tamarisci,
Florum Tamarisci,
Seminis Agni casti,
Ceterach,
Cyperi ana drachmas duas,
Rutæ drachmam unam.

Trita & cum Aceto irrigata, cum Olei olivarum libra una coquantur ad humiditatis aqueæ consumtionem, colentur & exprimantur.

Lienis tumoribus duris ac scirrhosis, ejusque obstructionibus medetur.

OLEUM DE CASTOREO JACOBI DE MANLIIS.

℞. Castorei,
Styracis calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Cassiæ ligneæ veræ,
Croci,
Opopanacis,
Cubebarum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Costi ana drachmas duas,
Cyperi,
Schœnanthi,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri ana drach. duas semis,
Olei libras tres.

Omnia calore arenæ conjunctim digerantur in vase clauso. Postea colentur.

Valet ad omnes nervorum & cerebri affectus frigidos, tetanum, *con-*

convulsionem, tremorem, ac paralysin, rigoresque febriles sedat, spinæ dorsi illitum.

Oleum hoc Welschius ita parat. ℞. Species omnes, (exceptis styrace, galbano, euphorbio & opopanace,) incisis & contusis adfunde vini veter. q. s. destilla indè partem subtiliorem, &, si vis, instituatur cohobatio; cum residuo coque olei ℔iij. donec non amplius in prunis strepat, deinde colato admisce destillatum superius s. a. & gummi galbanum, ac opopanacem in aceto s. a. soluta & colata atque inspissata, ut & pulverem euphorbii & styracis, aut, si quis pulverem aspernaretur, addere posset olea horum destillata in debita proportione, fiatque Linimentum potiùs quàm Oleum dicendum.

OLEUM CHAMÆMELINUM.

Oleum Chamæmelinum fit ex floribus Chamæmeli recentibus, & Oleo claro, ut Oleum de Abrotono.

Phlegmonas mitigat, moderatè resolvit, fluxiones vi suâ modicè adstringente cohibet, ideoque colicis, arthriticis, aliorumque dolorum initiis salubre est; lassitudines juvat, hypochondria tensa laxat, febres discutit, præsertim quæ à stipata cute proveniunt.

OLEUM DIACOLOCYNTHIDOS.

℞. Olei Absinthii,
Rutæ ana unciam unam,
Fellis bubuli,
agnini ana unciam semis,
Pulpæ Colocynthidis,
Hellebori nigri ana drachmas duas.

Coquantur ad humiditatis aquosæ consumtionem, & colentur.

Umbilico vel inferiori ventri illinitur, quando alvus est obstructa, vermes enecat, aliisque insuper usibus inservit. Vid. Philipp. Grulingius in Florileg. Hipp. Galen. Chym. part. 6. cap. 30.

OLEUM CYDONIORUM MESUÆ.

℞. Cydoniorum non excorticatorum libras duas,
Olei Olivarum libras tres.

Post factam macerationem fiat coctio ad humidi aquei exhalationem, colatura, & expressio.

Melinum Dioscoridi dicitur, stringit & refrigerat, ad ventriculi & jecoris imbecillitates utile, ventrem totum inferiorem ac nervos laxos roborat, stomacho in vomitiones effuso, lienteriæ, diarrhœæ ac dysenteriæ medetur; spinæ illitum & thoraci, sudores immodicos cohibet.

Circa hoc oleum talem format Welschius censuram: quia tantùm adstringere debet & refrigerare, ideo fiat per simplicem coctionem. *Ast si in cæteris destillatio strictè sit observanda, in hoc certe oleo non esset negligenda, præsertim cum in cydoniis particulæ admodum fragrantes emineant, viresque ei adscriptæ in adstringendo & refrigerando unicè haud consistant.*

OLEUM FORMICARUM.

℞. Formicarum uncias duas,
Olei libram semis.

Macerentur æstate ad Solem, vel alio calore, diebus quadraginta, postea colatum Oleum reponatur.

Eo partes generationi dicatas ad venerem concitandam & imprægnationem promovendam inungunt.

OLEUM HYPERICI.

℞. Florum Hyperici ad maturitatem ſeminis ferè accedentium contuſorum, libras tres,
Croci ſcrupulos quatuor,
Olei clari libras duas.

Poſt factam trium dierum macerationem bulliant ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, poſtea exprimantur, & expreſſum commiſceatur cum
Terebinthinæ claræ libra una.

Calefacit & ſiccat, eſſentiæque eſt tenuis: Unde ad omnes dolores à frigido contractos, iſchiadicis præterea & varicibus utiliter adhibetur, contra dentium dolorem, podagram, chiragram, articulorumque dolores ſalubre remedium, nervorum puncturis & vulneribus efficax eſt, & illitu ac fotu convulſiones prohibet, ambuſtis cicatrices ducit, & vulnera glutinat.

Deſtillationem huic quoque Oleo Welſchius adjudicat, cum vino nempe, quod olim hujus olei elaborationi deſtinatum fuerat; crocum autem in fine cum ſpiritu vini parumper dilutum, ut & terebinthinam admiſcet.

OLEUM JASMINUM.

Fit ex floribus Jasmini, & oleo nucleorum Ban, vulgo Ben dictorum, vel etiam oleo Amygdalorũ dulcium; goſſypium nempe carptum oleo imprægnando, & cum floribus Jasmini recentibus aliquoties ſtratificando, tandemque exprimendo. Prolixiorem parandi modum inprimis Tobias Aldinus cap. 6. Deſcriptionis rariorum plantarum Horti Farneſiani Romani, pag. 78. &c. & pag. 100. exhibuit.

Uſus ejus nobis potiſſimùm eſt ad odoris gratiam; quamvis nec medicas ei vires denegemus, quas cephalicas & cordiales poſſidet.

OLEUM LILIORUM
ALBORUM SIMPLEX.

℞. Florum Liliorum alborum, abjecto, quod Croceum eſt,
Olei ana libras tres.

Macera & inſola per dies octo, poſtea coque & exprime.

Dicitur & Crininum, Lilinum, ac Suſinum; reſolvit, digerit, concoquit, dolores à frigore thoracis, ventriculi, coli, uteri, renum, veſicæ, & nervoſarum partium ſedat, ac mitigat, convulſionibus, colicis item doloribus inunctum aut ſuppoſitum confert; utile eſt cumprimis muliebribus malis, uteri ſuffocationes & durities ſolvens, gravidis ad facilem partum auxilio eſt, ulcera capitis manantia, furfures, varos, fervidasque eruptiones ſanat, vibices, cicatricesque celerrimè ad colorem reducit, & omnem inflammationem cum vitellis ovorum inunctum diſcutit.

(Welſchianus Oleum hoc parandi modus ita ſe habet: ſpecies omnes cum vino deſtillantur, ut in Oleo Abſinthii, excepta maſtiche, quæ in olei jam parati particula ſ. a. ſolvi & reliquo admiſceri poteſt. Ad Ol. lil. alb. comp. p. 192.)

OLEUM LUMBRICORUM
TERRESTRIUM SIMPLEX.

℞. Lumbricorum terreſtrium libram ſemis,
Laventur in Vino, deinde immittantur in Olei Roſati libras duas.

Coquantur ad humidi aquoſi conſumtionem.

Anody-

Anodynum est, & cujus fotu nervi recreantur: Unde in eorum vulneribus, atque resolutionibus utile illud experimur.

OLEUM MASTICHINUM MESUÆ.

℞. Olei Rosati libram unam,
in qua dissolve
Mastiches uncias tres.
Fiat colatura.

Mediocriter calefacit, adstringit, & emollit, ventriculum firmat, illitum in lienteria & intemperie frigida sicca salubre exsistit, ad cœliacorum, stomachicorum ac dysentericorum cruciatus utile, tumores duros lenit, cerebrum, nervos, & juncturas roborat.

OLEUM MENTHÆ.

Fit ex Mentha domestica crispa, cum Oleo, ut Oleum de Abrotono.

Ventriculo imbecillo & refrigerato adhibetur: Eum namque calefacit, roborat, nauseam abigit, vomitionem sistit, adpetentiamque excitat.

OLEUM NYMPHÆÆ.

Fit ex floribus Nymphææ, ad modum Olei de Abrotono.

Refrigerat, cephalalgiam ex febrium incendio, indeque enatum delirium, Papaverino mixtum, mitigat, insomnium abigit, urinæ ardori, intemperiei calidæ renum, eorumque ulceri, & vesicæ commodum, illitum aut injectum, gonorrhœam & tentiginem arcet, genitalibus illitum.

OLEUM RESOLVENS, vulgò RESOLUTIVUM.

℞. Rad. Cucumeris asinini,
Bryoniæ,
Althææ ana libras tres,
Olei communis libras decem.

Macerentur aliquandiu, coquantur postea secundùm artem, & exprimantur.

Resolvit, digerit, mollit, alta penetrat, ac frigidos & contumaces dolores mitigat.

OLEUM ROSATUM.

℞. Olei communis,
Rosarum Damascenarum nondum penitus apertarum & contusarum ana libras quatuor.

Macera & insola per dies octo, postea cola & exprime. Nonnulli tres instituunt infusiones, pro singulis uncias sedecim Rosarum recipientes, in ultima verò infusione Rosas relinquentes.

Vim habet repellentem, mitigatoriam, concoquentem, & discussoriam, inflam̄ationes extinguit, refrigerat, roborat, rheumatismos sistit, alvum, solvit, ventriculo æstuanti, uteri inflam̄atioui, capitis & meningum cerebri vulneribus succurrit, dolores mitigat, ac somnum inducit, in dolore dentium inter initia utiliter adhibetur, ulceribus in capite manantibus, & fervidis eruptionibus illinitur, lumbricos & ascarides potum deturbat, podagricis doloribus ac inflam̄ationibus, & hæmorrhoidibus com̄odè illinitur.

LINELÆON RUTACEUM.

Ex foliis Rutæ recentibus & Oleo Seminis Lini expreſſo, ſumendo amborum æquales partes, coctione & expreſſione paratur.

Singulare admodum eſt adverſus lienis ſcirrhos, & duritiem: Tumores enim emollit, ratione Olei Lini, eosdemque diſcutit ac digerit, ratione Rutæ; variis inſuper aliis uſibus in morbis accomodatum exſiſtit.

OLEUM SCORPIONUM MAGNUM.

℞. Olei Olivarum libras tres,
Summitatum Hyperici manipulos decem,
Scordii manipulum un. ſemis,
Calaminthæ,
Cardui benedicti ana manipulum unum.

Herbæ contuſæ & in Oleo maceratæ coquantur ad humiditatis aqueæ exhalationem. In colatura infundantur:

Rad. Zedoariæ,
Dictamni albi,
Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana drachmæ tres,
Baccarum Juniperi unc. ſemis,
Cinnamomi drachmæ ſex,
Schœnanthi,
Croci ana drachma una,
Styracis,
Benzoini,
Myrrhæ,
Theriacæ,
Mithridatii ana uncia ſemis,
Scorpionum vivorum numero trecenti.

Macerentur per triduum in Balneo, vaſe benè tecto, poſtea colentur & exprimantur.

Cùm alterum illud Oleum Scorpionum Matthioli, verè, ſi compoſitionem & præparationem ſpectes, magnum dictum, magnos requirat ſumtus & longum pro elaboratione tempus, nec omni cenſurâ careat, eidem præſens hoc contractius ſubſtituere voluimus; cujus uſus inprimis in febribus malignis, externè ſi inungatur, eſſe poterit.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX MESUÆ.

℞. Scorpionum numero triginta,
Olei Amygdalorum amarorum libras duas.

Macerentur in vaſe vitreo ſtricti orificii per dies triginta in loco calido, poſtea colatum ad uſus reponatur.

Veſicæ ac renum calculum diſſolvit, lumbis, pubi, perinæo in Solii egreſſu illitum, & in porum urinarium imiſſum, venenis, præcipuè à Scorpione ictis, ac peſtilentiæ adeo reſiſtere creditur, ut ejus ſolo uſu quendam cum famulitio à peſtilentiæ contagio ſervatum ſcribere non dubitaverit Manardus, & ex ſola inunctione aliquos eſſe liberatos, qui ſæviſſima venena biberant.

OLEUM STOMACHICUM FLORENTINUM.

℞. Maſtiches uncias ſex,
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum ana uncias quatuor,
Schœnanthos,

Macis

Macis ana unciam unam,
Ligni aloës uncias quinque,
Olei Maſtichini libras duas.

Coquantur in vaſe benè cooperto, & colentur.

Oleum hoc, ſub epitheto Magni Ducis Hetruriæ notum, & Florentia etiam ad nos adferri ſolitum, in Joh. Prevotii Hortulo Medico deſcribitur, in calefaciendo & roborando ventriculo, flatibusque diſcutiendis ſeſe commendans.

OLEUM E FLORIBUS VERBASCI.

Fit ex Verbaſci floribus, ut Oleum e floribus Liliorum alborum.

Ad podagricos & alios dolores, præſertim calidos laudatiſſimum. Commendatur etiam in hæmorrhoidibus.

OLEUM VIOLACEUM.

Oleum hoc fit ex floribus Violarum ac Oleo Olivarum, ſicut Roſaceum.

Frigidum ac humidum eſt, tenuium partium, leniens & modicè aperiens, ad inflammationes idoneum, fiſtulæ pulmonariæ aſperitatem, pulmonem & thoracem lenit inuncto thorace, unde & tabidis & hecticis eſt remedio: in phreneſi ac vigiliis fronti & temporibus impoſitum ſomnum conciliat, hepati ac præcordiis adhibitum febrium ardentium æſtus mitigat, renumque ac jecoris im̃oderatum calorem extinguit.

OLEUM, ſive BALSAMUM VULNERARIUM MINDERERI.

℞. Terebinthinæ Venetæ unciam unam ſemis,
Gummi Elemi quantum in ea ſolvi poteſt,
Olei Hyperici unciam unam,
Olei Ceræ deſtillati ſcrupulos duos.
Miſce.

In vulneribus recentibus ſingulare remedium eſt, ſi lintea eo madida imponantur.

OLEA EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALORUM AMARORUM.

℞. Amygdalorum amarorum ſiccorum, non tamen rancidorum, à cortice membranoſo mundatorum quantum voles.

Contundas minutiſſimè, poſtea ſecundùm artem prælo exprimas.

Primo ordine calidum eſt, in humido & ſicco temperatum; unde calefacit, attenuat, incidit & digerit, aurium tinnitus ac flatus è craſſa & frigida materia ortos diſſipat, auditumque hinc obtuſum reſtaurat, obſtructa aperit, cutis maculas & aſperitates tam reliquarum partium, quàm faciei (quas ephelidas & panos vocant) delet, manantia capitis ulcera furfuresque detergit, nervorum affectus frigidos, duros, & dolentes calore tenuante ac digerente ſanat, lumbricos necat, & frigidis uteri malis prodeſt, cujus dolores, ſtrangulatus, inflam̃ationes ſanat,

capitis dolores instillatum sedat, urinæ difficultati pubi illitum, calculosis, renum vitiis, stranguriæ in fistulam urinariam imissum medetur, suspiriosis, lienosis, jecinorosis & tabidis subvenit.

OLEUM AMYGDALORUM DULCIUM.

Fit ut Oleum Amygdalorum amarorum.

Eo utimur ad gutturis, faucium, & bronchiorum asperitatem leniendam, vel per se, vel adjecto Saccharo, præsertim Cantio Violato; duritiem omnem ac siccitatem articulorum corrigit, cutem erugat, scabra & aspera polit, densa emollit, phthisicis & atrophiâ laborantibus ac consumtis utile: Alimentum enim humidum & lentore mediocri diuturnum præstat; calore est temperatum, humidoque secundum ordinem attingit, quo nomine omnem intemperiem sedat, ac semen genitale promovet, uteri, vesicæ, & urinæ ardores mitigat, colicos ac nephriticos cruciatus cum pari portione Olei amygdalorum amarorum mirificè levat, partium difficultates & labores torminosos discutit, & lenit, nephriticis & lotii acrimoniâ laborantibus per Syphonem injectum tepidum mirè confert.

OLEUM HYOSCYAMI.

Semina Hyoscyami contunduntur, torrentur & exprimuntur.

Dioscorides ex semine Hyoscyami albi recentis, & siccati, aquâ calidâ consperso, tritoque hoc oleum parare docuit.

In Phlegmone & ulceratione partium pudendarum utriusque sexus præ reliquis locum habet.

OLEUM LAURINUM.

℞. Baccarum Lauri recentium electarum, maturarum & contritarum quantum voles.

Eæ in aqua coquantur, colentur, & exprimantur; cui expresso, postquam refrigeratum fuerit, oleum supernatat.

Vis ejus calefactoria vehemens, molliens, tenuans, aperiens, discutiens, exsiccans, intemperiem omnem partium frigidam solam, aut cum pituita & flatibus sanat, cerebri, nervorum, articulorum, ventriculi, intestinorum, præsertim coli, hepatis, lienis, renum, & uteri affectibus frigidis medetur, ac dolorem his succedentem abolet, rigori febrili spinæ dorsi illitum, paralysi, nervorum vitiis, algoribus, ischiadicis, capitis doloribus inveteratis ac destillationibus auxiliatur, auribus illinitur, renum morbis frigore contractis succurrit, lassitudines discutit, scabie infestatis, & asperâ impetigine laborantibus in balneo inunctum medicatur. Fugiendum tamen in scabie, aut impetigine inflāmationem minante, & calidis ac biliosis naturis; vermes & pediculos enecat, capitis furfures, ophiasim, & alopeciam delet, capiti tamen calido non admovendum.

Quamvis Oleum hoc apud nos, ob defectum recentium baccarum Lauri, commodè parari nequeat, cum tamen frequens ejus usus esse soleat, parandi modum adponere volumus.

OLEUM SEMINIS LINI.

Lini semina contusa & assata exprimantur.

Viri-

Viribus proximum Chamæmelino & Anethino, anodynum est, convulsionem curat, articulorum, musculorum, nervorum, ac cervicis durities mitigat, ani affectibus confert, abscessus ejus, fissuras & hæmorrhoidum dolores curans. In pleuritide sacra multorum apud nos est anchora; quod etiam Manardus pleuriticis linctu aut potu exhibebat; quod magnopere probavit Gesnerus, qui in epistola quadam ad Clar. Adolphum Occonem hunc in modum scripsit; Jam quater aut quinquies feliciter propinavi, primum bis ante sesquiannum in pleuritide cruda & maligna, jam desperatis ferè virgini & mulieri, quarum unaquæque mox magnâ admiratione meâ restitui cœpit. Postea juveni in morbo quodam interiore incognito ferè, nec satis jam memini, etsi annotavi. Quartò in tussi ac dyspnœa ante paucos dies mulieri gutturosæ, quæ heri ad me venit, & pro hoc consilio gratias egit. Omnibus paulo post soluta alvus est satis copiosè. Tres aut quatuor uncias unâ vice bibi jubeo. Odoris quidem ejus gravitas plerisque adeo molesta & fastidiosa est, ut secundò sumere nollent, sed nullum periculum, nullum incom̃odum sequitur, & Medicus necessitatem in gravissimis morbis, non voluptatem sumentium spectare debet. Si ritè pureque paretur, & Medicus domi haberet, confidentiùs dari posset; etsi Brassavolus non admodum laudet; ego pro cognita felicissima, & admiranda ejus facultate DEO gratias ago: Hactenus Gesnerus.

OLEUM NUCUM JUGLANDIUM.

Conficitur ut Oleum Amygdalorum amarorum.

Flatus crassos dissipat, tumores dissolvit, nervis punctis cum calce lota utiliter adhibetur, scabiei medetur, & variis vitiis cutaneis.

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ.

Nuces moschatæ radulâ attritæ, aut concisæ, & diligenter contusæ, aquæ calidæ vapore irrigantur, ex quibus postmodum, dum adhuc calent, Oleum exprimitur.

Ori ventriculi inunctum mirè eum roborat, deglutitum calefacit mediocriter, & anhelitum com̃endat, illitum veneris tentiginem excitat, stomachicis quoque frigidâ & humidâ intemperie laborantibus conducit.

OLEUM SEMINIS PAPAVERIS ALBI.

Præparatur ut Oleum Seminis Hyoscyami.

Utile est anodynum ad ardorem febrium mitigandum; fronti & temporibus adpositum, somnum conciliat, & dolores capitis tollit.

OLEUM E VITELLIS OVORUM.

℞. Ova recentia numero centum, coquito, donec penitus indurentur. Postea Vitellos eorum exime, & comminutos assa in sartagine, donec rufescant, & pinguedinem quandam emittant: deinde adhuc ferventes & forti sacculo inclusos exprime.

Cutis fœditatem mirè aufert, cicatricibus decorem addit, iis præcipuè, quæ in ambustis relictæ sunt, aurium, dentium, sedis doloribus, ejusque reliquis affectibus convenit, pilos auget, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia eluit, lentigines & fœdas oris maculas detergendi, ac resolvendi vi delet, rhagadiis utile, fissuras manuum, pedum, & ani sanat, dolores ulcerum, articulorum, omniumque locorum nervosorum sedat, ad aurium quoque dolores ac ulcera facit, ambustis utile, & in membranis cerebri partes contusas à sanis feliciter separat.

CLASSIS DECIMÆ QUARTÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

OLEUM ABROTONI.

℞. Abrotoni recentis incisi & contusi libras tres.

Macerentur in Olei clarissimi libris tribus per triduum, deinde coquantur, donec prunis inspersum non ampliùs strepat oleum, quod colatum usui servetur.

Adhibetur ad producendos pilos, & in eorum defluvio cum Ladano & Ursi pinguedine glabris locis illinitur.

OLEUM ARANEARUM MINDERERI.

℞. Olei Nymphææ,
Lumbricorum terrestrium ana uncias sex,
Hyperici uncias duas,
Foliorum Rutæ,
Florum Sambuci ana recentium manipulum unum semis,
Aceti Rosacei,
Calendulæ ana uncias tres,
Aranearum crassarum magnarum numero quadraginta quinque.

Decoquantur omnia ad humiditatis consumptionem, colentur & exprimantur. In hoc colato infundantur rursus.
Araneæ crassæ numero viginti quinque, ac addatur
Camphoræ cum spiritu Rosarum dilutæ drachma semis.
Digerantur & reponantur ad usum.

Proderit hoc Oleum ad inunctionem regionis cordis & arteriarum, in febre maligna petechiali, ad venenum evocandum.

Voluit Auctor supplere eo vices Olei Scorpionum Matthioli, quòd magno pretio veneat, & Germania Scorpionibus carere credatur; quamvis eis, copiosè utpote aliunde, ex agro potissimum Tridentino ad nos allatis, haud careamus.

OLEUM CHEYRINUM MESUÆ.

Oleum Cheyrinum fit ex Leucojis luteis, hoc est, ex Cheyris citrinis, & Oleo claro, ad modum Chamæmelini.

Attenuat, lenit, ac digerit, dolores ex flatibus à materia frigida & pituitosa mitigat,

gat, ventris torminibus, nec non resolutis succurrit, nervorum & juncturarum dolores levat, thoraci, pectori, vesicæ ac renibus confert, menses provocat, uterique suffocationi medetur, lumbricos interimit, partumque facilitat.

OLEUM COSTINUM MESUÆ.

℞. Costi amari uncias duas,
Cassiæ ligneæ veræ unciam unam,
Summitatum Sampsuchi uncias octo,
Olei Sesamini libras tres.
Trita macerentur biduo, deinde colentur.

Calefacit, ideoque nervorum ex frigore injurias propellit, paralysi confert, nervos roborando, ventriculum, musculos, tendines & ligamenta confirmat, spinæ illitum mitigat febrium rigorem, capillorum defluvium prohibet, ac mucoso humore canitiem accelerante consumto, eam moratur.

OLEUM E CROCO MESUÆ.

℞. Croci unciam semis,
Myrrhæ electæ drachmas duas,
Cardamomi drachmas quatuor semis,
Olei uncias novem.
Digerantur omnia leni calore, colentur, & exprimantur.

Nervos ac uterum roborat, eorum dolorem sedat, convulsionique & uteri noxis confert.

OLEUM DE ENULA MESUÆ.

℞. Radicum Enulæ recentium contusarum libram unam,
Olei Sesamini libram semis.
Coquantut ad humiditatis aquosæ consumtionem: colatura servetur usui.

Calefacit, tenuat, digerit: Ob id affectibus nervorum, uteri & vesicæ frigidis, febrium quoque rigori, & colo à flatibus dolenti medicatur.

OLEUM EX EUPHORBIO MESUÆ.

℞. Euphorbii triti unciam semis,
Olei Cheyrini uncias quinque,
Coquantur & colentur.

In frigidis cerebri noxis, hemicrania, cephalalgia & lethargo adhibetur; epispasticis medicaminibus utiliter admiscetur; alopecias, & capillorum defluvia sanat, in coxæ aliorumque articulorum doloribus inveteratis, laudatissimum remedium; ast cautè & nonnisi vehementer frigidis vitiis adhibendum; in aurium tinnitu, sibilo, & hebetiore sensu ex frigiditate contracto tepidum adhibet Galenus 2. compos. Medic. localium.

OLEUM JASMINI.

Fit ex floribus Jasmini, & Oleo veteri claro, ut Oleum Cheyrinum.

Frigidis affectibus adfert remedium: Unde partibus calefactionem & relaxationem desiderantibus utiliter adhibetur, Chamæmelino aut Cheyrino viribus proximum.

Hujus quidem odor suavis in præparatione perit: Eodem tamen hic absque virium dispendio facilè carere possumus.

OLEUM IRINUM MESUÆ.

℞. Radicum Ireos libras tres,
Florum ejusdem libras sex.
Macerentur in decocto aliarum radicum Ireos quantum sufficit; postea addantur
Olei veteris libræ duæ.
Coquantur, & exprimantur.

Vim habet calefactoriam & emollientem, roborat, tenuat, resolvit, tergit, & maturat, convulsionibus efficax, aurium sonitus tollit, quæ in thorace sunt & pulmone concoquit, asthmaticos juvat, tussim compescit, strumas dissipat, aliosque tumores duros hepatis & splenis, articulorum dolores & durities emendat; facit ad intestinorum tormina ac ilei cruciatus, naribus illitum destillationibus & ozænis medetur. Datur iis, qui cicutam, coriandrum, aut fungorum venenum hauserunt, ut præsentissimum Alexipharmacum.

OLE-

OLEUM LIGUSTRINUM MESUÆ, SIVE CYPRINUM.

Fit ex floribus recentibus Ligustri, cum Oleo, ad modum Olei Chamæmelini.

Arabibus de Alcanna dicitur, nobis Ligustrinum, quod ex Ligustri floribus fiat. Calefacit & moderatè adstringit, emolliendi vim habet, vulvæ ac nervorum affectibus subvenit, pleuriticis, opisthotonicis & angina laborantibus succurrit, capillos à canitie vindicat.

OLEUM LILIORUM ALBORUM COMPOSITUM MESUÆ.

℞. Mastiches,
Calami aromatici,
Costi,
Carpobalsami ana unciam unam,
Caryophyllorum,
Cinnamomi ana unciam semis,
Croci drachmas tres.

Omnia, post sufficientem macerationem in Olei Liliorum alborum simplicis libris duabus, colentur.

Viribus cum simplici convenit, eique prævalet.

OLEUM LILIORUM CONVALLIUM.

Fit ex floribus Liliorum Convallium & Oleo claro, ut Oleum Liliorum simplex.

Spasmo, convulsioni ac tremori, aliisque frigidis nervorum noxis succurrit, puerulorum item tormina mitigat.

OLEUM LUMBRICORUM COMPOSITUM.

℞. Olei Lumbricorum simplicis uncias tres,
Florum Hyperici uncias duas,
stillatitii Rorismarini scrupulum unum.
Misce, servetur ad usum.

Viribus cum simplici convenit, ad supradicta tamen majoris efficaciæ compertum.

OLEUM MANDRAGORÆ.

℞. Corticum rad. Mandragoræ libram unam,
Capitum Papaveris nigri uncias sex.

Contundantur, & coquantur in aqua sufficienti, colato decocto addantur
Succorum Hyoscyami albi unciæ duæ,
Cicutæ teneræ uncia una,
Olei Violarum libræ duæ,
Opii,
Styracis calamitæ ana uncia semis.

Succi cum Oleo coquantur ad humiditatis aqueæ consumptionem, & colentur, addendo tandem Styracem & Opium.

Commendatur ad omnem inflammationem extinguendam, somnum conciliandum, capitis dolores sedandos, phreneticis, febricitantibus, & vigilantibus conveniens, fronti, temporibus, ac naribus illitum.

Welschius hoc Oleum præparat, sumendo sem. papav. & hyoscyami expressum, miscendoque cum Oleo violat. & Oleo mandrag. simpl. (omissa cicuta,) & addendo opii debitam quantitatem s. a. nec non styracem vel in pulverem redactum vel ejusdem Olei debitam proportionem.

OLEUM MOSCHELINUM NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Olei libras sex,
Macis,
Nardi Indicæ,
Costi,
Mastiches ana unciam unam semis,
Styracis calamitæ,
Croci,
Myrrhæ,
Cinnamomi,
Cassiæ ligneæ veræ ana drachmas sex,
Carpobalsami,
Caryophyllorum,
Bdellii ana unciam semis,
Nucis moschatæ numero duas.

Omnia post biduanam macerationem in vase probè tecto, leni arenæ calore factam colentur, & addatur Moschi in particula Spiritus Rosarum soluti drachma una.

Μοσχέλαιον *dicendum à Moſcho, qui ejus compoſitionem ingreditur. Frigidis affectibus eſt præſtantiſſimum, ventriculo præſertim debili, quem roborat & calefacit, dolorem lateris illitum ſanat, ſtranguriofis, colicis, ac nervorum omnibus propè vitiis confert.*

Welſchianus parandi modus hac ratione ſe habet: ℞. folium aut macim, nardum Ind. coſtum, crocum, cinnamomum, caſſiam, cubebas, caryophyllos, nucem moſch. & adfuſa vini ſufficienti quantitate, ac prægreſſa ſ. a. maceratione, fiat deſtillatio cum cohobatione. Cum reſiduo coque ſ. a. Olei ℔vi. cola, in particula colati ſolve maſtichen & admiſce; in deſtillato infunde ſtyracem & myrrham, cola, & adde, (bdellium omitti poteſt,) tandem moſchus in ſpiritus deſtillati particula ſolutus addatur.

OLEUM MYRTILLORUM.

℞. Olei Olivarum libras tres,
Myrtillorum libram unam.
Myrtilli contundantur, atque ſi exſiccati fuerint, vino conſpergantur, poſtea cum Oleo ad humiditatis aqueæ exhalationem coquantur & colentur.

Adſtringit, & refrigerat, cerebrum, nervos & ventriculum roborat, viſcerum phlegmonis utile, gingivis, dentium dolori, dyſentericis, cœliacis, vulvæ exulceratæ, ulceribus vetuſtis vel manantibus, cum ſquama æris & cera medetur; attrita ſanat, furfures, rhagades, condylomata, articulos luxatos, & omnia, quæ adſtrictionem deſiderant; hæmoptoicis, & ſanguinis ex pectore rejectioni confert; & ad arcendam phlegmonem in ulcere pulmonis Galenus illinit, capillorum defluvium prohibet, adjecto præſertim Ladano, Galen. 1. de Comp. Med. ſec. loc. cap. 2.

OLEUM MYRTINUM.

Oleum Myrtinum fit ex foliis Myrti, ut Myrtillorum Oleum.

Eaſdem ferè vires obtinet, quas Oleum Myrtillorum; adſtringit enim & roborat.

OLEUM NARDINUM SIMPLEX MESUÆ.

℞. Olei Seſamini libram unam ſemis,
Spicæ Nardi aromaticæ uncias tres.
Poſt factam digeſtionem colentur.

Calefacit, tenuat, digerit, modicè adſtringit; quocirca auxiliatur ſtomachicis, cœliacis, deſtillationi ac thoracis vitio obnoxiis, ventriculum firmat, coctionem procurat, viſcerum phlegmonis, jecoris inflammationi, ac pulmonum ulceribus medetur, cerebri & nervorum frigidos affectus ſanat, ac aurium dolores mitigat, tremulis & paralyticis ſummum eſt remedium, uteri præfocationes, & tumores ſuppoſitum diſcutit, aut etiam injectum veſicæ dolori, renumque calculis opitulatur.

OLEUM NARDINUM COMPOSITUM MESUÆ.

℞. Spicæ Indicæ uncias tres,
Majoranæ uncias duas,
Ligni Aloës,
Enulæ,
Macis,
Calami aromatici,
Foliorum Lauri,
Cyperi,
Schœnanthi,
Cardamomi ana unciam unam ſemis.
Contundantur omnia craſſiusculè, deinde cum
Olei Seſamini libris quatuor,
aliquandiu macerentur, & colentur.
Vires ſimplicis, ſed efficaciores obtinet.

OLEUM PAPAVERINUM.

℞. Capitum Papaveris,
Foliorum Papaveris,
Florum ejuſdem ana libram unam.
Contuſa infundantur in Olei libris tribus, poſtea ſufficienter coquantur & colentur.

Intemperiem calidam ſanat, febrium ardores ac inſomniam mitigat, fronti, auribus, naribus, & temporibus illitum, ſomnum conciliat, aſperam arteriam lenit, renumque doloribus ex intemperie calida medetur.

OLEUM DE PIPERIBUS MESUÆ.

℞. Piperis longi,
albi,
nigri ana drachmas tres,
Myrobal. Chebulorum,
Emblicorum,
Indorum ana drachmas quinque,
Radicum Apii,
Fœniculi ana drachmas tres semis,
Turbith drachmas duas,
Zingiberis drachmas tres,
Summitatum Hyſſopi,
Rutæ viridis ana manipulum unum.
Coquantur in quantitate aquæ ſufficienti ad tertias. Colaturæ adde
Olei amygdalorum dulcium libras duas.
Recoque ad conſumtionem aquæ, in fine addendo ſequentia gummi in aceto diluta:
Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniaci ana drachmas duas ſemis.

Cerebri & nervorum frigidas noxas propellit, quia calefacit, tenuat, abſtergit, diſcutit, aperit, eoque nomine calculo medetur; ad paralyſin, ſpasmum, tremorem, epilepſiam, uteri, coli, renum ac veſicæ affectus frigidos & articulorum dolores adhibetur, menſes evocat, & ventriculum imbecillum firmat.

Welſchius ſic conficit hoc Oleum: ℞. ſpecies, exceptis gumm. & turpetho, deſtillentur cum vini ſ. q. reſiduum coque c. oleo ſimpl. (non enim opus eſt amygdalinum ſumere,) cola, adde deſtillatum, in quo ſagapenum, opopanax & ammoniacum fuerunt ſoluta ac colata, item turpethi reſinam vel extracti debitam proportionem in ſpiritus ſuperioris particula ſolutam.

OLEUM POPULINUM NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Olei communis libras ſeptem, uncias duas,
Gemmarum Populi, arboris, recentium Veris initio collectarum libras tres.
Gemmæ Populi terantur, & macerentur in Oleo, poſtea coquantur ad conſumtionem humiditatis aqueæ, colentur & exprimantur.

Emollit, tenuium eſt partium & calidum, arthriticis ac podagricis utile.

OLEUM RANARUM.

℞. Ranarum fluviatilium libram ſemis,
Olei Seſamini libram unam ſemis.
Coquantur usque ad Ranarum diſſolutionem, poſtea colentur.

Refrigerat: Ob id podagram & alias arthritidis ſpecies calidas mitigat, ac incendium febrium ardentium compeſcit, fronti & temporibus illitum ſomnum conciliat.

OLEUM ROSATUM OMPHACINUM.

℞. Olei Omphacini, id eſt, Olivarum immaturarum,
Roſarum rubrarum nondum penitus apertarum, ana libram unam.
Fiat ut Oleum Roſatum ſuperiùs deſcriptum.

Juxta Nicolaum Myrepſum, caput calefactum ex mora in ſole, in febribus &c. juvat, cum humectet, mitiget & ſomnum inducat.

OLEUM ROSATUM COMPOSITUM MESUÆ.

℞. Olei Olivarum vulgaris,
Roſarum rubrarum apertarum & contuſarum ana libram unam,
Infuſi Roſarum libram ſemis.
Coquantur ad humidi aquoſi conſumtionem, colentur, & exprimantur.

Roborandi, reſolvendi & leniendi vires Meſue ei adſcribit.

OLEUM RUTÆ.

Præparatur ex Ruta, & Oleo vulgari, eodem modo, quo Abrotoni Oleum præparare docuimus.

Calefacit, tenuat, & digerit, illitum & cum clyſteribus injectum colicum dolorem ſedat, vitreum phlegma ejiciens, laterum, renum, veſicæ ac uteri dolores à cauſa frigida juvat, nervorum & ſpinæ reſolutioni, convulſionibusque medetur & flatus diſſipat.

OLE-

OLEUM SAMBUCINUM.

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci & Oleo clarissimo, ut Oleum Abrotoni.

Lenit, abstergit, cutim mundificat, ictero & hepati obstructo confert, articulorum & nervorum doloribus utile: Eos namque roborat, epotum aut injectum alvum irritat, serosaque excrementa per inferna educit. Fit quoque ex medio Sambuci cortice similiter macerato Oleum, quod ad ambusta Italis usui est.

OLEUM SAMPSUCHINUM, i. e. MAJORANÆ.

℞. Foliorum Sampsuchi manip. quatuor,
Serpilli manipulos duos,
Foliorum Myrti manipulum unum,
Abrotoni,
Sisymbrii, seu Menthæ aquaticæ ana manipulum semis,
Cassiæ ligneæ veræ uncias duas,
Olei Omphacini libras tres.

Concidantur & contundantur omnia, postea addendo Olei Olivarum libras tres, in vase optimè clauso macerentur ad Solem vel alio calore, diebus octo; dein exprimantur, & expressum Oleum infundatur recentibus Speciebus, & hoc etiam tertiò faciendo.

Lassitudinibus utile est, frigidis cerebri & nervorum vitiis prodest, spinæ in balneo inunctum paralysin juvat, & spasmum cynicum, naribus immissum, aut ore detentum, sternutamentum leviter ciet; in opisthotonicorum, & convulsorum cataplasmata additur, auribus immissum tinnitum à flatu dissipat, menses, secundinas, ac partus expellit, uteri suffocationi, & Scorpionum morsibus medetur.

OLEUM SCORPIONUM COMPOSITUM MESUÆ.

℞. Aristolochiæ rotundæ veræ,
Gentianæ,
Cyperi,
Cort. radicum Capparum ana unciam unam,
Olei Amygdalorum amarorum libram unam semis.

Macerentur in Oleo contusæ Radices ad Solem fervidum, vel alio calore, deinde coquantur aliquantulùm, injectis tandem Scorpionibus numero viginti: postea excolatum Oleum reponatur.

Usus idem est ac simplicis.

Welschius hoc Oleum, juxta normam Olei Absinthii, per destillationem conficit, vel saltem Oleum scorpionum simplici destillatum ex speciebus adjungit.

OLEUM SCORPIONUM MAGNUM MATTHIOLI.

℞. Olei Olivarum vetustissimi libras tres,
Florum Hyperici virentium ac modicè conquassatorum manipulos tres.

Insolentur simul in vase vitreo probè obturato, recondita per dies decem vel duodecim, dehinc in calente Balneo Mariæ macerentur horis viginti quatuor, tum verò colentur & exprimantur.

HOC FACTO.

℞. Flor. Hyperici recent.
Chamædryos,
Calaminthæ,
Cardui benedicti ana manipulum unum.

Flor. & Herb. priùs contusæ Oleo admisceantur, macerenturque in Balneo per triduum, postea colentur & exprimantur.

POST HÆC.

℞. Florum Hyperici à caulibus repurgatorum, ac modicè contusorum manipulos tres.

Submergantur in eodem Oleo, ac per triduum itidem in Balneo macerentur, colentur & exprimantur, eandem infusionem readsumtis semper recentibus floribus ter vel quater reiterando, donec Oleum sanguineum colorem adquirat.

HIS PERACTIS.

℞. Granorum viridium Hyperici, quod defloruit, in cacumine plantæ natorum, in quibus semen continetur, manipulos tres.

Contundantur & vino albo meraco perfusa in prædictum Oleum immissa per octiduum insolentur, postea vero tridui spatio in Balneo macerentur, colentur & exprimantur, laborem hunc novis semper readsumtis seminibus ter vel quater sic repetendo, ut Oleum obscuri sanguinis colorem referat. Tunc verò

℞. Scordii recentis,
Calaminthæ,
Centaurii minoris,
Cardui benedicti,
Verbenacæ,
Dictamni Cretici ana manipul. semis.

Tusa ac in Oleo priore demersa, per biduum in Balneo macerentur, colentur & exprimantur ut suprà.

POSTEA.

℞. Zedoariæ,
Rad. Dictamni,
Tormentillæ,
Aristol. rotundæ ana drachm. tres,
Scordii manipulum unum.

Hæc omnia tusa ut priùs in Balneo adfuso priore Oleo per triduum rursus macerentur, colentur, & exprimantur:

Expresso & colato huic infunde denuò
Styracis calamitæ,
Laseris, seu Benzoini ana drachmas sex,
Baccarum Juniperi unciam semis,
Melanthii drachmas duas,
Cassiæ ligneæ, vel Cinnamomi odoratissimi drachmas novem,
Junci odorati, seu Schœnanthi,
Cyperi rotundi ana drachm. unam semis,
Sandali albi unciam semis.

Contusa in Oleum immittantur, rursusque ut antea per triduum in eodem rorido Balneo macerentur, tum colatum ac expressum Oleum calens superinfundatur trecentis Scorpionibus vivis diebus canicularibus lectis, qui priùs vitreo vase conclusi, ac calidis cineribus superimpositi in iram exarserint, & sudare inceperint. Hi unâ cum hoc Oleo tridui spatio in Balneo macerati exprimantur, Oleumque abjectis Scorpionibus percoletur:

In hoc rursum infunde
Rhabarbari selectissimi,
Myrrhæ,
Aloës hepaticæ ana drachmas tres,
Spicæ Indicæ drachmas duas,
Croci drachmam unam,
Theriacæ,
Mithridatii ana unciam semis.

Tundenda contundantur, ac cum cæteris Oleo prædicto immergantur, macerenturque sic simul omnia in Balneo calente per triduum, postea absque colatura reponantur in usum.

Viperarum, aspidum, ac venenatorum animalium morsibus auxilio est. Pulsibus ac extimæ cordis parti ad sinistram mammillam inunctum, repetitâ per ternas horas illinitione, omnibus venenis per os sumtis, si modò ea erodentia non fuerint, efficacissimè succurrit, quin etiam pestiferis morbis sic adhibitum medicatur, nec non ab iisdem præservat.

Welschianus conficiendi modus ita se habet: Fiat destillando herbas, florum hyperici bonam partem, radices, baccas juniperi, rhabarbarum, & aromata, cum vino s. a. residuum autem cum Oleo coquendo & colando; colatum miscendo cum spiritu destillato, in quo Styrax & Benzoinum sit solutum, ut & myrrha ac aloë; qui volet etiam theriacam & mithridatium habere, is admisceat talia Oleis ex tempore.

OLEUM STOMACHICUM CRATONIS.

℞. Olei Absinthii libram unam,
Summitatum Absinthii manipulum unum,
Caryophyllorum,
Sandali citrini ana drachmas duas,
Rosarum rubrarum,
Macis ana drachmam semis,
Masticheś drachmas duas semis.

Macerentur aliquandiu in vase optimè clauso, & post lenem ebullitionem colentur.

Hoc Oleum Crato mirificè prædicat in ventriculi doloribus, maximè verò frigidis; quod olim apud nos in crebro usu fuit, cui tamen nunc Florentinum dictum successit.

Si cum vino juxta antiquam descriptionem paratur, modum in Oleo lilior. albor. composito, Welschius commendat.

OLEUM

OLEUM EX STYRACE.

℞. Styracis uncias tres,
Olei communis libram unam.
Coquantur in duplici vase & colentur.

Calefacit vehementer & emollit. Ob id confert dolentibus à frigore renibus, vesicæ, utero, musculis, juncturis, tendinibus, eorumque durities insigniter emollit, ad nervorum injurias & vulnera fotu commodum, ac ad scabiem efficax, ut scribit Manardus, additâ Hellebori albi octavâ portione.

OLEUM VULPINUM MESUÆ.

℞. Vulpem integram vegetam, exemtis interaneis,
Aquæ fontanæ libras tres,
Olei veteris clari libras quatuor,
Salis uncias sex.
Coquantur, & inter coquendum adjiciatur
Anethi,
Thymi ana libra una,
coctionem continuando, donec ab ossibus recedat caro & aqua consumatur, deinde coletur Oleum ac reponatur.

Potentissimæ in digerendo & discutiendo facultatis est, quo nomine ad nervosi generis injurias frigidas & articularios affectus præcipuè valet.

OLEUM BALANINUM.

Fit è Balano Myrepsica vel Glande unguentaria, quam granum Ben vulgò vocant, terendo, Oleumque exinde s. a. exprimendo.

Tergit, expurgat, obstructa liberat, auri injectum tinnitui & surditati confert, strumas, hepatis & lienis scirrhum emollit ac digerit, affectibus frigidis nervorum & juncturarum, spasmo & arthritidi medetur, alphos, lentigines, varos, maculas, cicatrices nigras, & reliqua fœda cutis vitia corrigit, alvum potu solvit, sed stomacho adversatur.

OLEUM CARTHAMI.

Fiat ex semine Carthami trito, assato, & expresso.

Obstructa liberat, tergitque: Ideo morbo regio, ventriculo dolenti, & colo confert, thoracem ac pulmonem expurgat, & clariorem vocem reddit.

OLEUM E GRANIS CITRI.

Grana Citri itidem teruntur, torrentur, & exprimuntur.

Arthritico dolori ac succedenti tumori conducit, calculum vesicæ & renum expellit. In pestilenti statu Alexiterium optimum; lumbricos enecat potum aut illitum.

OLEUM NUCIS INDICÆ.

Paratur, ut Oleum Nucis moschatæ.

Nervorum dolori confert, thoracem & pulmones lenit, clariorem vocem facit, impinguat, ac genitale semen auget; usurpatur etiam ad conceptus procurationem.

OLEUM E GRANIS PÆONIÆ.

Præparatur, ut Oleum è granis Citri.

Usus ejus tam intra corpus quàm extra in epilepsia & similibus morbis exsistit.

OLEUM NUCLEORUM PERSICORUM.

Præparatur, ut Oleum Amygdalorum amarorum.

Obstructa aperit, aurium, & sedis ab hæmorrhoidibus dolores ac tumores sanat, lumbricos enecat, in renum affectibus injectum & epotum valere adserit Manardus.

OLEUM EX PISTACIIS ET PINEIS.

Exprimuntur ut reliqua.

Hepatis & renum dolores leniunt, impinguant, ſemen augent, ventriculo non ingrata, tuſſim & thoracis dolorem compeſcunt, ac intemperiem emendant.


OLEUM SESAMINUM.

Fit ex ſemine Seſami eodem modo, quo Oleum Papaveris.

Olim ex Alexandria Ægypti Venetias, & inde ad nos comportabatur ſincerum; adulteratur Oleo Nucum & Papaveris. Hodie apud nos paratur ex Seſamo; clarum eſt & candidum, guſtu in cibis ac dulcedine delicatiſſimum.

Quamvis autem nondum inter Botanicos conveniat, quale ſit legitimum Antiquorum Seſamum, nobis tamen hoc ſub nomine venit planta, quam Pſeudomyagrum Petr. Andr. Matthiolus comm. in Dioſcor. lib. 4. cap. 102. recenſuit.

Vires habet impinguandi, ſemen genitale augendi, aſperitates & durities leniendi, ſiquidem aſperam arteriam emollit, ac clariorem vocem reddit, aurium dolores ſanat, & ulceribus, quæ ſerpunt, ac mali moris ſunt (cacoëthe vocant) medetur, pectori & pulmonibus confert, pleuritidi adcommodatum, puerorum tuſſim ſedat, cum Sacchar o cantio paulatim deglutitum.



CLAS-



CLASSIS DECIMÆ QUINTÆ, UNGUENTORUM STRUCTURAM EXHIBENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM COMPOSITUM.

℞. Æruginis, vulgò Viridis Æris uncias quatuor,
Aluminis,
Salis Am̄oniaci ana unc. ſemis,
Succi Scordii uncias quatuor,
Alliariæ,
Rutæ ana uncias tres,
Aceti Scillini uncias ſex,
Mellis cum decocto Abſinthii & Scordii deſpumati uncias ſedecim.

Omnia ſimul lento igne coquantur ad mediocrem Unguenti conſiſtentiam: addendo
Theriacæ electæ,
Mithridatii ana unciam ſemis,
Camphoræ unciam unam.

Ex probè mixtis fiat Unguentum.

Uſus hujus Unguenti plurimùm com̄endatur in Gangræna, & Sphacelo, omnibusque aliis ulceribus valdè putridis, & ſinuoſis; putredini ſiquidem reſiſtit, & carnem mortuam à ſana ſeparat, exſiccat ac detergit, vaporesque putridos & venenatos partibus nobilioribus præcipuè infeſtos, diſcutere, à Guilielmo Fabricio Hildano, Chirurgo quondam experientiſſimo, in tractatu de Gangræna & Sphacelo dicitur.

Præter-

Præterquam quòd Welſchius in Zvvelferiano modo ſcordii, rutæ & abſinthii coctionem, ex Zvvelferi judicio, quo talia absque virium jactura coqui non poſſe, in Claſſe prima docuerat, improbet, ipſe, ut vires omnes conſerventur, alium modum recenſet, obſervando tamen, aceti coctionem conſultò à ſe conceſſam eſſe, quia 1. niſi id fieret, ærugo rite diſſolvi nequiret, propter quam tamen fuerit additum; 2. aliàs color ſpadiceus ſeu fuſcus non acquireretur, qui tamen vulgari opinione tam Medicorum quàm Chirurgorum & Pharmacopœorum, ceu neceſſarius requiritur, adeo ut ſi alium præ ſe ferret, non putaretur rite confectum eſſe unguentum, licet eſſet efficacius, 3. externum medicamentum eſt, in quo omnia tam accurate non poſſint conſervari, ſicut in internis, neque etiam ut conſerventur omnia exactè, valde neceſſarium videatur, præcipuè ſi quid coloris tantùm, aut ſolutionis gratia addatur, uti hîc acetum ſcillinum, pro quo tamen etiam ſimplex & forte accipi poſſet: Ipſe autem Welſchii modus ita ſe habet: ℞. herb. abſinth. & ſcordii ana Mi. aut Miß. adfunde ſucci ſcordii ℥iv. ſucci alliariæ, rutæ ana ℥iii. vini ℥xvi. macera & digere per 24. horas, deinde deſtilla, quamdiu prodit ſpiritus, cavendo ne phlegma ſubſequens eidem permiſceatur; ſpiritum ſerva. Reſiduum exprime, & cola, colato adde mellis ℥xvi. deſpuma, & inſpiſſa ad conſiſtentiam debitam, tum adde viridis æris in pulverem redacti ℥iv. alumin. & ſalis ammoniac. ana ℥ß. aceti ſcill. ℥vi. coque ad juſtam conſiſtentiam; tum adde, cum parum refrixerit, theriacæ & mithridatii ana ℥ß. camphoræ in ſupradicto ſpiritu ſolutæ ℥i. miſce ſ. a.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM SIMPLEX MESUÆ.

℞. Æruginis drachmas quinque,
Mellis drachm. quatuordecim,
Aceti fortis drachm. ſeptem.
Coquantur omnia, donec fiat Unguentum ſpiſſum, & colore purpureum.

Valentiſſimum ad ſaniem ſiccandam, ſordes detergendas, & carnem abſumendam, ulceribus malignis, putridis & ſinuoſis convenit.

UNGUENTUM DE ALABASTRO.

℞. Flor. & Herb. Chamæmeli,
Rutæ ana manipulos duos,
Roſarum,
Betonicæ ana manipulum unum,
Rad. Althææ uncias duas,
Olei Roſati libram un. ſemis.
Contundantur, & ad aqueæ humiditatis exhalationem coquantur, poſtea colentur & exprimantur. Ex colatura cum
Alabaſtri puri & pulveriſati unciis tribus,
& Ceræ albæ ſufficienti quantitate, fiat Unguentum.

Deſcribitur hoc Unguentum ab auctore Benedicto Faventino in Empiric. cap. 1. de dolore capitis, in quo tamen Succorum loco, ipſas herbas & flores recipere hactenus noſtri conſueverunt. Confert autem omni capitis dolori, ſive is per eſſentiam, ſive per conſenſum, cum & citra febrem obortus fuerit.

Welſchius in modo Zvvelferi animadvertit: 1. quòd nullam proportionem obſervet florum, herbarum & radicum, ratione ſuccorum, v. g. rad. althææ ℥i. & ſucci earum ℥ii. 2. in oleo flores &c. infundat, cum tamen oleum olivar. extractioni vegetabilium non ſufficere ipſemet hîc & alibi cenſeat; 3. una & altera leni ebullitione perfecta humiditatis conſumptio non fiat, à qua remanente Unguentum certiſſime ſitum contrahat; 4. alabaſtrum in oleo infundat, ex quo duro tamen lapide nil quidquam oleum extrahere valeat. Ipſe autem vult, ut flores, herbæ & radices in vino per 24. horas macerentur, deinde ℥ii. deſtillentur, reſiduum exprimatur, expreſſum cum oleo ad conſumtionem perfectam humiditatis coquatur, tandem cera, alabaſtrum & poſtquam omnino refrixerit, ſuperius deſtillatum proba agitatione immiſceatur.

UNGUENTUM ALBUM, SIVE DE CERUSSA DICTUM AVICENNÆ.

℞. Lithargyri albi loti unc. ſemis;
Ceruſſæ lotæ drachm. viginti,
Ceræ albæ drach. viginti octo,
Olei Roſati uncias octo,

Albu-

Albuminum ovorum numero quatuor.

Ceræ in Oleo Rofato liquatæ injice Ceruffam & Lithargyrum probè contrita, mifce, ac poftremo adde albumina ovorum.

Comendatur ad ambusta, eryſipelata, ſcabiem, & cutis vitia à ſalſa pituita, & bile uſta enata, ad prurigines ac puſtularum eruptiones, acrem ſerpiginem, attrita, & intemperiem ulcerum calidam.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

℞. Olei Rofati,
Ceruffæ ana libram unam,
Ceræ albæ uncias tres,
Albuminum ovorum numero fex,
Camphoræ dilutæ cum Spiritu Rofarum drachmas duas.
Fiat Unguentum fecundùm artem.

Ad prædicta valentius eſt propter Camphoram; eryſipelata reprimit, & ambuſtis medetur.

Welfchius fuum parandi modum his verbis defcribit: Cera per fe liquetur, oleum rofar. noftro modo paratum addatur, cum fale Saturni rite præparato, & album. ovorum. Poteft etiam absque cera confici, ita ut lithargyrum & ceruffa cum aceto extrahantur, filtratione feces abjiciantur, folutio mifceatur cum oleo rofato diligenter agitando, tandem & albumina ovor. conquaffata admifceantur. *(Hac tamen ratione Unguenti conſiſtentia non impetratur & nimis liquida remanet.)* Vel lithargyrum & ceruffa nutriantur oleo fuper prunis, donec Unguenti confiftentiam adquirant, deinde admifc. album. ovorum, cera omiffa. Camphoram non opus eft in fpiritu rofar. ardente folvere, nifi pro ditioribus: Poteft enim commode fieri in fpiritu vini rectif. fimpl. vel in aqua rofar. fi pauci tantùm nuclei pinei addantur; fed & in olei rofati particula folvi poteft. *Pretium nimium vix debet ſpiritum roſarum excludere, cum integra Unguenti uncia vix uno crucigero inde carior evadat.*

UNGUENTUM DE ALTHÆA SIMPLEX NICOLAI.

℞. Radicum Althææ libram unam,
Sem. Lini,
Fœnugræci ana libram dimidiam,
Butyri libras quatuor,
Ceræ libram unam,
Terebinthinæ uncias duas,
Refinæ uncias fex.

Radices & Semina contufa macerentur in aquæ fufficienti quantitate, deinde coquantur, donec emittant craffam & vifcofam mucilaginem, quæ exprimatur; tum
℞. Expreffæ mucilag. libr. duas:
Coque cum Butyro, &, cum aquofum illud in mucilagine confumtum fuerit, Ceram cum Refina liquatam & colatam, hisque ab igne depofitis Terebinthinam addito, & fecundùm artem Unguentum parato.

Uſu celeberrimum ad emolliendum, calefaciendum, & humectandum, pectoris dolorem à frigore contractum lenit, laterumque doloribus feliciſſimè adhibetur, viſcerum durities laxat, ac ſtomachi inflationes diſcutit, valet ad nervorum duritiem ac reſolutionem, eosque præciſos glutinat, vulnera claudit, inprimis veſicæ benefacit, periodicasque febres amolitur.

Welfchius hunc commendat modum, ut mucilagines cum oleo coquantur, donec guttulæ prunis infperfæ non ftridant, tum ftatim ab igne remoto addantur reliqua fimul per fe liquata, & trajiciantur per ftuppam incerniculo impofitam, non autem per qualum, cum Zvvelfero, cum trajicienda ei adhærerent.

UNGUENTUM ANODYNUM.

℞. Ol. Liliorum alborum unc. fex,
Anethini,

Chamæmelini ana unc. duas,
Amygdalorum dulcium unciam unam,
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ ana uncias duas,
Ceræ albæ quantum ſatis.

In Oleis & Pinguedinibus Ceram liquando fiat Unguentum.

Dolores quacunque in corporis parte mitigat, unde nomen quoque contraxit.

UNGUENTUM ANODYNUM ALIUD, vulgò JOVIS dictum.

℞. Fol. Hyoſcyami,
Verbenæ,
Parietariæ,
Sambuci,
Geranii ana manipulos quatuor,
Violarum,
Papaveris albi,
Cicutæ ana manip. ſex,
Sempervivi manip. tres,
Rad. Liquiritiæ libras tres.

Omnia ſumantur recentia, concidantur, & cum ſufficiente quantitate Butyri recentis probè ſimul contuſa impaſtentur, poſtea coquantur & exprimantur.

Alii hac ratione parant:

℞. Verbenæ recentis,
Hyoſcyami recentis ana manipulos duos,
Butyri recentis uncias octo.

Contundantur ſimul, atque ſic maneant per dies quatuordecim: deinde coquantur ad conſumtionem humiditatis, & colentur.

Inflamationes, ac calidos quosvis tumores reprimit, ſcroti præſertim incendiis ſalutare,

UNGUENTUM APOSTOLORUM AVICENNÆ.

℞. Terebinthinæ,
Reſinæ,
Ceræ albæ,
Ammoniaci præparati ana drachm. quatuordecim,
Ariſtolochiæ longæ,
Thuris maſculi,
Bdellii ana drachmas ſex,
Myrrhæ,
Galbani præparati ana drachmas quatuor,
Opopanacis præpar.
Æruginis ana drachmas duas,
Lithargyri drachm. novem,
Olei communis libras tres.

Oleum cum Lithargyro ſufficienter coquatur lento igne, poſtea immiſceatur Cera cum Reſina liquefacta & colata, atque his ab igne remotis & nonnihil refrigeratis Ammoniacum, Galbanum & Opopanax cum Terebinthina ſoluta, ac tandem reliqua in pulverem contrita.

Sic dictum quòd ex duodecim (Oleo, ut fieri ſolet, non numerato,) conſtet ſimplicibus. Uſu frequens ad vulnera & ulcera difficilia, cuniculoſos ſinus & fiſtulas, ſordidaque ulcera emendat, exſiccat, ac detergit, & exesâ putrilagine carnem reſtaurat, duramque emollit. Unguentum iſtud cum Venere antiquorum conſentit, quo uſi ſunt attrahendo, molliendo, glutinando, & contra ferarum morſus,

In modo Zvvelferi vituperat Welſchius, quòd 1. absque neceſſitate pondus lithargyri, terebinthinæ, & aliorum ingredientium augeat, inprimis pro æruginis ʒij. ſumat. ℥iß. cum tamen ſic Unguentum propter Æruginis acrimoniam nimis doloroſum in ulceribus (conf. ipſe Zvvelferus de fl. æris in Unguent. ad tineam,) futurum ſit, atque

aliàs

aliàs quoque ulceribus admotum satis mordere soleat, quo de lepidam historiam narret Leonh. Fioravantus lib. 1. phys. cap. 22. de milite Hispano, qui penis ulcere venereo laborans, cum ei hoc Unguentum chirurgus adplicuisset, & ille dolorem ultra ferre nequiret, quidnam esset sæpius interrogaret, chirurgo, Unguentum Apostolorum adpellari constanter respondente, dispeream, inquit, nî proditoris Judæ, si maxime Apostolorum fuerit; ut adeo pessimè facere, Welschius judicet, qui viridem colorem Unguenti securitati præferunt; 2. aceti nimiam quantitatem, qua non opus est, adhibeat; 3. gummia, quæ nunquam sunt pura, statim, absque colatura, dissolvenda in pultis formam præscribat; 4. oleum terebinthinæ rubrum pro oleo simplici sumere consulat, quod tamen juxta ejus doctrinam coquendum sit, atque ita meliores ejus partes perituræ essent.

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

℞. Herb. Malvæ,
Bismalvæ,
Brancæ ursinæ,
Parietariæ,
Mercurialis ana manipulos quatuor,
Radicum Althææ,
Liliorum albor. ana uncias quatuor,
Florum Chamæmeli,
Meliloti ana manipulos tres,
Butyri recentis libras quinque.
Pistentur simul, & sic stent per mensem: postea coquantur & exprimantur.

Adhibetur in Enemata, vel per se liquatum injicitur; emollit enim, lenit, digerit, dolores levat, duras fæces emollit, ac ventrem blandè subducit.

Welschius in Zvvelferi modo levem coctionem improbat, atque tantam, quanta sufficit ad consumtionem humiditatis, ne situm statim contrahat, commendat, nec non loco florum chamæmeli, quia non sint coquendi, particulam olei chamæmelini suo modo parati sumit.

UNGUENTUM DE ANCHUSA, vulgo DE CYNOGLOSSO.

℞. Radicum Anchusæ rubrarum, recentium, contusarum libram semis,
Butyri recentis librã un. semis,
Vini rubri uncias quatuor.
Coquantur ad vini consumtionem & colentur.

Valet ad contusa & suggillata, sanguinem concretum tam intus adsumtum, quàm extus illitum dissolvit, pleuritidi auxiliatur, dolores à causa calida, etiam podagricos, mitigat, & Anodynum est præstantissimum.

Cum nullæ radices cynoglossi rubro colore sint præditæ, huc quoque trahendum esse, facile colligere datur, quod supra circa Pilulas de cynoglosso dictas monitum fuit; recipi nempe debere, prout etiam vulgò ab omnibus recipiuntur, anchusæ radices; quas jam antiquis temporibus pigmentariorum usui, ad Unguentorum spissamenta, inserviisse, Dioscorides lib. 4. cap. 23. testatur: quin & virtus sanguinem concretum resolvens anchusæ, non cynoglosso communiter tribuitur.

UNGUENTUM AD HÆMORRHOIDES D.D. NORIBERGENSIUM.

℞. Amyli albissimi,
Cerussæ lotæ,
Lithargyri puri,
Plumbi usti,
Tragacanthi ana drachmam unam semis,
Opii Thebaici,
Camphoræ ana scrup. unum.
Albumen Ovi unius,
Olei rosacei,
violacei ana unciam unam semis,
Ceræ quantum satis.
Ceram in Oleis liquefaciendo, postea juxta cum Camphora in Ace-

ti destillati portiuncula diluta, reliquorum pulveres, & Albumen Ovi addendo, fiat Unguentum.

Ad dolentes hæmorrhoides & mariscas utiliter admodum adhibetur.

UNGUENTUM INFRIGIDANS GALENI.

℞. Olei Rosati libram unam,
Ceræ albæ uncias tres.
Ceram in Oleo liquabis, & pauxillum Aceti Rosati adjicies.

Ubicunque refrigeratione & humectatione opus est, ejus usus esse poterit; hecticis prodest, nec non renum dolori à causa calida provenienti opem fert.

UNGUENTUM DE LINARIA.

℞. Herbæ Linariæ cum floribus,
Adipis porcini ana libram unam.
Contundantur, coquantur ad aqueæ humiditatis consumtionem, & exprimantur.

Doloribus hæmorrhoidalibus medetur cum lana vel gossypio parti affectæ adplicatum. Vid. de eo Gregorius Horstius lib. 4. obs. med. 42. & Johannis Hartmanni Praxis Chimiatrica.

De Vitellis Ovorum, juxta descriptionem addendis, notamus, posse illos, ad evitandam Unguenti corruptionem, demum ex tempore, ubi à Medico præscribitur, pro ejus lubitu immisceri.

UNGUENTUM DE LIQUIRITIA.

℞. Butyri recentis,
Liquiritiæ recentis ac succulentæ ana libram unam.
Pistentur simul in mortario, posteaque frigantur in sartagine, colentur & exprimantur; tandem Butyro sic præparato adde
Pompholygis drachmas duas,
Cerussæ lotæ uncias tres,
Albumin. ovi conquassati unciam unam semis,
Camphoræ scrupulos duos.
Fiat secundùm artem Unguentum.

Inflam̃ationes partium, erysipelata, sacros ignes, ac pustulas ab ichoribus sanguinis calidis aut bile natas persanat, nec non manantibus ulceribus dolorificis à salsi seri acrimonia profectis eximiè confert, fuitque Civibus nostris, ex suasu Raymundi Mindereri, Med. Doctoris & Collegæ nostri quondam, admodum familiare; quod etiam adhucdum utiliter in usum trahitur.

Cerussæ cum aceto coctionem Zvvelferianam minus probat Welschius, qua nempe Unguentum album non fieret, quale vulgo ab omnibus expetitur.

UNGUENTUM DE LITHARGYRO.

℞. Lithargyri uncias duas,
Cerussæ unciam semis,
Aceti unciam unam,
Olei Rosati uncias duas semis.
Fiat secundùm artem Unguentum in mortario plumbeo optimè agitatum.

Prodest scabiei & cutis vulneribus; pruritum ac desquamata juvat, & siccat sine morsu. Sarcoticum est & epuloticum, difficiliaque ulcera persanat, & cruenta glutinat.

UN-

UNGUENTUM AD MEMBRA EX IGNE AMBUSTA.

℞. Camphoræ unciam unam,
Olei Rosarum uncias tres,
Cerussæ albæ uncias sex,
Pulveris Olibani electi uncias duas,
Albuminis Ovorum numero septem.

In plumbeo mortario misceantur & agitentur optimè.

Vires ex nomine patent.

UNGUENTUM AD MEMBRA PERUSTA GELU.

℞. Pinguedinis Cati sylvestris,
Sevi Cervini,
Olei Laurini,
Ceræ novæ ana unciam semis,
Camphoræ drachmam unam.

Diluatur Camphora in Spiritus Vini rectificati drachmis duabus, & reliquis invicem liquatis ex arte misceatur.

Vires nomini respondent.

UNGUENTUM NERVINUM.

℞. Herb. Salviæ,
Chamæpityos,
Majoranæ,
Rorismarini,
Menthæ,
Rutæ,
Lavendulæ,
Hyperici,
Paralyseos cum flore,
Flor. Chamæmeli,
Meliloti,
Summit. Anethi,
Rad. Pyrethri ana drach. duas,
Baccarum Lauri,
Juniperi ana unciam unam,
Masticheѕ unciam semis,
Benzoini drachmas sex,
Terebinthinæ uncias quatuor,
Ol. Lumbricorum,
Vulpini,
Anethini,
Hyperici ana uncias tres,
Terebinthinæ unc. unam,
Axungiæ humanæ,
Cati sylvestris,
Canis ana unc. sem.

Terebinthinæ cum Oleis & Axungiis liquatæ reliqua in pulverem subtilissimum trita immisceantur, & cum Ceræ sufficiente quantitate fiat secundùm artem Unguentum.

Frigidos nervorum morbos tollit, ac doloribus eorundem opitulatur.

Zvvelferum hîc 1. præscriptam quantitatem ingredientium immutasse, 2. in oleo tantùm & pinguedinibus eadem macerasse, cum tamen aliàs oleum aptum extractionis menstruum esse pernegarit, 3. humiditatem plantarum in oleo relinquere, à qua Unguentum citissime rancescat & situ obducatur, cum Welschius notasset, ipse suam parandi methodum his verbis proponit: ℞. herbas, flores, summitates & baccas lauri ac juniperi rec. benè conquassat. omnia præscripto pondere, vini opt. ℔i. spir. vini ℥ii. macerentur, deinde destill. quamdiu spiritus prodit, & serva. Residuum exprime & inspissa ad consistentiam extracti, quod serva. Jam ℞. Benzoini ʒvi. solve in spiritu supra destillato, & trajice per chartam. Tum olea præscripta quantitate, ut & pingued. præscripto pondere; in quibus liquatis dissolve mastichen, adde ceram, terebinth. ℥iv. pulver. pyrethr. ʒii. & spiritum destillatum, in quo benzoinum dissolutum & extractum superius dilutum fuerit. M. f. a.

UNGUENTUM NIHILI AD OCULOS.

℞. Tutiæ præparatæ,
Nihili albi ana unciam unam,
Corall. rub. præparat.
Matris Perlarũ ana unc. semis,
Camphoræ drachmam unam,
Pinguedinis Porci mundatæ libram unam.

Fiat lege artis Unguentum.

Calidas oculorum fluxiones demulcet ac sistit, eorundem rubedinem, & inflamationem, nec non dolores inde natos aufert.

UNGUENTUM PECTORALE.

℞. Olei Amygdalorum dulcium uncias quatuor,
Chamæmelini,
Violati ana uncias tres,
Butyri recentis uncias sex,
Adipis Gallinæ,
Anatis ana unc. duas,
Ireos drachmas duas,
Croci drachmam semis,
Ceræ albæ uncias tres.

Ceram & adipes in oleis liquato, postea addito Ireos & Croci pulvere, fiat secundùm artem Unguentum.

Laterum ac pectoris dolores mitigat, tussim sedat, maturat, exscreationem juvat, humores crassos digerit & attenuat.

UNGUENTUM PEDICULORUM.

℞. Sem. Staphidis agriæ unc. duas,
Hellebori albi unciam unam,
Salis drachmas duas,
Argenti vivi uncias duas,
Axungiæ porcinæ libr. unam,
Olei Laurini uncias novem,
Saponis Veneti libram semis.

Fiat Unguentum secundùm artem.

Sapo in lixivio communi solutus, cum oleo coquatur ad humiditatis aquosæ consumtionem, postea Mercurius cum Axungia subactus, & reliquorum pulvis commisceantur.

UNGUENTUM POMATUM.

℞. Axungiæ Suillæ libr. tres semis,
Styracis calamitæ,
Asæ dulcis,
Radicum Ireos Florentinæ,
Cinnamomi,
Caryophyllor. ana unc. unam,
Pomorum Citri,
Aurantiorum ana numero duo,
Borsdorfferianorũ numero quatuor.

Omnia secundùm artem ad humiditatis aqueæ consumtionem coquantur, colentur, & junctâ Ceræ albæ sufficiente quantitate fiat Unguentum, cum Spiritu Rosarum aliquandiu agitandum.

Ad oris fissuras, & decorem cuti conciliandum, utiliter adhibetur.

In Zvvelferiano modo Welschius reprehendit: 1. pomorum odoriferorum, radd. ireos & rosar. recent. cum sebo & pingued. suilla coctionem ad exhalationem humiditatis, qua omnes illorum partes odoratæ planissime pereant; 2. styracis & benzoini solutionem in spiritu rosarum, qua bonus odor non adquiratur; 3. oleorum destillatorum in nimia quantitate respectu ipsorum aromatum admistionem; 4. macis & florum spicæ omissionem; 5. olei ligni rhodii in ipsa descriptione non occurrentis additionem. Ipse verò hunc parandi modum proponit: ℞. sebi castrati ℔i. pingu. suillæ ℔iii. pomor. num. xxiv. (quorum coctio hîc admittitur, cum vis cordialis, uti in Syrupo &c. hîc non expetatur, sed tantum vis refrigerandi, quæ insignis est in pomis illis acidis, oblongis, quæ Augustani ipsi in Syrupo præfato vocant Bey-Aepffel,) pomor. aurant. & citrior. absque corticibus ana num. ii. coq. s. a. ad consumtionem humiditatis, exprimantur & colentur, deinde iterum coq. ad totalem consumtionem aquositatis, in quo liquefac ceræ ℥iv. admisce pulver. rad. Ireos Flor. ℥i. pulv. benzoin el. ʒx. styrac. calam. in spiritu aromatico destillato sequenti soluti & filtr. ʒx. F. s. a. Spiritus aromaticus ita paratur: ℞. cinnam. el. caryophyll. ana ʒvi. nuc. mosch. ʒiii. macis ʒi. flor. lavend. spicæ ana pug. ii. cort. duorum pomor. aurant. & citrior. recent. rosar. contus. ℔iii. vini alb. opt. Mens. 1. macera, destilla, quamdiu

prodit

prodit ſpiritus. *Unguenta odorata conficiendi modum genuinum Tob. Aldinus ſupra loc. cit. pag. 79. &c. docuit.*

UNGUENTUM DIAPOMPHOLYGOS NICOLAI MYREPSI, vulgo NIHILI DICTUM.

℞. Olei Roſacei uncias ſex,
Ceræ albæ uncias tres,
Succi fructus uvæ lupinæ unc. quatuor,
Ceruſſæ uncias duas,
Plumbi uſti & loti,
Pompholygis,
Thuris puri ana unciam unam.

Confice ſecundùm artem, Oleum cum ſucco ad humidi aquoſi exhalationem coquendo, poſtea Ceram in eo liquefaciendo, & pulveres reliquorum im̃iſcendo.

Prodeſt ulceribus calidis, ac iis, quos acres & ſalſi humores infeſtant: Refrigerat enim, ſiccat & conſolidat, nec non absque ullius acrimoniæ ſenſu cicatricem ducit.

UNGUENTUM POPULEUM NICOLAI MYREPSI.

℞. Oculorum ſive gemmarum Populi arboris recentium libram unam ſemis,
Axungiæ porcinæ præparatæ libras duas.

Oculi Populi contundantur, & macerentur in Axungia, donec ſequentes herbæ per æſtatem colligi queant: ſcilicet

℞. Cymarum Rubi tenerrimarum,
Folior. Papaveris albi,
Mandragoræ,
Hyoſcyami,
Herb. Solani,
Vermicularis, id eſt, Sempervivi minoris,
Lactucæ,
Sempervivi majoris,
Bardanæ,
Violariæ,
Umbilici Ven. ana unc. tres.

Herbæ contundantur, & miſceantur oculis Populi & Axungiæ, deinde coquantur lento igne ad humiditatis aqueæ conſumtionem, colentur & exprimantur.

Febrium ardoribus cum Roſaceo aut Violaceo convenit, ſomnum conciliat, fronti, temporibus, aut manuum, ac pedum pulſibus illitum.

Quidam, ut vireſcat magis, ac refrigerandi facultate ſit efficacius, coctioni addunt Solani triti manipulos duos.

In defectu foliorum Mandragoræ augeri poteſt quantitas Hyoſcyami; pro Umbilico verò Veneris herba Paris adſumenda.

UNGUENTUM RESUMTIVUM FERNELII.

℞. Sem. Lini,
Althææ,
Fœnugræci,
Gummi Arabici,
Tragacanthi ana drach. duas.

Macerentur & bulliant in libra ſemis aquæ ſimplicis, eliciatur mucilago, quæ cum

Butyri recentis libra dimidia,
Adipis Suilli,
Gallinæ,
Anſeris,
Anatis ana unc. duabus.

coquatur ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, poſtea addantur

Oeſypi uncia ſemis,
Ol. Violarum,
Chamæmeli,

Amyg-

Amygdalorum dulcium ana unciæ duæ,
Medullæ Vituli,
Ceræ albæ ana libra ſemis.
Fiat ſecundùm artẽ Unguentum.

Adhibetur cōmodè aſthmaticis, hecticis, tabidis, pleuriticis, ac è longo morbo emaciatis.

UNGUENTUM ROSATUM MESUÆ.

℞. Axungiæ Porcinæ libr. unam,
Lavetur aliquoties aquâ ſimplici,
deinde addantur
Roſarum albarum recentium libræ duæ.
Probè terantur, & coquantur lento igne usque ad humidi aquoſi conſumtionem, poſtea colentur

Uſu frequentiſſimum ad phlegmonas, ignem ſacrum, ulcera ſerpentia; & cephalalgiam calidam, ventriculi & jecoris intemperiem calidam mitigat, renum ardoribus ac hæmorrhoidum inflãmationi ſalubre, & cordi robur addit.

Quidam parum Opii in aqua Roſarum colliquati, inter decoquendum injiciunt, ſed id Unguenti candorem deſtruit.

Welſchius ptimum Zvvelferi modum in parando hoc Unguento obſervatum culpat, quòd: 1. libram unam roſarum in libra una pinguedinis porcinæ macerari fruſtra jubeat, cum nihil ex roſis exttahere valeat, quia nec oleum ipſum extractioni commodum menſtruum ipſi videtur; 2. eandem ℔i. roſar. coquendo, odotem & vim refrigerandi perdat; 3. humiditatem ex altera ℔i. roſarum elicitam readfundat pinguedini tantùm expreſſæ, nec denuo priùs coctæ, ſic enim Unguentum nimia humiditate ſcatens ſitum facilè contrahat, nec inſuper candidum Unguentum efficiat, cum expreſſio roſarum fœdum colorem producat; 4. ſpiritum etiam roſarum, & oleum earundem, aut ligni rhodii addat, quod nimis ſumtuoſum pro vulgatiſſimo hoc Unguento externo eſſet. Diſplicet etiam ipſi alter modus, qui ſi maximè ita commodè inſtitui poſſit, hac tamen difficultate prematur, quod talia Unguenta potius ad voluptatem ſint inventa, quàm ad uſum medicum, ſicut etiam in Italia illo modo parata, tantum à mulierculis uſurpentur, quæ ornatui ſtudent; quin ipſæ roſarum vires refrigerandi, quæ ſolæ hîc expetantur, conſiſtant in odore & fragrantia, cum aliàs ſequi neceſſe eſſet, quò quid eſſet odotatiùs, eò etiam magis refrigerare, quod tamen abſurdum eſſe, & pleraque odorata non parùm eſſe calida experientia teſtetur. Welſchius autem hac ratione procedere docet: ℞. lardum in taleolas ſectum, liquabis, inſpergendo pauxillum aquæ roſarum, liquatum reſidere permitte, & de ſuperiori pinguedine candida accipe libram unam, cui frigidæ admiſce aquam roſarum optimam & odoratiſſimam, aliquoties ſuper roſis recentibus rectificatam, agitetur diligentiſſimè, & F. *Quamvis tali ratione paratum Unguentum hoc candidum & odoratum exſurgat, viribus tamen refrigerandi illud non excellere, quæ hic expetuntur, ex ipſa Welſchiana animadverſione colligere daretur; neque etiam, ſi cum roſis albis paretur, & roſa poſt coctionem valide non exprimantur, candore deſtituitur.*

UNGUENTUM AD SCABIEM.

℞. Styracis liquidi unciam unam,
Terebinthinæ Venetæ,
Butyri ana uncias duas,
Succi Limonum unc. un. ſemis,
Ceruſſæ lotæ unciam unam,
Salis uncias duas.
Fiat ſecundùm artem miſcendo Unguentum.

Confert ad ſcabiem & pruritum, cujus fervorem temperat, vitioſum humorem cuti impactum extergit, & emendat.

Succum Limonum Unguento huic facilimè ſitum contrahere cum Welſchius cenſeat, eundem omittere, & uſus tempore admiſcere conſulit. *Situm tamen hunc non adeo facilè exſurgere, obſervatur; nec parando illud in minori quantitate, periculum hoc eſt timendum, ut ita ſucci Limonum extemporanea additione, ceu multùm faſtidioſa non opus eſſe videatur.*

UNGUENTUM DE TUTIA NICOLAI MYREPSI.

℞. Olei Roſati,
Ceræ albæ ana unciam unam ſemis,
Succi Solani drachmas duas,
Ceruſ-

Cerussæ lotæ unciam semis,
Plumbi usti & loti,
Tutiæ præparatæ ana drachmas duas,
Thuris drachmam unam.

Ceram liqua cum Oleo, lento igne, postea paulatim succum supradictum instillato, & reliqua in pulverem redacta immisceto.

Differt ab Unguento Diapompholygos in eo, quòd hoc Cadmiam fornacum Botrytim dictam recipiat, nostris Tutiam adpellatam, alterum verò Pompholyga, id est, Nil album dictum. Ejusdem penè facultatis ad exsiccanda erysipelata, sananda-que vulnera sordida, & tibiarum ulcera. In putridis & cancrosis, ubi fervor aliquis est, sum̃a fiducia usurpari debet, quòd nulli Veterum compositioni cedat.

UNGUENTUM AD VERMES.

℞. Succi Absinthii,
Abrotoni,
Centaurii minoris,
Persicariæ,
Folior. Persici arb.
Lupini,
Rad. Ebuli,
Porri,
Nasturtii aquatici ana uncias duas,
Balaustiorum drachm. unam,
Olei Absinthii libram unam semis,
Ceræ quantum sufficit.

Fiat Unguentum, succos cum Oleo coquendo, postea Ceram in eo liquando, & pulverem Balaustiorum immiscendo.

Umbilico superpositum ac ventri inunctum, vermes enecat & expellit.

CLASSIS DECIMÆ QUINTÆ *SECTIO SECUNDA,* DE MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

UNGUENTUM AGRIPPÆ EX NICOLAO MYREPSO.

℞. Radicum Bryoniæ libras duas,
Cucumeris asinini libr. unam,
Scillæ libram semis,
Ireos uncias tres,
Filicis,
Ebuli,
Tribulorum aquaticorum ana uncias duas,
Ceræ albæ uncias quindecim,
Olei olivarum libras quatuor.

Radices omnes istæ recentes mundatæ, incisæ, & contusæ cum Tribulis macerentur in Oleo per dies octo. Deinde coquantur, exprimantur, & in colato ac expresso Oleo resolvatur Cera, fiatque Unguentum secundùm artem.

Ad Regem Agrippam auctorem referunt hanc compositionem; ad aquæ suffusiones, par-

partium tumores laxos seu œdemata, & nervorum contractiones valet, nephriticis succurrit, ac ventri illitum alvum movet, stranguriam sedat, ad lienosos quoque, & ventrem dolentes utile exsistit.

Welschius cum consilium Zvvelferi rejecisset, suadentis, ut hoc & similia Unguenta singulis annis recentia, vel in minori quantitate parentur, cum aliàs, nonnihil humiditatis in eo si relinquatur, tractu temporis situm contrahant, illud ad summum intra quatuor menses contingere arbitratur, unde pro integro anno non sufficiat, nec tamen radices præscriptæ semper haberi possint: quare cataplasma ex recentibus, quando haberi possunt, vel siccis, additis liquoribus & oleis idoneis, ex tempore præscribere consulit. *Verùm si ad perfectam humiditatis consumtionem, quam ipse Welschius in Unguento alabastrino &c. insinuat, fiat coctio, metus ille contrahendi situs aberit, ut Cataplasmatis substitutione non sit opus.*

UNGUENTUM DE ALTHÆA COMPOSITUM NICOLAI MYREPSI.

℞. Radicum Althææ libras duas,
Seminum Lini,
Fœnugræci ana libram unam,
Scillæ recentis uncias sex,
Olei libras quatuor,
Ceræ libram unam,
Terebinthinæ,
Gummi Hederæ,
Galbani ana uncias duas,
Colophoniæ,
Resinæ ana uncias sex.

Radices & Semina contusa macerentur in sufficienti quantitate aquæ, deinde coquantur, donec crassescat mucilago. Postea

℞. Mucilaginis expressæ libras duas, & cum Oleo ad humiditatis aqueæ consumtionem coque, adde Ceram cum Colophonia & Resina liquefactam & colatam, ab igne verò depositis & semirefrigeratis, Galbanum cum Terebinthina liquatum, ut & Gummi Hederæ pulverisatum.

Vires præsertim nervinæ, cum Unguento de Althæa simplici conveniunt.

Nonnulli ex Pharmacopœis, ut colorem Unguenti magis intendant, illudque oculis gratius efficiant, nonnihil de radicibus Curcumæ adjiciunt. Id autem, si Cera pulchra & citrina fuerit, facere non opus est, nec Curcuma ad medicamenti intentionem facit. Qui etiam parare voluerit hoc Unguentum, posset dimidiâ, imò vel tertiâ, quartâve parte radicum Althææ, & seminum contentus esse, cum præscripta quantitas nimia esse videatur.

UNGUENTUM AREGON NICOLAI MYREPSI.

℞. Radicum Ari,
Cucumeris asinini uncias quatuor semis,
Bryoniæ uncias tres,
Pyrethri unciam unam,
Rorismarini,
Majoranæ,
Serpilli,
Rutæ ana uncias quatuor semis,
Foliorum Coccognidii uncias novem,
Cucumeris asinini uncias sex,
Lauri,
Salviæ,
Sabinæ ana uncias tres,
Persicariæ uncias octo,
Calaminthæ uncias sex,
Mastiches,
Olibani ana drachmas septem,
Euphorbii,
Zingiberis,
Piperis ana unciam unam,
Olei Moschelini unciam semis,
Communis libras quinque,
Laurini,
Adipis Ursini ana uncias tres,
Petrolei clari unciam unam,
Butyri uncias quatuor, aut quantum satis est,
Ceræ libram unam, uncias tres.

Herbæ & radices recentes contusæ cum Oleo communi aliquandiu macerentur, deinde sufficienter coquantur & colentur. Colato Oleo admisce Ceram, Adipem, Butyrum, Olea, & aliqualiter refrigeratis cætera in pulverem redacta.

Unguentum hoc ab effectu ἀρηγὸν *seu auxiliare dictum, numeratur inter quatuor Unguenta calida, ideoque corporis vitiis frigidis, convulsioni, paralysi, tetano, & nervorum distensioni conducit, spinæ & renum dolores, ac colicos cruciatus sanat, ad omnem stomachi, & ventris dolorem, uterina quo-*

que

que mulierum mala, quartanas, & morbum comitialem conducit, arthriticos morbos & scabiem ex lue venerea juvat, & rigores febrium spinæ illitum discutit.

Moschelinum Oleum si deest, Rutaceo aut Laurino utendum.

In Zvvelferi modo postquam Welschius herbas recentes in Oleo expresso immergi observavit, ex quibus, cum tantùm expressio & colatura earum fiat, multa humiditas cum oleo remanet, quæ Unguento situm & rancorem necessariò citissimè conciliat, suum ipse adfert modum: ℞. rorismar. majoran. serpill. rut. fol. lauri, salv. sabin. calaminth. præscripta quantitate, adfunde vini s. q. macera per aliquot dies, destilla, quamdiu spiritus prodit, quem prolectum serva. Postea ℞. residuum, item radices & herb. reliquas (excepto pyrethro & Zingibere,) incisas & contusas, præscripto pondere, cui adde olei communis ℔v. butyri ℥iv. coquantur ad consumtionem humiditatis, exprimantur & colentur; colato adde ceram & adipem ursinum; quibus liquatis adjunge oleum moschelinum nostro modo paratum, it. laurinum & petroleum clarum; & demum in fine pulveres pyrethri, mastiches, olibani, euphorbii, Zingiberis & piperis; mixtis omnibus adcuratè & planè refrigeratis adjunge spiritum supra destillatum, & F. s. a. Unguentum.

UNGUENTUM DE ARTHANITA MAJUS MESUÆ.

℞. Radicum Cyclaminis libras tres;
Cucumeris agrestis,
Butyri Vaccini ana libram unam,
Olei Irini libras duas,
Pulpæ Colocynthidis uncias quatuor,
Polypodii uncias sex.

Contundenda terantur; & macerentur in Succis ac Oleis diebus octo in vase vitreo; postea additis

Fellis taurini drachmis septem semis,
coquantur ad aquosarum partium consumtionem; colentur & exprimantur; in colato dissolvantur

Ceræ unciæ quinque,
& ferè refrigeratis inspergatur paulatim pulvis subsequens:

℞. Euphorbii drachmas septem,
Sagapeni,
Scammonii,
Aloës,
Colocynthidis,
Mezerei,
Turbith ana drachmas septem semis,
Salis Gemmæ drachmas quatuor semis,
Myrrhæ,
Piperis longi,
Zingiberis,
Chamæmeli ana drachmas tres.
Misce, fiat Unguentum.

Illitum stomacho per vomitum purgat, hypogastrio autem inunctum, alvum dejicit: ob id hydropicos juvat, serosum excrementum evacuando; vermes quoque enecat & educit. Adhibetur iis, qui purgans medicamentum sumere nequeunt.

Welschius in Zvvelferi modo non tantùm ponderis sagapeni & fellis taurini immutationem, atque olei communis irino substitutionem notat, cum tamen nihil idem in compositionibus se detracturum aut immutaturum promiserit, sed etiam olei cocti fortem expressionem culpat, qua iterum humiditatem contrahat, quæ postea Unguento, quod etiam in aliis quibusdam ejus Unguentis accidit, situm accersit, præsertim cum vix aliud sit, quod tam facilè rancescat. Ipse autem hunc in modum præparationem instituit: Succi, pulpa colocynthid. polypod. & euphorbium, prius macerata in oleo & butyro, coquantur ad consumtionem humiditatis, exprimantur, expressum iterum coquatur ad totalem consumtionem humiditatis, tum addatur cera, & denique alternatim pulveres myrrh. & seqq. rerum, ac sagapenum aceto solutum, nec non fel taurinum, fiatque s. a. Unguentum.

UNGUENTUM AUREUM MESUÆ.

℞. Ceræ citrinæ uncias sex,
Olei Olivarum libras duas semis,
Terebinthinæ uncias duas,
Resinæ,
Colophoniæ ana unciam unam semis,
Thuris,
Mastiches ana unciam unam,
Croci drachmam unam.

Confice secundùm artem, Oleo Ceram cum Resina & Colophonia liquefactam & colatam immiscendo, postea Terebinthinam, & reliquorum pulveres addendo.

Aureum à colore & virium pretio dicitur, quibusdam Regis Unguentum; Vulnera glutinat, præsertim in corporibus mollioribus.

Welschius contra Zvvelferum hîc notat, crocum meliùs in spiritu vini, quàm vino dilui, mastichen etiam in pulvere addi posse, uti ipsemet fecit in Ung. arego, oleum terebinth. pro oleo simplici, contra intentionem medicamenti, quod nimis calidum sic fieret, sumi, si tamen aliquot uncias communi detrahere, & totidem olei terebinth. addere voluisset, tunc tolerari potuisse: *attamen absque ulla necessitate:*

UNGUENTUM DE BDELLIO MESUÆ.

℞. Bdellii drachmas sex,
Euphorbii,
Sagapeni ana drachmas quatuor,
Castorei drachmas tres,
Olei Leucoji uncias tres,
Ceræ quantum satis est.

Ceræ cum Oleo liquatæ addatur Sagapenum, nec non reliqua in pulverem redacta, fiatque ex arte Unguentum.

Commendatur ad paralysin, & spasmum jam confirmatum: valenter namque digerit atque emollit, ut nervorum, & articulorum tophos dissipet; eorundem etiam frigidos affectus juvat, ac membrorum resolutionem sanat, ad epilepsiam quoque plurimum facit.

In Zvvelferiano modo reprehendit Welschius, quòd 1. pro oleo leucoji sumatur oleum de castoreo, moschelinum, vel nardinum; 2. ceræ pondus drachmâ unâ augeatur; 3. sagapenum plane omittatur: ipse verò ita parat: ℞. olei leucoji ℥ij. ʒvj. ceræ ʒiij. add. pulv. euphorb. ʒiv. bdellii ʒvj. sagapen. priùs aceto soluti ʒiv. & tandem admisc. pulv. castor. ʒiij. F. s. a. Unguentum.

UNGUENTUM E CALCE.

Calcem vivam aliquoties lavabis, aquæ priori, postquam pulvis subsederit, decantatæ semper novam substituendo, postea exsiccabis.

℞. Hujus Calcis ita præparatæ uncias tres,
Olei Rosati libram unam,
Ceræ albæ uncias tres.

Ceram in Oleo liquato; huic ab igne remotæ, & jam concrescere incipienti Calcem levissimè tritam admisceto, & reponito.

Aliud εὐπόριστον: Calci vivæ superinfunde aquam puram, cui mox detractæ adde tantundem Olei communis & agita simul, donec fiat Unguentum. Ambusta felicissimè initer initia percurat. Aliud ad ambusta ex Corticibus mediis Sambuci refert Foësius sect. XI.

UNGUENTUM CITRINUM, SEU BASILICON NICOLAI MYREPSI.

℞. Boracis drachmas duas,
Camphoræ drachmam unam,
Corallii albi drachmas quatuor,
Amianthi unciam unam,
Umbilici marini,
Tragacanthi albissimi,
Amyli,
Crystalli,
Antali,
Dentali,
Thuris,
Nitri ana drachmas tres,
Marmoris albi, aut Alabastri drachmas duas,
Gersæ serpentariæ unciam unam,
Cerussæ uncias sex,
Axungiæ Porcinæ recentis mundæ libram unam semis,
Sevi Caprini præparati unciam unam semis,
Adipis Gallinacei præparati unciam unam.

Confice sic:

Axungiam porcinam atque adipem gallinaceum liqua simul, & impone tepidis adhuc Corticum Citrii Mali satis magnam quantitatem, & macerentur per mensem unum. Deinde eximito cortices, & sevum caprinum addito: posteaCamphora in spiritu rosarum diluta, & reliqua tenuissimè trita addantur.

Citrinum Officinæ vocant, cùm potiùs Citrium dicendum sit à Pomis Citri, vel eorundem succo. Aspera lævigat, faciei maculas & lentigines exterit, ephelides ac ex insolatu ustiones factas, & cicatrices emendat, ruborem oculorum aufert, nec non pustulas in cute à salsa pituita productas sanat.

Priora

Priora exemplaria legebant Boracis unciam unam. Præstiterit tamen ad Græci exemplaris normam, sumere drachmas duas, Gersæ autem serpentariæ, quam Nicolaus ψιμμύθιον vocat, pondus ad unciam extendere, cùm cosmeticum sit medicamentum cutem emaculans, cui intentioni Gersa præcipuè fervit. Aliqui præter Citri cortices succum quoque Citri adjiciunt, & sic efficacius medicamentum efficiunt.

Welschius hoc Unguentum ita parat: ℞. caphur. ʒj. liquefac in axung. porcin. sebo capr. & adipe gallinaceo, lenissimo igne, adde pulveres subtiliss. ingredientium reliquorum, omnia præscripto pondere, & oleum citri ex recent. corticib. destill. ʒij. Misc. f. a. Qui succum citri desiderat, usus tempore admisceat quantum volet: Nam aliàs situm contrahit Unguentum. *Conf. Ung. ad scabiem.*

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

℞. Parietariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ ana manipulos tres,
Foliorum Althææ,
Violariæ,
Florum Chamæmeli,
Meliloti, omnium recentium ana manipulum unum semis,
Coque cum libra una semis Butyri recentis non saliti, donec virescat, addendo colaturæ
Olei Amygdalorum dulcium unc. octo.
Misce, fiat Unguentum.

Vires cum illo, quod in priori Sectione describitur, conveniunt.

UNGUENTUM COMITISSÆ GUILIELMI DE VARIGNANA.

℞. Cort. med. Glandium,
Castanearum,
Quercûs arboris,
Baccarum Myrti,
Equiseti,
Gallarum,
Corticum Fabarum,
Acinorum Uvarum,
Calycum Glandium,
Sorborum immaturorum siccorum,
Mespilorum acerborum siccatorum,
Foliorum Capparis,
Pruni sylvestris,
Rad. Tormentillæ ana unciam unam semis.
Contundantur aliquantulum, & coquantur in aquæ simplicis sufficiente quantitate, donec media pars consumta fuerit. Colatura ulteriùs coquatur cum

Olei Myrtillorum libra una semis, ad humiditatis aquosæ consumtionem, postea in ea dissolvantur
Ceræ novæ unciæ octo semis,
ab igne depositis addatur
Olei Mastichini libra una semis,
atque inspergatur sequentium rerum tenuissimus pulvis:

℞. Cort. med. Castanearum,
Glandium,
Quercûs arboris ana unciam unam,
Gallarum,
Succi Hypocistidis,
Cineris ossium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Uvarum,
Sorborum immatur. ana unciam semis,
Trochiscorum de Charabe uncias duas.
Misce, fiat Unguentum.

Unguentum hoc à Comitissa Vandrensi nomen sortitum, ad menstrua supprimenda, & abortum prohibendum concinnatum à Varignana lib. 16. de morbis cur. cap. 4. Fœminei fluxus abundantiam compescit, locos muliebres firmat, uterum roborat, ac renes laxatos stringit, si eo inungantur, hæmorrhoidum superfluum profluvium sistit.

In Zvvelferi parandi modo improbat Welschius: 1. ceræ cum decocto frustraneam coctionem, utpote à quo ipsi nihil virium accedere potest; 2. circa olei communis & mastiches pro oleo mastichino substitutionem, in pondere errorem; 3. qui etiam circa specierum trochiscorum de charabe pondus observatur: Ipse autem Unguentum hoc sic parare docet: ℞. species omnes pro decocto descriptas, præscripto pondere; contusas & aliquandiu maceratas in aquæ simpl. ℔viij. coque ad consumtionem mediæ partis, adde olei myrtill. ℔iß. olei omphacin. ℔j. ℥ij. ʒiij. coque omnia simul ad consumt. humiditatis, exprime, cola, iterum coque ad omnimodam consumtionem aquositatis, deinde dissolve in hoc oleo mastich. ℥iij. ʒv. ceræ ℥viiß.

 tandem

tandem insperge pulveres sequentes, & F. s.a. Unguentum. Qui succum hypocistidis dissolvere volet, videat, ut sibi aptum menstruum procuret, ne Unguentum deinde situm contrahat; spiritus vini quidem huic negotio eligi posset, nisi insignis ejusdem calor præter medicamenti adstringentis intentionem videretur. Aut fiat etiam simpliciter modo jam dicto, vel absque decocto, præsertim cum pleraque deinde addantur in pulvere, adjiciendo tamen reliquis speciebus adhuc succi acaciæ, hippuridis, & radic. tormentill. ana ℥ß. Posset etiam aliquid rosarum rubr. addi propter oleum rosar. omphacinum, quod requiritur ad compositionem olei mastichini.

UNGUENTUM FUSCUM NICOLAI MYREPSI.

℞. Olei libram unam semis,
Ceræ novæ uncias quatuor,
Picis Græcæ,
nigræ,
Sagapeni præp. ana uncias duas,
Mastiches,
Galbani præp.
Thuris,
Terebinthinæ ana unciam unam.

Fiat Unguentum, Ceram cum Pice liquatam & colatam, postea semirefrigeratis Mastichen & Thus pulverisata, ut & Sagapenum, Galbanum & Terebinthinam invicem liquefacta, Oleo immiscendo.

Dicitur & Nigrum. Vulnera mundificat, emollit & concoquit, carnem generat, putridamque depascit.

Welschius hic, pro oleo communi non opus esse, ut oleum terebinthinæ rubrum sumatur, cum illud sufficiat; neque sagapenum & galbanum statim in pultis formam solvenda esse, cum æque ac illa altera, quæ per linum & qualum suum colat, impura sint & colatione indigeant; mastichen etiam in oleo solvi posse, aut in pulverem redactam cum thure admisceri, contra Zwelferum notat.

UNGUENTUM AD HÆMORRHOIDAS.

℞. Thuris unciam semis,
Succi Prunorum sylvestrium,
Myrrhæ,
Croci ana drachmas tres,
Opii drachmam unam,
Mucilaginis Psyllii unciam semis,
Olei Rosacei uncias tres,
Lactis Caprini uncias quatuor,
Vitellum ovi unum,

Succus Prunorum, & Opium coquantur cum mucilagine, Oleo, & lacte ad debitam consistentiam, tandem addatur pulvis Croci, Thuris & Myrrhæ, cum Ovi vitello. Fiat Unguentum.

Acerbissimos hæmorrhoidum dolores placat, earundemque inflammationes retundit.

UNGUENTUM MARCIATI EX NICOLAO MYREPSO, vulgò MARTIATON.

℞. Foliorum Tamarisci uncias sex,
Lauri,
Rorismarini ana uncias octo,
Rutæ uncias septem,
Ebuli,
Sabinæ,
Balsamitæ, seu Menthæ aquaticæ,
Salviæ,
Ocymi,
Polii veri,
Calaminthæ,
Artemisiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Brancæ Ursinæ,
Aparines,
Parietariæ,
Pimpinellæ Sanguisorbæ, vel vulgaris,
Agrimoniæ,
Absinthii,
Primulæ veris,
Persicariæ,
Cymarum Sambuci,
Millefolii,
Sempervivi minoris,
majoris,
Chamædryos,
Centaurii,
Plantaginis minoris,
Fragariæ,
Orobi, aut Siderit,
Quinquefolii ana uncias quatuor,
Radicum Althææ,
Cumini,
Myrrhæ ana uncias tres,

Butyri unciam unam, drachmas duas,
Sem. Fœnugræci unciam unam ſemis,
Urticæ,
Violarum,
Papaveris albi,
Menthæ agreſtis, ſeu Menthaſtri, criſpæ,
Lapathi acuti,
Adianti albi,
Cardui benedicti,
Matriſylvæ,
Valerianæ,
Geranii odorati,
Trifolii acetoſi,
Linguæ Cervinæ,
Corulæ non fœtidæ,
Abrotoni,
Medullæ Cervinæ,
Styracis calamitæ ana unciam ſemis,
Adipis Urſini,
Gallinacei,
Maſtiches,
Thuris ana unciam unam,
Olei Nardini uncias duas,
Ceræ libras duas.

Herbæ omnes recentes colligantur, & inciſæ ac contuſæ macerentur in
Olei communis libris octo,

Coquantur ſecundùm artem, colentur, exprimantur, atque cum Ceræ circiter libris duabus, & reliquis fiat Unguentum.

Uſui eſt ad frigida corporis mala, capitis, thoracis, ſtomachi, jecoris, lienis, aliosque dolores à frigore natos, convulſiones, nervorum reſolutiones; & coxarios juvat, tumores ac durities emollit, lieni indurato præcipuè, ut & hydropi confert.

Multa circa hoc Unguentum in Zvvelfero reprehendit Welſchius, & quidem: 1. quòd quædam immutarit, uti: ſumendo præter folia, etiam radices enulæ & pimpinellæ, nec non pro ℥i. ʒii. butyri ℔ß. 2. quædam omiſerit, nempe betonic. ℥iv. menthaſtri ℥ß. 3. terebinthinæ ℔ß. addiderit; 4. multas coquat herbas balſamicas, quas alibi coqui vetuit, uti ebulum, artemiſ. pimpinell. agrimon. primul. veris &c. 5. radices & ſemina in vino maceret, quorum vires in coctione ad humiditatis conſumtionem usque inſtituta, una cum vino ſic diſperdantur; 6. quòd herbis his, ſeminibus & radicibus oleum & butyrum adfundat; cum tamen oleum aptum menſtruum pro rerum extractione non eſſe aliàs pronunciarit; imò 7. in eodem oleo denuo reliquas herbas & radices infundat, cum tamen ſæpius nihil recipere ultra modum ſuæ receptivitatis, & quæ imprægnata ſint ſufficienter, nihil ultra extrahere poſſe ſcripſerit; 8. oleum poſt coctionem in cucurbita, vel veſica ſolùm colet & exprimat, ſicque omnem ferè aquoſitatem ex ſecundis herbis, ut & particulam ex primis, cum oleo relinquat, à qua, ut & illa per deſtillationem prolecta, Unguentum nimis aquoſum fiat, & certiſſimè ſitum contrahat; 9. myrrham, ſtyracem & thus non poſſe perfectè Unguento miſceri, niſi ſint in terebinthina liquata, falſiſſimè dicat; inprimis myrrhæ in vino ſolutionem non eſſe genuinam, quam tamen in Theriaca & alibi multoties ipſe inſtituerit. Modus autem Welſchianus in præparando talis eſt: ℞. fol. lauri, rorismar. ana ℥viii. rutæ ℥vii. ebuli, ſabinæ, balſamitæ, ſalviæ, ocymi, polii, calaminth. artemiſ. enulæ, beton. pimpinell. agrimon. abſinth. primulæ veris, cymar. ſambuci, chamædr. centaur. ana ℥iv. cumini ℥iii. menthaſtri, menthæ criſpæ, card. bened. matriſylv. valerian. geranii moſch. acetoſell. abrotoni ana ℥ß. quibus inciſis & contuſis adfunde vini Menſ. iv. macerentur aliquot diebus, deinde deſtilla inde quamdiu prodit ſpiritus, (putamus prodituras circiter ℥xiv. vel ℥xv.) in quo ſolve myrrhæ ℥iii ſtyr. calam. ℥ß. & ſerva. Remanentiam exprime, expreſſo adde herbas, radices, & ſemina reliqua, omnia præſcripto pondere, ut tamariſc. ℥vi. branc. urſin. aparin. parietar. ana ℥iv. perſicar. craſſul. millefol. ſemperviv. major. plantagin. min. fragar. ſideritid. quinquefol. ana ℥iv. rad. alth. ℥iii. ſem. fœn. græc. ℥iß. ſem. urtic. violar. papav. alb. lapath. acut. rutæ murar. ling. cervin. buphthalm. ana ℥ß. macera per aliquot dies, deinde adde olei oliv. ℔viii. butyri ℔i. coque ad conſumpt. humid. exprime & cola; colatum iterum coque ad omnimodam conſumtionem aquoſitatis; in eo liquefac ceræ ℔ii. deinde adde olei nardini ℥ii. adip. urſin. gallin. ana ℥i. medullæ cervin. ℥ß. item. pulv. maſtich. thuris ana ℥i. miſc. & ubi refrixerit, adjunge etiam myrrham & ſtyracem in deſtillato ſuperiori ſolut. F. ſ. a.

UNGUENTUM AD MEMBRA EX IGNE AMBUSTA.

℞. Corticum interiorum Sambuci ſucculentorum uncias quatuor,
Olei Roſati uncias ſex,

Decoquantur ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, & exprimantur, in colatura liqueſcant
Ceræ albæ drachmæ tres,
Poſtea admiſceantur
Vitellorum ovorum numero tres.

Fiat Unguentum.

Eupo-

Euporiston est, in sedando dolore & ardore partium ab igne læsarum, nullo cicatricum relicto vestigio.

UNGUENTUM MERCURIALE.

℞. Mercurii vivi purificati,
Axungiæ porcinæ veteris ana libram unam,
Lithargyri Argenti,
Cerussæ ana uncias duas,
Myrrhæ electæ,
Thuris masculi,
Bdellii,
Gummi Ammoniaci ana unciam unam,
Theriacæ Andromachi,
Mithridatii Damocratis ana unciam unam semis,
Unguent. Agrippæ,
Martiati ana uncias duas,
de Althæa uncias duas semis,
Olei Laurini uncias quatuor,
Axungiæ Viperinæ veræ uncias duas,
Resinæ Pini uncias duas semis.

Mercurium Axungiæ porcinæ agitatione permiscendo, & cum reliquis jungendo, lege artis fiat Unguentum.

Vires Unguenti hujus D. D. Joannes Udalricus Rumlerus, Collega quondam noster, multo tempore in Nosocomio Gallico feliciter est expertus.

Mercurius cum aceto ac sale agitatur, & aliquoties abluitur, ac per corium expressus purgatur.

UNGUENTUM NICOTIANÆ.

℞. Foliorum Nicotianæ libras duas,
Pinguedinis Porci recentis diligenter lotæ libram unam,
Succi Nicotianæ depurati libram semis.

Herba recens contusa cum Succo & Pinguedine per noctem maceretur, manè igne lento coquatur ad humiditatis aqueæ consumtionem, coletur & exprimatur. In expresso liquefaciendo
Resinæ Abietis uncias quatuor,
Ceræ novæ quantum satis est,
additisque
Aristolochiæ rotundæ subtilissimè pulverisatæ unciis duabus.
Fiat Unguentum.

Describitur hoc Unguentum à Laurentio Jouberto in sua Pharmacopœia, cui miram in scrophulis dissipandis vim inesse ait. Celebratur etiam in ulceribus & vulneribus, tam recentibus, quàm antiquis persanandis. Adusta quoque, morphæam & tineam capitis juvat, ac cutem à scabie mundificat.

Qui Ceratum maluerit, pondus Ceræ augeat: Cui verò exsiccandi & consolidandi mens fuerit, Mumiæ & Succini ana drachmas tres adjicere poterit.

Unguentum hoc Welschius ita parat: Herba & succus (si quis velit,) coquantur cum pinguedine ad consumtionem humiditatis, exprimantur, iterum coquantur ad omnimodam consumtionem aquositatis; in hoc liquabis resinam & ceram, & simul colabis, tandem admisce pulver. aristoloch. & F. s. a. Unguentum.

UNGUENTUM AD OCULOS.

℞. Butyri recentis uncias quatuor,
Ceræ albissimæ unciam unam,
Tutiæ præparatæ unciam semis,
Camphoræ scrupulos duos.
Fiat ex arte Unguentum.

Easdem vires obtinet, quas Unguentum Nihili, paulò tamen inferiores.

Welschius hîc notat, butyrum, quod semper aut lactis, aut aquæ aliquid admixtum habet, priùs per coctionem ab humiditate liberandum esse; secus enim Unguentum certissime rancescere, neque durabile esse; ideo etiam lotionem cum aqua rosar. & prunor. inutilem esse; *ubi tamen dubitare liceat, an sola coctio butyri pro humiditate separanda sufficiat, cum particulæ salsæ in sero lactis, butyro immixto, hac ratione non tollantur; quibus separandis lotio utique conducet, ne acredine sua oculis noceant.*

UNGUENTUM PEDICULORUM.

℞. Olei Laurini libram unam,
Argenti vivi uncias quatuor,
Staphidis agriæ,
Hellebori albi anà uncias decem,

Olei

Olei Spicæ unciam unam,
Axungiæ porcinæ libras sex.

Argentum vivum agitetur cum Oleo Laurino, donec splendorem amittat, postea secundùm artem cum reliquis jungatur.

UNGUENTUM POMATUM.

℞. Styracis calamitæ,
Benzoini electi ana drachmas decem,
Cinnamomi electi,
Caryophyllorum ana drachmas sex,
Radicum Ireos Florentinæ unciam unam,
Nucis moschatæ drachmas tres,
Macis drachmam unam,
Florum Lavendulæ,
Spicæ ana pugill. duos,
Pomorum Aurantiorum recentium,
Citriorum recentium ana numero duo,
Odoriferorum numero viginti quatuor,
Aquæ Rosarum optimæ uncias octodecim,
Vini albi optimi uncias quatuor,
Unguenti Rosati albi libras tres,
Sebi castrati libram unam,
Ceræ albæ uncias quatuor.

Fiat lege artis Unguentum.

Viribus cum illo superiùs pag. 206. descripto convenit.

POMATA, SIVE SEBUM CONFECTUM EX AMATO LUSITANO.

℞. Adipis Cervini, vel illius, qui ab Hœdi renibus separatur, libras duas,
Pinguedinis suillæ recentis libram semis.

Pinguedines à membranis purgatas albo Vino abluito, deinde lineo panno exprimito, ut Vinum à pinguedinibus separetur. Eas postea in ollam vitreatam aquâ Rosaceâ semiplenam infundito, ut aqua superemineat, & pinguedines cooperiat, quibus demum addes

Pulveris Caryophyllorum unciam semis,
Nucis moschatæ drachmas duas,
Spicæ Indicæ grana quatuor,
Pomorum Camusiorum mundatorum & incisorum numero octo.

Postea optimè copertâ ollâ, lenibus prunis totum admoveto, & bacillo agitato, fervereque permittito, ut aquositas penè tota consumatur. Tandem remotâ ab igne ollâ, quod residuum est, per linteum novum rarum in vas fictile aquâ Rosaceâ respersum percolato, fæces tamen relinquendo. Colatum denuò in alteram infundatur ollam vitreatam, cui adde

Olei Amygdalorum dulcium uncias sex,
Ceræ albæ uncias quatuor.

Ad ignem omnia liquefacta iterum colato, & in vasculum vitreatum Rosaceâ aquâ inspersum cadere finito. Demum omnia illa aquâ Rosaceâ abluta, in vase vitreo optimè cooperto servato, & tum candidissimum sebum habebis, quod interdum Minio coloratur. Potest iisdem addi

Coralliorum rubrorum drachma una semis.

Vires cum Unguento pomato superius descripto coincidunt.

In hujus unguenti præparatione facilè quis inveniet, quod mutationem expostulet; quam tamen cuivis, illud parare qui voluerit, potiùs relinquimus; ipsam verò descriptionem addere voluimus, ut & hæc, tot inter alias, passim usuales, si forte alicubi in usu sit, prostaret.

UNGUENTUM POTABILE.

℞. Butyri recentis non saliti libram unam semis.
Rad. Rubeæ tinctorum,
Tormentillæ,

Caſtorei,
Spermatis Ceti ana unciam ſemis.

Radices & Sperma Ceti cum Butyro bulliant in Vini odorati ſufficienti quantitate ad ejus conſumtionem, colentur & exprimantur, ac addito pulvere Caſtorii, fiat Unguentum ſecundùm artem.

Eorum, qui ex alto ceciderunt, vulnera interna glutinat, ſanguinem concretum diſſolvit, ut & concuſſis auxilio eſt.

UNGUENTUM EX RHAMNO ET FRANGULA MINDERERI.

℞. Rad. recentium Scrophulariæ uncias duas,
Enulæ,
Lapathi acuti,
Chelidonii majoris,
Corticum med. Frangulæ,
Rhamni ana recentium unciam unam,
Butyri recentis uncias ſedecim.

Piſtentur ſimul fortiter, poſteaque, additis
Aceti Rutacei unciis quatuor,
coquantur ad humiditatis aquoſæ conſumtionem, colentur & fortiter exprimantur, deinde addantur
Terebinthinæ Venetæ drachmæ ſex,
Styracis liquidi drachmæ tres,
Vitelli ovorum numero quatuor,
Salis Nitri drachma una ſemis,
Sulphuris vivi drachma una,
Aceti Scillini drachmæ ſex.

Miſceantur omnium primò Terebinthina cum Styrace, & Vitellis ovorum, poſtea additis reliquis, fiat Unguentum.

Ad cutis vitia ex ſcabie utile eſt, tutius longè omnibus Mercuriatis.

UNGUENTUM RUBRUM, SIVE DE MINIO CAMPHORATUM.

℞. Olei Roſati libram unam ſemis,
Lithargyri uncias duas,
Minii uncias tres,
Ceruſſæ unciam unam ſemis,
Tutiæ præparatæ,
Camphoræ ana drachmas tres,
Ceræ albæ uncias duas.

Liquatam Ceram cum Oleo, lento igne, miſce in mortario plumbeo, cum reliquis rebus tenuiſſimè tritis.

Refrigerat & ſiccat potentiſſimè, ideoque igni ſacro feliciſſimè adhibetur, cancros ſanat & ulcera, quæ humorum acrimoniâ ſerpunt: Eam namque obtundit.

Coctionem cum aceto, quam præſcribit Zvvelferus, unguentum rubrum non largiri notat Welſchius, quia minium coctum colorem ſuum perdit.

UNGUENTUM DE SUCCIS ARANTII.

℞. Olei Roſati uncias ſex,
Omphacini uncias tres,
Succorum Plantaginis,
Solani hortenſis,
Centaurii minoris,
Lapathi acuti ana unciam unam ſemis,

Bulliant ad ſuccorum conſumtionem, poſtea addatur
Ceræ albæ ſeorſim liquatæ quantum ſatis:
Inſpergendo paulatim
Lithargyri triti drachmam unam ſemis,
Plumbi uſti drachmas tres,
Pompholygis drachmas duas,
Hordei uſti pugill. unum ſemis,
Boli Armenæ,
Camphoræ ana drachmam unam:

His omnibus ſimul mixtis, ultimo loco adde
Ung. Populei unciam unam,
Infrigidantis Gal. unciam ſemis.
Fiat Unguentum.

Ulceribus fœdis ac malignis opitulatur. Mundificat enim, ſiccat, fluxiones acres in iisdem temperat, inflammationes reprimit, ac ſinus cicatrice tegit.

Hæc

Hæc deſcriptio ab auctoris, Jul. Cæſ. Arantii, nonnihil eſt diverſa, utpote quam Tiberius Phialettus Medicus & Chirurgus Patavinus nonnihil immutavit, à D. D. Joh. Udalrico Rumlero communicata.

UNGUENTUM AD TINEAM.

℞. Olei Roſati,
Juniperi ex ligno ana drachmas ſex,
Sulphuris vivi,
Stercoris Columbini,
Floris Æris ana unciam ſemis,
Ceræ quantum ſufficit.

Fiat Unguentum.

Vires ex inſcriptione patent.

UNGUENTUM AD VERRUCAS SEU CARUNCULAS IN MEATU URINARIO NATAS.

℞. Mercurii præcipitati drachmas duas,
Unguenti de Ceruſſa unciam ſemis.
Miſce.

Addi his poteſt pro magnitudine affectus aliquid Olei Vitrioli aut Aquæ fortis, immittendo hujus Unguenti parum ſupra candelam ceream in canalem. Poteſt autem loco Unguenti de Ceruſſa à principio ſumi Unguentum Anodynum in æqua cum Præcipitato portione, aut etiam aliâs pro lubitu & intentione Medici variari.

Candelæ ſic fiunt:

℞. Ceræ albæ libram unam,
Terebinthinæ Venetæ unciam unam.

Liqueſcat Cera, poſtea addatur Terebinthina, & in his liquatis intingantur Ellychnia, fiantque Candelæ juſtam craſſitiem habentes.

Utebatur hoc Unguento feliciter Alphonſus Ferreus Neapolitanus in exſtirpandis carunculis ſeu verrucis in pene natis, urinæ non raro ſuppreſſionem cauſantibus: id quoque commodiſſimè quondam uſurpabat Joannes Thanmüllerus, Lithotomus ac Chirurgus inſignis, qui multis annis in urbe noſtra Praxin ſuam exercuit; id verò D. D. Udalricus Rumlerus, Collega quondam noſter, communicaverat.

UNGUENTUM VIOLATUM.

Fit ut Roſatum.

Calidis pectoris noxis prodeſt, refrigerat & humectat.

UNGUENTUM VIRIDE REGINÆ.

℞. Fol. Lauri,
Roriſmarini,
Salviæ,
Majoranæ,
Rutæ,
Millefolii,
Anagallidis aquaticæ,
Nigellæ cum floribus & ſeminibus ana manipulos duos,
Urticæ majoris,
minoris,
Hyſſopi,
Prunellæ,
Artemiſiæ ana manipulum unum,
Agrimoniæ,
Centinodii,
Plantaginis minoris,
Rad. Cichorii,
Bellidis,
Conſolidæ mediæ,
Saracenicæ,
Vincæ pervincæ,
Lavendulæ,
Abſinthii,
Roſarum rubrarum,
albarum ana manipulos tres.

Herbæ & Radices mundatæ incidantur, contundanturque cum Butyri recentis libris ſex, poſtea additis Olei Olivarum libris duabus coquantur lento igne, rudiculâ continuò agitando: colentur & exprimantur, addaturque

Ceræ albæ libra ſemis,
ac tandem

Olibani & Mastiches subtilissimè pulverisatorum ana unciæ quatuor.

Redigantur in Unguentum.

Non tantùm externè adhibetur, sed etiam internè datur ruptis, convulsis ac ex alto prolapsis, ubi grumosi sanguinis suspicio subest: suggillata curat, dolores partium lenit, estque ad varios usus adcommodatum.

In Zvvelferi præparatione taxat Welschius, quòd: 1. pro anagallide aquat. ponat anagallidem simpliciter, cum tamen utriusque non eædem sint vires; 2. pro anagall. & nigell. ana Man.ij. utriusque sumat ℥iv. & tamen in seqq. pro prunell. & artemis. ana Mi. utriusque ℥iij. id quod absque ulla proportione proferatur; & omnium confessione manipulo uni respondeat uncia dimidia, aut, si de recentibus sermo sit, circiter uncia integra; 3.herbas recentes maceret in oleo & butyro, quæ ineptum menstruum esse pro extractione alibi adfirmat; 4. easdem herbas, in quibus multæ sunt balsamicæ & odoriferæ, uti artemisia, absinthium, rosæ &c. coquat ad humiditatis consumtionem, qua ratione vires exhalare necesse sit; 5. in expresso hoc & imprægnato oleo infundat iterum alias herbas, cum tamen nihil recipiat ultra modum suæ receptivitatis; 6. pro fol. lauri &c. Mii. iterum sumat ana ℥iv. 7. denuo ponat absinth. & rosar. ana ℥iij. cum supra jam tantundem posuerit; 8. humiditatem elicitam in cucurbita, addat reliquo tantùm fortissime expresso, non denuo prius ad consumtionem humiditatis cocto, & sic facillimè rancescenti; 9. mastiches in pulvere additionem reprehendat, quam ipse supra in Unguento arego sic immiscuerat. Welschius autem hunc verum esse parandi modum pronunciat, ut ex herbis, adjecto vino, fiat destillatio, & in reliquis procedatur, sicut in Unguento Marciati ab ipso fuit expositum.



CLAS-



CLASSIS DECIMÆ SEXTÆ,

EMPLASTRA EXPLANANTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

℞. Olei libras duas,
Ceruſſæ libram unam ſemis,
Ceræ albæ uncias quatuor.

Ceruſſam cum Oleo, leni igne ad debitam conſiſtentiam coquendo, & tandem Ceram in eo liquefaciendo, fiat Emplaſtrum.

Dicitur & Emplaſtrum de Ceruſſa. Intertriginibus quacunque ex cauſa ſuccurrit, ac leves cutis exulcerationes ſanat.

Quidam aquæ aliquid addunt, ut eò faciliùs albedo Emplaſtri in coctione ſervetur.

Welſchius ceruſſam oleo nutrire ad Emplaſtri conſiſtentiam præcipit, cui deinde cera addatur, quæ tamen non ſit corpus, ſed faciat tantùm Emplaſtra, ut ſic dicatur, complanabilia, ſeu tractabilia; acetum autem & ſal cum Zvvelfero addere, non opus eſſe judicat, quia illud faciat emplaſtrum flaveſcere, non candicare.

EMPLASTRUM DE BACCIS LAURI.

℞. Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ ana unciam unam,
Baccarum Lauri uncias duas,
Cyperi,
Coſti ana unciam unam,
Olei Laurini,
Terebinthinæ Venetæ,
Ceræ citrinæ ana unc. ſemis,
Mellis deſpumati quantum ſufficit.

Fiat secundùm artem Emplastrum, Oleo Terebinthinæ & Ceræ invicem liquatis, post factam ab igne depositionem, cætera immiscendo.

Ventriculi, intestinorum, jecoris, renum, vesicæ, uteri & partium aliarum dolorem à flatibus, aut frigida intemperie ortum sanat. Si verò stercus capræ, aut vaccæ siccum, pondere omnium, adjicias, & aucto Mellis pondere, ad hydropem ascitem, ac tympanitem conducit.

Welschianus parandi modus est, ut ex pulveribus præscriptis fiat cum mellis despum. & ad debitam crassitiem cocti suff. quant. massa debitæ consistentiæ, cui deinde adduntur ol. lumbric. terebinth. & cera flava simul pistata.

EMPLASTRUM DE CICUTA SCHRÖDERI.

℞. Cicutæ cum toto incisæ, & exsiccatæ uncias novem,
Succi ejusdem uncias quatuor,
Olei Capparum unc. octodec.
Irini uncias sex,
Ceræ novæ uncias quatuor semis,
Gummi Ammoniaci unciam unam semis.

In Oleis cum Succo sufficienter coctis liquetur Cera, postea ab igne depositis addendo pulverem Cicutæ & Ammoniaci, fiat Emplastrum.

Præstantissimum est in tumoribus duris & scirrhosis, inprimis vero lienem obstructum aperit, roborat, ejusque duritiem emollit.

EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX, SIVE ALBUM MESUÆ.

℞. Mucilag. Fœnugræci,
Seminis Lini,
Rad. Althææ ana libram unam,
Olei clari libras tres,
Lithargyri libram unam semis.

Coquantur omnia leni igne, continuè agitando, usque ad humiditatis aquosæ consumtionem, vel justam consistentiam.

Ad partium quarumcunque durities resolvendas & digerendas efficax, hepatis, lienis, ventriculi, & furunculi reliquias emollit ac dissipat, strumas quoque & inveteratos abscessus dissolvit, recentia vulnera ut & ulcera ab inflammatione vindicat, divisa glutinat, superficialia ulcera sanat solutum Rosaceo vel Myrtino, liquatum Chamæmelino nervorum phlegmonam prohibet, podagricis quovis tempore opitulatur, ad diuturnas ac recentes uteri phlegmonas pessario inditum admovetur.

Quidam pulveris Ireos unciam unam in libras singulas addunt.

Cum Zvvelferus in Emplastri hujus præparatione Lectorem ad Album coctum remittat, atque in eo candorem, aut aliquam saltem albedinem valdopere probari innuat, hanc ipsam ab aceto, quod addit, in flavescentem aut nigricantem verti, præterea mucilaginis cum lixivio, utpote salso, extractionem esse inutilem, oleo autem axungiam porcinam recentem à quibusdam substitui, notissimum Officinis esse monet Welschius; modum econtra parandi præscriptum esse facilem, hoc unum observando, ne conficiatur in fornace vulgari cum ventili, sive ne ignis sit nimis fortis.

EMPLASTRUM DIACHYLON CUM GUMM. VIGONIS.

℞. Radicum Althææ libram semis,
Sem. Lini,
Fœnugræci ana unciam unam,
Malvæ,
Althææ,
Cydoniorum ana unciam semis,
Psyllii drachmas duas,
Suc-

Succi Glycyrrhizæ drachmas decem,

Cum aqua fontana coquantur & exprimantur. Mucilagini expreſſæ adde

Olei Chamæmelini,
Anethini,
Liliorum,
Lini,
Irini ana uncias tres,
Amygdalorum dulcium,
Lithargyri Auri ana drachmas decem.

Coquantur ad humoris aquei conſumtionem; poſtea ab igne removeantur, & cum

Pinguedinis Gallinæ,
Anatis,
Anſeris ana unciis tribus,
Oeſypi drachmis decem,
Sebi Vitulini libra ſemis,
Pulveris Rad. Ireos unciis duabus,
Florum Violarum uncia dimidia,
Bdellii drachm. tribus,
Terebinthinæ uncia una ſemis,
Ammoniaci præparati drachmis quinque,
Sagapeni,
Opopanacis,
Galbani ana præpar. drachmis tribus,

Gummia hæc cum Terebinthina liquando, fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.

Magnarum in emolliendo eſt virium, concoquit, maturat, digerit ac reſolvit.

Quòd flores violarum & olea chamæm. aneth. &c. coquendo, Zvvelferus eorum virtutes diſperdat, gummi ammoniacum planè omittat, ſagapenum & galbanum in pulverem redigere fruſtrà laboret, eadem in pultis forma abſque colatura admiſceat, bdellium in aqua, quam tamen Emplaſtra non patiuntur, ſolvat, & lithargyrum abſque aceto, quod aliàs reprehendit, coquat, Welſchius monet, ſuumque parandi modum adjungit: ℞. mucilagines ex radd. & ſemin. confectas, &, ſi emplaſtrum album deſideretur, loco ſucci, decocti rad. liquirit. ℔ß. olei lini, lilior. irin. ad ℥iij. amygdal. dulc. ʒx. olei ſimpl. ℥vj. pingued. gallin. anat. anſer. ana ℥iij. litharg. æquale pondus, quantum eſt ol. & pingued. Coque ad debitam conſiſtentiam, deinde adde ſebum vitul. terebinth. œſypum & ceram, tum gumm. ſagapeni, opopan. galban. ana ʒiij. ammoniac. ʒv. in aceto ſoluta, colata & iterum inſpiſſata, it. pulver. ſubtiliſſ. bdellii ʒiij. pulv. rad. ireos Flor. ℥ij. pulv. fl. violar. ℥ß. F. ſ. a. cui addi poſſet ol. chamæm. & aneth. deſtill. ana ℈ß. Quia tamen hîc lithargyri pondus tantopere, nec malè augendum erat, idcirco etiam pondus gumm. ita auctum vellemus, ut trium priorum ſumeretur, ana ℥j. & ammoniac. ℥iß. aut ſaltem duplicatum. Id quod in omnibus Emplaſtris notandum, in quibus lithargyrum & ceruſſa augetur. *Cum neque lithargyri, neque ceræ largior additio quidquam virium Emplaſtro huic conferat, ſed potiùs eas imminuat: Præſtat oleorum, pinguedinum & ſebi doſin imminuere, gummium autem & pulverum quantitatem augere, atque ita Emplaſtrum efficacius conſtruere. Succo liquiritiæ ſi decoctum ex radicum ejus libra dimidia ſubſtituatur, Emplaſtri albedo multò magis obfuſcabitur, cum illa radicum quantitas per coctionem cum aqua, ſi inſpiſſetur, longe plus ſucci, quàm drachmas decem largiatur.*

EMPLASTRUM CITRINUM VULGARE.

℞. Reſinæ libram unam,
Ceræ citrinæ libram ſemis,
Sebi Cervini uncias quatuor,
Terebinthinæ uncias duas.

Fiat Emplaſtrum, omnia invicem liquando & colando.

Vulneribus recentibus medetur, ac ea cicatrice claudit. Quodſi id ulceribus repurgandis magis idoneum reddere volueris, in ſingulas libras Emplaſtri, adjicito Æruginis mundatæ drachmas duas, atque ſic Emplaſtrum viride efficies, id quod communiter à plebeis expetitur.

Pro colore intenſiore obtinendo, parum curcumæ, uti vulgo fieri ſolet in Officinis, ante colationem adjicere permittit Welſchius, quod etiam in Unguento de althæa compoſito Zvvelferus permiſerat.

EM-

EMPLASTRUM DE CRUSTA PANIS MONTAGNANÆ,

℞. Maſtiches,
Menthæ ana drachm. unam,
Cruſtæ panis toſtæ & maceratæ in aceto per horam mediam uncias duas,
Olei de Maſtiche,
Cydoniorum,
Terebinthinæ,
Ceræ ana unciam unam,
Farinæ Hordei quantum ſufficit.

Fiat Emplaſtrum, Oleis Ceram cum Terebinthina liquefactam & cætera permiſcendo.

Confert ad vomitum puerorum, ac iis, qui cibum retinere nequeunt.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM MYNSICHTI.

℞. Ceræ flavæ uncias undecim,
Colophoniæ,
Bdellii ana uncias quatuor,
Succini citrini uncias tres,
Gummi Am̃oniaci præpar.
Terebinthinæ puræ ana uncias duas,
Galbani præparati,
Sandaracæ ana unciam unam,
Maſtiches,
Thuris electi ana unc. ſemis.

Cera cum Colophonia liquetur & coletur; quibus ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis Am̃oniacum, Galbanum & Terebinthinam invicem liquefacta, poſt reliqua in pulverem contrita immiſcendo, fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.

Pituitam ac ſeroſam humiditatem abſumit, diſcutit & extrahit; hinc prodeſt in iſchiadico dolore, intumeſcentia pedum, parotidibus & tumoribus Gallicis pituitoſis, ubi ſuppurationi incumbere nolumus. Plura vid. in Hadriani Mynſichti Armament. med. Chym.

EMPLASTRUM FEBRIFUGUM STROBELBERGERI.

℞. Terebinthinæ puræ unciam unam ſemis,
Leni igne liquefactæ injice
Aranearum vivarum in locis mundis captarum numero quindecim.

Miſceantur & agitentur cum piſtillo ligneo, usque dum nihil ampliùs de Araneis conſpiciatur, poſtea addatur
Telarum mundarum, quantũ prædictæ Araneæ texerunt,
Pulveris Aſphalti,
Salis am̃oniaci puriſſimi ana unc. un. ſemis.

Terantur, usque dum refrigeſcat materia, & juſtam Emplaſtri conſiſtentiam adquirat; quod cum Oleo Scorpionũ ſimplici malaxetur.

Uſus ejus eſt in febribus tertianis & quartanis multis experimentis comprobatus, ſi carpis manuum adplicetur.

EMPLASTRUM MALACTICUM CUM GUMMIBUS.

℞. Ceræ citrinæ uncias duas, drachmas ſex,
Terebinthinæ drachm. decem,
Sebi cervini,
Reſinæ ana unciam unam,
Gummi Ammoniaci,
Galbani ana præp. unciam ſemis,
Pulveris Curcumæ,
Fœnugræci,

Lini

Lini ana unciam ſemis,
Althææ drachmas duas,
Farinæ Fabarum,
Tritici ana drach. tres.

Ceræ, Sevo & Reſinæ liquefactis, colatis, poſtea ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis, Pulveres ac Gum̃ia cum Terebinthina liquata immiſcendo, fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM MALACTICUM SINE GUMMIBUS.

℞. Ceræ citrinæ uncias octo,
Terebinthinæ uncias quatuor,
Colophoniæ uncias tres,
Olibani uncias duas,
Tartari albi drachmas duas,
Myrrhæ,
Seminis Fœnugræci,
Lini ana unc. unam,
Radicum Althææ,
Curcumæ,
Farinæ Fabarum ana drachm. duas,
Olei Lini drachmas tres.

Cera cum Colophonia liquetur, coletur & Oleo ac Terebinthinæ invicem liquefactis, ut & reliquorum pulvis ex arte permiſceantur.

Vires utriusque Emplaſtri nomini reſpondent, & cum ſubſequentis Emplaſtri de Meliloto conveniunt.

EMPLASTRUM DE MELILOTO MESUÆ.

℞. Meliloti uncias ſex,
Florum Chamæmeli,
Fœnugræci,
Baccarum Lauri,
Rad. Althææ,
Abſinthii ana drachmas tres,
Seminis Apii,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caſſiæ ligneæ,
Ammeos ana drachm. unam ſemis,
Majoranæ drachmas tres,
Ammoniaci præpar. drachm. decem,
Styracis calamitæ præpar.
Bdellii ana drachmas quinque,
Terebinthinæ uncias tres,
Ficuum pinguium numero duodecim,
Sevi Hircini,
Reſinæ ana uncias duas ſemis,
Ceræ libram unam,
Olei Sampſuchini,
Nardini ana quantum ſufficit.

Cera cum Reſina & Sevo liquata ac colata miſceatur Oleis, poſtea ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis Pulveres, ac tandem Styrax & Ammoniacum, in Terebinthina liquata, ut & Ficus in pulpam craſſam redactæ addantur.

Fiat Emplaſtrum.

Cum ob magnam pulverum quantitatem Emplaſtrum hoc facilè in grumos, ægris moleſtos, faceſſat, incommodum hoc ut præcaveremus, terebinthinæ & ceræ pondus duplicavimus, cum antea illius tantùm uncia una cum dimidia, hujus autem unciæ ſex requirerentur.

Malacticum celebre ad inveteratas durities jecoris, lienis, ventriculi, viſcerum, & reliquarum partium emolliendas, hypochondriorum tenſionem laxandam, flatus reſolvendos, bubones diſcutiendos, ac dolorem à frigido ſedandum.

Cum Zvvelferus, flores chamæmeli, abſinthium, ſpicam Indicam &c. coquendo, partes ſubtiles deperdat, bdellium omittat, & pondera ingredientium immutet, cenſuram Welſchii incurrit, qui in ſuo modo ſebum hircinum, reſinam, ceram ſimul liquat, & colat, poſtea olea, ſtyracem cum terebinthina in mortario calido priùs ſubactum, ammoniacum in aceto ſolutum, colatum & inſpiſſatum, pulpam ficuum, ad ſuperfluam humiditatem abigendam priùs nonnihil coctam, & pulverem reliquorum omnium alternatim addit, ut ſ. a. fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM NERVINUM VIGONIS.

℞. Olei Chamæmelini,
Roſarum ana unc. duas,
Maſtichini,
Terebinthinæ,
Lini ana unc. unam ſemis,
Terebinthinæ claræ uncias quatuor,
Sevi Vitulini,
Hircini ana unc. duas ſem.
Herbarum Roriſmarini,
Betonicæ,
Caudæ equinæ,
Centaurii ana manipulum unum,
Vermium terreſtrium lotorum uncias tres,
Radicum Rubiæ tinctorum drachmas decem,
Hyperici fol. & ſem. ejus ana manipulum unum,
Maſtiches pulveriſatæ,
Gummi Elemi ana drachmas decem,
Picis navalis,
Reſinæ ana unc. unam ſemis,
Sagapeni,
Galbani,
Ammoniaci ana præparati drachmas tres,
Lithargyri Auri,
Argenti ana uncias duas ſemis,
Minii uncias duas,
Ceræ quantum ſatis.

Oleum Chamæmelinum, Roſarum, Maſtichinum & Lini cum Lithargyro & Minio coquantur ad debitam conſiſtentiam, poſtea addantur Pix, Reſina, Sevum cum Cera invicem liquata & colata, atque cum ab igne depoſita & ſemirefrigerata fuerint, reliqua in pulverem redacta, nec non Gummi Elemi, Sagapenum, Galbanum, Ammoniacum cum Terebinthina liquefacta, ac tandem Oleum Terebinthinæ.

Emollit, digerit, reſolvit, nervoſarum partium malis cumprimis utile.

In modo parandi hoc Emplaſtrum Zvvelferiano reprehendit Welſchius, quòd: 1. herbas roriſmarini, betonicæ &c. in vino & aceto coquendo, potiores eorum vires diſperdat, idemque etiam in oleo chamæmelino, roſato, & terebinthinæ faciat, dictorum oleorum & lithargyrorum doſin ſine cauſa augeat, gummi elemi, ſagapeni & galbani fruſtrà in pulverem redigere tentet, (*quod tamen ſimpliciter non eſſe fruſtraneum, quilibet facilè experiri poterit,*) colationem gummium omittat, maſtiches pondus non debite augeat &c. Ipſe autem talem modum proponit: ℞. ol. lumbricor, ℥v. ʒi. olei lini ℥iß. lithargyri, auri & argenti pondus æquale, coque nutriendo ad conſiſtentiam debitam; poſtea ℞. terebinth. claræ ℥iv. ſebi vitulini, hircini ana ℥iiß. picis naval. reſinæ ana ℥iß. ceræ fl. q. ſ. Liquata ſimul & colata priori adjunge; tum ℞. gummi elemi ʒx. ſagapeni, galbani, ammoniaci, ana ʒiii. ſoluta in aceto, colata & inſpiſſata adde, & denique pulv. maſtiches ʒxiii. pulv. herbæ beton. caudæ equin. centaur. ana ℥ß. pulv. rad. rub. tinct. ʒx. fol. & ſummitat. hyperic. ana ℥ß. ol. terebinth. ℥iß. minii ℥ii. M. ſ. a. adde etiam olei roriſmarin. & chamæm. deſtill. aliquot guttulas.

OXYCROCEUM COMMUNE EX NICOLAO ALEXANDRINO.

℞. Ceræ,
Picis,
Colophoniæ ana libr. unam,
Croci,
Terebinthinæ,
Galbani præpar.
Ammoniaci præpar.

Myrrhæ,

Myrrhæ,
Olibani,
Maſtiches ana unc. quatuor.

Cera, Pix, & Colophonia invicem liquentur & colentur, quibus dein ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis Galbanum & Am̃oniacum in Terebinthina ſoluta, poſt reliqua in pulverem tenuiſſimum redacta, jungantur, fiatque ſecundùm artem Emplaſtrum.

Ad contuſa, oſſium fracturas, nervorum dolores, & abſceſſuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum, emplaſticum quoque & gignendo callo habile.

Welſchius in modo Zvvelferi reprehendit: 1. non neceſſarium ponderis terebinthinæ augmentum; 2. galbani electi, id eſt, in granis additionem; 3. maſtiches pulveriſatæ admixtionem, quàm aliàs in oleo aut terebinthina liquandam eſſe cenſuit; 4. coctionem in diplomate, qua partes tenuiores avolent: 5. galbani in hyeme commodam in pulverem redactionem, quæ fieri nequeat: Ipſe vero talem ſuppeditat: ceram, picem, colophoniam, terebinthinam una liquando & colando, deinde gummia in aceto ſoluta, colata & inſpiſſata addendo, item pulver. myrrhæ, thuris & maſtiches, nec non croci cum vini ſpiritu irrigati.

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO VIGONIS.

℞. Ol. Chamæmelini,
Anethini,
Liliorum alborum ana uncias duas,
de Croco unciam unam,
Pingued. Vituli libram ſemis,
Ranarum numero ſex,
Lumbricorum elotorum unc. tres ſemis,
Decocti radicum Ebuli,
Enulæ an. uncias duas.

Coquantur ad conſumtionem humiditatis aqueæ, & poſt colaturam cum
Lithargyri libra una,
bulliant ad debitam conſiſtentiam, poſtea addantur
Ceræ flavæ unciæ ſex,
& ab igne remotis
Pulveris Euphorbii drachmæ quinque,
Thuris drachmæ decem,
Schœnanthi,
Stœchadis,
Matricariæ ana unc. ſemis,
Terebinthinæ claræ unc. duæ,
Styracis liquidi unc. una ſemis,
Argenti vivi cum dicta Terebinthina & Styrace probè permixti unciæ quatuor.
Axungiæ viperinæ unciæ duæ ſemis,
Olei Spicæ unciæ duæ,
Laurini uncia una ſemis.
Fiat Emplaſtrum.

Debet etiam proſtare SINE MERCURIO paratum.

Valet in diſſipandis doloribus artuum, homoplatarum, coxendicumque à lue venerea inveterata obortis, partibus robur conciliat, & virulentiam luis ſub madoris ſpecie extrahit. Quod ſine Mercurio paratur, doloribus ex frigida cauſa obortis confert.

In hujus Emplaſtri præparatione Zvvelferiana taxat Welſchius, quod: 1. Mercurius in aqua forti ſolvatur, & cum pinguedine viperina ac oleo liliorum coquatur; qua ratione maſſa dura evadat; ſi autem maximè ſic ſolvendus eſſet Mercurius, potiùs præcipitatum eſſe ſumendum, quamvis hîc non corrodens ille deſideretur, ſed qui tantùm madoris ſpecie virus extrahat; 2. coctione pinguedinis viperinæ partes ſubtiliores pereant; ſchœnanthum, ſtæchas, matricaria, oleum chamæmelinum, anethinum, ſpicæ & laurinum coquantur; 4. pondus quorundam ingredientium abſque ulla neceſſitate immutetur; 5. quædam ingredientia planè omittantur, uti oleum è croco; 6. oleum de ſpica coctum præſcribatur, cum

nulla olea ex rebus odoratis coqui aliàs velit, & oleum ſpicæ deſtillatum vulgare in maxima copia habeatur &c. Welſchianus autem præparandi modus talis eſt: ℞. ol. oliv. ℥v. ſebi vitulin. ℔ß. ranar. num. vi. lumbricor. mund. ℥iiiß. ſucci rad. ebul. ℥ii. coq. ad conſumt. humiditatis, add. colaturæ ol. lil. alb. ℥ij. litharg. ℥iij. coq. nutriendo ad conſiſt. emplaſtri durioris; poſtea ℞. ol. laurin. ℥iß. ping. viper. ℥iiß. ceræ flav. q. ſ. liquatis ſimul add. olei de ſpica ℥ij. & miſc. cum priori emplaſtro, it. pulv. euphorb. ʒv. thuris ʒx. croc. ʒß. myrrh. gr. xv. cardamomi ʒß. & ubi ſemirefrixerit, add. ſtyr. liq. ℥iß. F. ſ. a. Emplaſtrum; cui, qui volet, addere poterit oleor. deſtill. chamæm. aneth. guttas aliquot, &, ſi quis reliqua etiam deſideraret moroſiùs, adderet ſchœnanthum, ſtœchadem, matricariam, & radices enulæ in pulverem redacta debita quantitate. Et hoc Emplaſtrum eſſet ſine Mercurio; qui vellet cum Mercurio uſurpare, ultimò admiſcere poſſet Mercurii vivi comm. ℥ij. terebinthina in mortario æneo cum piſtillo ferreo extincti & ſubacti ℥iv.

EMPLASTRUM SANDALINUM, OLIM INCOGNITUM DICTUM.

℞. Ceræ novæ uncias quatuor,
Reſinæ uncias quinque ſemis,
Sandali rubri unc. unam ſemis,
Croci drachmas duas,
Olibani,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Aluminis ana drachm. unam ſemis.

Fiat ſecundùm artem Emplaſtrum, Ceræ cum Reſina liquefactæ & colatæ, iterumque ſemirefrigeratæ, Sandalum & Crocum cum Vini ſpiritu diluta, nec non reliqua in pulverem redacta immiſcendo.

Hepar roborat, obſtructiones ejus reſerat, nec non indurationes ejus emollit, infarctosque humores peccantes reſolvit, & ſanguinem mundificat.

EMPLASTRUM SAPONIS.

℞. Olei roſati libram unam,
Calefiat in patella, adde
Saponis albi Veneti raſi uncias quatuor,
quibus liquefactis, admiſce
Ceruſſæ,
Minii ana uncias quatuor,

Coque lento igne, continuè movendo, donec emplaſtrum duriorem conſiſtentiam adquirat; tandem ab igne remotis, & nonnihil refrigeratis adde, ſub continua agitatione, Camphoræ unciam unam, in Spiritu Vini ad pultis formam ſolutæ.

Celebris eſt hujus uſus inprimis in doloribus podagricis; de quo ejusdem Author, D. Otto Tachenius, in tractatu de morborum principe, videri poterit.

EMPLASTRUM SATURNINUM.

℞. Plumbi uſti & loti uncias duas,
Sevi hircini,
Ceræ albæ ana unc. unam ſem.
Terebinthinæ drachmas ſex,
Lapidis calaminaris,
Ceruſſæ lotæ ana unc. ſemis,
Pompholygos,
Tutiæ præpar. ana drach. duas,
Myrrhæ,
Maſtiches,
Olibani ana drachm. unam,
Aloës hepaticæ,
Camphoræ,
Nitri depurati ana drachmam ſemis.

Ceræ cum Sevo hircino & Terebinthina liquatæ, poſtquam ab igne remota fuerint, reliqua in pulverem redacta ſecundùm artem permiſceantur.

Valet contra omnis generis ambuſta, inflamationes, tumores, vul-

nera & ulcera maligna, fœtida, & corrodentia. Vid. Hadriani à Mynſicht Theſaurus Medico-Chymicus.

EMPLASTRUM E SPERMATE CETI.

℞. Ceræ albæ uncias quatuor,
Spermatis Ceti uncias duas,
Gummi Galbani unc. unam.

Ceræ eliquatæ commiſceatur Sperma Ceti, & tandem Gummi Galbanum tritum. Fiat Emplaſtrum.

Mam̃is puerperarum poſt partum non lactantium impoſitum, & per aliquot dies geſtatum omnibus, ex lacte doloribus & tumoribus, etiam duris, imò ſcrofulis & ſtrumis medetur. Vid. Mynſichtus.

EMPLASTRUM E SPERMATE RANARUM.

℞. Spermatis Ranarum depurati,
Olei Olivarum ana libras tres,
Ceruſſæ Venetæ libras quatuor ſemis,
Ceræ albæ libram unam,
Aluminis crudi unc. quatuor,
Terebinthinæ drachm. duas,
Camphoræ unciam unam.

Oleum cum Spermate Ranarum usque ad humiditatis aquoſæ conſumtionem coquatur, poſtea Cera & Terebinthina, ut & reliqua pulveriſata ex arte immiſceantur.

In inflam̃ationibus & doloribus coërcendis, nec non ad ulcera contumacia & antiqua curanda utiliter adhibetur.

EMPLASTRUM SPLENETICUM HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE.

℞. Gummi Ammoniaci præpar. unciam unam,
Succi Tabaci unciam ſemis,
Ebuli,
Reſinæ Pini,
Terebinthinæ ana drach. duas,
Olei de Capparibus unc. ſemis,
Ceræ drachmam unam ſemis,

Fiat Emplaſtrum, Succos cum Oleo ſufficienter coquendo, dein Ceram cum Reſina liquatam & colatam, ac tandem Ammoniacum cum Terebinthina ſoluta jungendo.

Hujus Emplaſtri virtus eſt in reſolvendo ſucco melancholico, ſplenem occupante, priusquam in ſcirrhum abeat; vel, ſi diuturnitate temporis jam ſeſe exſerat, in eodem emolliendo & reſolvendo.

Welſchius hoc Emplaſtrum ita parat. ℞. reſin. pini, terebinth. ana ʒij. ol. capp. ℥ß. ceræ. q. ſ. liquentur ſimul & colentur, tum add. gummi ammoniaci in aceto ſol. colat. & inſpiſſat. ℥i. pulv. tabac. ℥ß. F. omittendo, ob parvam ejus quantitatem (*quamvis nec reliquorum ingredientium magna ſit doſis,*) ʒij. ſucci ebuli.

EMPLASTRUM STYPTICUM CROLLII.

℞. Minii,
Calaminaris ana libram ſemis,
Lithargyri Auri,
Argenti ana uncias tres,
Olei Lini,
Olivarum ana libram unam ſemis,
Laurini libram ſemis,
Ceræ,
Colophoniæ ana libr. unam,
Vernicis,

Terebinthinæ ana libr. ſemis,
Opopanacis præpar.
Galbani præpar.
Sagapeni præpar.
Ammoniaci præpar.
Bdellii ana uncias tres,
Succini citrini,
Olibani,
Myrrhæ Alexandrinæ,
Aloës hepaticæ,
Ariſtolochiæ longæ,
rotundæ ana unc. unam,
Mumiæ transmarinæ,
Magnetis,
Hæmatitæ ana unc. unam ſem.
Coralliorum alborum,
rubrorum,
Matris Perlarum,
Sanguinis Draconis,
Terræ medicatæ Strigenſis,
Vitrioli albi ana unc. unam,
Florum Antimonii,
CrociMartis ana drachm.duas.
Camphoræ unciam unam.

Modus parandi talis eſto: Oleum Lini & Olivarum cum Lithargyro Auri & Argenti aliquandiu coquantur, hinc addatur Calaminaris, & paulò poſt Minium, quæ omnia agitando coquantur ad ſufficientiam; tandem etiam addatur circa finem Vernix, Oleum Laurinum, Cera, Colophonia, invicem liquefacta & colata; ab igne depoſitis & ſemirefrigeratis immiſceantur Opopanax, Galbanum, Sagapenum & Am̃oniacum cum Terebinthina ſoluta, ut & Camphora, ac reliqua in ſubtilem pulverem redacta.

Vires hujus Emplaſtri percelebres ſunt. Vulnera ſiquidem recentia & ictus celeriter conſolidat, ſymptomata & fluxiones ſupervenire ſolitas præcavet, ferrum, lignum, plumbum, aliaque profundius membris infixa ſine dolore extrahit, antiqua etiam ulcera ſiccat, & mundificat. Plura qui deſiderat, videat Osvaldum Crollium in Baſilica.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Cantharidum drachm. duas,
Terebinthinæ drach. unam,
Olibani,
Myrrhæ,
Maſtiches,
Camphoræ ana grana quindecim,
Olei Roſarum drachm. unam,
Ceræ flavæ drachm. tres.

Fiat Emplaſtrum, liquando Ceram & Terebinthinam in Oleo, poſtea ſemirefrigeratis Camphoram cum aliquot guttulis Spiritus vini tritam, & reliqua in pulverem redacta addendo.

Hoc inſigne præſidiorum genus varias corpori humano utilitates præſtat. Humores enim, qui à capite ad oculos, dentes & genas deſcendunt, potenter revellit, in bubonibus & carbonibus peſtilentialibus venenum ad exteriora evocat.

EMPLASTRUM FILII ZACHARIÆ, i. e. Rhaſis, EX MESUE.


℞. Ceræ flavæ,
Medullæ cruris Vaccæ,
Adipis Anatis,
Gallinæ,
Mucilaginis ſem. Lini ana libram unam,

Fiat

Fiat, coquendo sufficienter Mucilaginem cum Oleo & postea cum Cera, Medulla & Adipe permiscendo, Emplastrum.

Juncturarum tophos ac nodos duros emollit, dissolvit, & crassa lentaque pulmonis ac thoracis excrementa ad ejectionem per sputum magis habilia reddit.

Si valentius facere volueris, adde
Mucilaginis Althææ,
Fœnugræci partes æquales,
Olei Leucoji quantum satis.
Adhuc valentius reddetur, si addatur
Oesypi,
Ichthyocollæ ana quantum sufficit.



CLASSIS DECIMÆ SEXTÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

EMPLASTRUM APOSTOLICON NICOLAI ALEXANDRINI.

℞. Lithargyri uncias sex,
Ceræ citrinæ,
Colophoniæ ana uncias duas,
Propoleos,
Visci querni glutinis ana unciam unam,
Gummi Ammoniaci præpar.
Lapidis Calaminaris,
Thuris ana drachmas sex,
Mastiches,
Mumiæ ana unciam unam semis,
Terebinthinæ,
Galbani præpar.
Bdellii,
Myrrhæ,
Æris usti,
Sarcocollæ,
Squamæ Æris,
Dictamni Cretici,
Aristolochiæ,
Viridis Æris ana unciam unam,
Olei veteris quantum sufficit.

Ceræ cum Colophonia liquatæ & colatæ Gummi Ammoniacum, Galbanum & Terebinthina simul soluta, post reliqua in pulverem redacta, & tandem Gluten Visci querni secundùm artem misceantur.

Epispasticum dici poterat: Nam calamos, surculos, & spicula corpori altum infixa extrahit; ad strumas recentes, frigidos ac diuturnos abscessus, viscerum tumores, præcisos & punctos nervos, recentia vulnera, phygetla, carcinomata, & cervicis ex frigida causa dolores facit; strumas aperit, abscessus rumpit, purgat & glutinat, ac cicatrices extenuat, splenis duritiem emendat, articulorum ac genuum ex influxu dolores sedat, ad mammarum collectiones, erysipelata & fistulas injectum efficax; impositum etiam morsibus venenatis, aut rabidorum animalium medetur. Usurpatur insuper ad hæmorrhoidas, condylomata, rimas ani, carbunculos, impetigines, intestinorum ramices, pudendorum depascentia ulcera cum Rosaceo injectum, cum quo etiam muliebribus malis pesso suppositum confert.

Squama Æris sumenda hîc est, non illa crassa, vulgò Kupfferschlag dicta, sed rufa ac tenuis, quam vulgus Kesselbraun vocat.

In Zvvelferi processu culpat Welschius: 1. terebinthinæ &c. præter necessitatem in pondere augmen-

augmentum; 2. gummium in aceto solutorum intermissam colaturam, quæ ob sordes in illis, præcipuè galbano, contentas sit necessaria; 3. eorundem gummium absque ulteriori coctione admistionem, quæ non emplastrum debitæ consistentiæ, sed unguentum potius producat; 4. lapidis calaminaris in pulverem redacti additionem, quem rectius cum lithargyro coxisset, utpote talium rerum solutiones aliàs tantopere urgens; 5. coctionis in diplomate vanam jactationem, sine qua tamen egregia Emplastra olim sint confecta, & etiamnum conficiantur. Ipse autem sic parat: ℞. litharg. olei veter. ana ℥vi. coq. nutriendo ad consistentiam debitam; cui add. ceræ, colophoniæ ana ℥ij. propol. terebinth. ana ℥i. simul prius liquata & colata, deinde admisce alternatim gummia & pulv. seqq. una cum ℥i. glutin. visci quern. Venet. (quod nulla colatione indiget,) gummia etiam ammoniacum & galbanum, quæ præscripta quantitate in aceto sunt solvenda & colanda, iterumque inspissanda. Pulveres fiant ex thure, mastiche, myrrha, sarcocolla, bdellio, lapide calaminari, mumia, ære usto, squama æris, dictamno Cret. aristolochia & viridi æris; sic F. s. a.

EMPLASTRUM BASILICON MAJUS MESUÆ.

℞. Ceræ albæ,
Resinæ Pineæ,
Sevi Vaccini,
Picis Græcæ,
nigræ,
Terebinthinæ,
Thuris,
Myrrhæ,
Olei communis ana unciam unam.

Fiat secundùm artem Emplastrum, Sevum, Ceram, Resinam & Picem invicem liquata & colata cum Oleo, Terebinthina, ac reliquorum pulvere permiscendo.

Vulneribus recentibus remedio est, eaque probè glutinat.

EMPLASTRUM BASILICON MINUS MESUÆ.

℞. Ceræ flavæ,
Resinæ Pineæ,
Picis Græcæ ana libram unam,
Olei communis quantum sufficit.

Fiat Emplastrum, Ceræ cum Resina & Pice liquatæ colatæque Oleum commiscendo.

Ulcera phlegmones expertia partium maximè nervosarum tergit, ac carne implet.

Alii Terebinthinam addunt: alii verò eandem Picis loco ponunt.

EMPLASTRUM E LAPIDE CALAMINARI.

℞. Lapidis Calaminaris,
Tutiæ præparatæ ana uncias duas,
Terebinthinæ unciam unam semis,
Ceræ citrinæ,
Resinæ ana unciam unam,
Lithargyri unciam semis,
Olibani,
Mastiches,
Tragacanthi ana drachmam unam,
Olei Rosati,
Myrtini ana uncias duas.
Fiat secundum artem Emplastrum.

Ulcera manantia desiccat & cicatrice claudit, atque idem ferè præstat, quod Griseum.

In Zvvelferi conficiendi modo animadvertit Welschius, quod: 1. oleum rosar. coquat, sicque odorem & vires perdat; 2. lithargyri pondus sextuplum sumat; 3. mastichen in pulvere addat, quam aliàs non nisi liquatam jungere præcipit; 4. tragacanthum in aqua rosar. solvat, cum tamen Emplastra non patiantur aquas, & ipsum in pulvere addi queat; 5. pondus olibani & mastiches duplicet; 6. lapidem calaminarem in pulvere addat, de cerussa & lithargyro coquendis ubique tam sollicitus, qua coctione etiam ille opus habeat. Welschius itaque præparationem sic peragit: ℞. lap. calam. ℥ij. litharg. ℥ß. ol. myrtin. ℥ij. coq. nutriendo ad debitam consistentiam, add. terebinth. ℥iß. ceræ citr. resin. ana ℥i. per se simul liquata, it. olei rosar. ℥ij. denique tutiam, thus, mastichen, tragacanthum in pulverem subtilem redacta. M. F. s. a.

EMPLASTRUM CATAGMATICUM, SEU AD FRACTURAS OSSIUM RENODÆI.

℞. Radicum Symphyti majoris,
Althææ,
Visci querni ana uncias duas,
Plantaginis,
Chamæpyteos,
Hyperici ana manipulum unum.

Fiat

Fiat decoctio in æquis partibus Vini rubri & aquæ Fabrorum ad medias. Colaturæ adde

Mucilaginis ſeminis Cydoniorum cum decocto Ariſtolochiæ rotundæ extractæ,
Olei Maſtichini,
Roſarum ana uncias quatuor,
Ceræ Virgineæ libram unam,
Lithargyri Auri uncias duas,
Terebinthinæ uncias tres,
Balauſtiorum,
Roſarum,
Myrtillorum,
Acaciæ ana unciam ſemis,
Mumiæ,
Seminis Hyperici,
Colophoniæ,
Maſtiches,
Succini ana drachmas ſex,
Picis navalis,
Boli Armenæ,
Farinæ volatilis,
Thuris ana unciam unam ſemis,
Sanguinis Draconis uncias duas.

Fiat lege artis Emplaſtrum, Decoctum ſuperius & Mucilaginem cum Oleo roſarum ad humiditatis aqueæ conſumtionem coquendo, dein Ceram cum Colophonia & Pice liquatam atque colatam, Terebinthinam & Oleum Maſtichinum, nec non reliqua in pulverem redacta permiſcendo.

Emplaſtrum hoc catagmaticum vires habet inſignes ad fracturas oſſium ſanandas: Eorum enim coalitum juvat, & accelerat, callum, quo ſimul agglutinantur, auget, calorem partis nativum fovet, & humorum fluxiones ſiſtit.

Contra Zvvelferi modum parandi notat Welſchius, quòd: 1. olei maſtichini, & mucilaginis ſemin. cydon. pondus diminuerit; 2. lithargyri doſin auxerit; 3. oleum roſar. chamæpit. hyperic. & alia cum odoris & virium perditione coquat; 4. maſtichen non ſolutam addat; 5. omnia denique una vel altera ebullitione iterum, cum præcipuarum virium, ſi quæ adhuc ſuperſtites eſſent, jactura coquat &c. Welſchius autem talem modum proponit: ℞. Olei omphacin. ℥viij. lithargyr. aur. ℥ij. (melius tamen eſſet, ℥vj. vel etiam ℥viij. ſumere,) decoctum mucilaginoſum ex radd. ſymphyti maj. alth. plantag. & ſem. cydon. præſcripta quantitate in aqua fabror. factum; coq. ad conſiſtentiam debitam, cui add. ceram, picem naval. & colophon. per ſe liquata & colata, deinde terebinthinam, in qua ſolutæ ſint maſtich. ℥j. ʒvj. (licet etiam poſſet in pulvere addi,) & denique reliqua omnia in pulverem tenuiſſimum redacta, etiam ſuccum acaciæ, qui ſ. a. cum reliquis æquè benè poteſt pulveriſari; it. gluten viſci querni Veneti alternatim cum pulveribus admiſcetur; roſarum pondus ad ℥j. augeri poteſt, propter oleum roſarum præſcriptum, pro quo ſumſimus oleum omphacinum.

EMPLASTRUM CERONEUM NICOLAI.

℞. Picis Navalis,
Ceræ ana uncias duas, drachmas tres,
Sagapeni uncias duas,
Ammoniaci præp.
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci ana unciam unam, drachmas tres,
Aloës,
Thuris,
Myrrhæ ana unciam unam,
Opopanacis præpar.
Styracis calamitæ præp.
Galbani præpar.
Maſtiches,
Aluminis,
Fœnugræci ana drachmas ſex,
Styracis liquidi,
Bdellii ana drachmas tres,
Lithargyri drachmam unam ſemis.

Ceræ cum Pice & Colophonia liquatæ atque colatæ additur Styrax calam. cum Styrace liquido & Terebinthina liquefactus, ut & Sagapenum, Galbanum, Opopanax & Ammoniacum, cum pauxillo aceto diſtemperata, ac cætera in pulverem redacta.

Valet ad dolorem ſcapularum & thoracis à frigore ortum ducentem, lienis duritiem emollit, aquam intercutem à frigida jecoris intemperie natam ſanat, ac uteri vitiis ex ſimili cauſa ortis prodeſt, lumborum, pudendorum, veſicæ, ac renum frigus vi ſuâ calefaciente diſſipat, oſſium fracturis & luxationibus prodeſt, concoquit, mollit, carneſque procreat.

In hoc quoque Emplastro Welschius diversorum ingredientium pondus à Zvvelfero mutatum, styracis in terebinthina liquationem in grumos inde fatiscentis, mastiches in pulvere additionem, gummium in vino solutorum intermissam colationem, nec non in pultis forma admixtionem &c. culpat, ipse verò talem parandi modum proponit: ℞. picis naval. ceræ ana ℥ij. ʒiij. terebinthin. ℥j. colophon. ℥j. ʒiij. liquefiant & colentur; dein ℞. sagapen. ammoniac. opopanac. galban. solve in vino vel aceto, cola, & iterum inspissa; tum ℞. aloën, thus, myrrham, mastichen, alumen, fœnugræcum, bdellium, lithargyrum, crocum, in pulverem redacta, & juxta cum gummibus liquatis immisce; ultimò cum refrigerari incipit, add. styracem calam. cum terebinth. ʒiij. & styrace liq. priùs in mortario calido unita. F. s. a. Emplastrum.

EMPLASTRUM DIACHYLON COMPOSITUM SEU EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS DICTUM.

℞. Decocti mucilaginosi rad. Althææ,
Sem. Lini,
medii cortic. Ulmi,
Fœnugræci ana uncias quatuor semis,
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethi ana unciam unam semis,
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni ana præparat. unciam semis,
Ceræ novæ uncias viginti,
Croci drachmas duas;
Terebinthinæ uncias duas.
Fiat secundùm artem Emplastrum, Mucilaginem cum Oleis sufficienter coquendo, Gummiaque cum Terebinthina soluta, Ceram & Crocum pulverisatum addendo

Maximarum in emolliendo est virium, phlegmonas sanat, & saniem ruptorum apostematum abstergit.

Nota, in defectu mediani corticis Ulmi, Fœnugræci pondus duplicari posse.

Welschianus parandi modus talis est: Mucilagines coquantur cum oleo simpl. vel oleo lilior. alb. deinde liquetur cera, tum addatur terebinthina cum gummibus solut. colat. & inspissatis, it. pulvis croci parùm cum spiritu vini solutus, vel etiam solus.

EMPLASTRUM DIACHYLON MAGNUM MESUÆ.

℞. Lithargyri libram unam,
Olei Chamæmelini,
Irini,
Anethini ana uncias octo.
Mucilaginis sem. Lini,
Fœnugræci,
Althææ,
Decocti Ficuum pinguium,
Uvarum passarum,
Ireos,
Scillæ,
Ichthyocollæ,
Oesypi ana drachmas duodecim,
Terebinthinæ uncias tres,
Resinæ Pini,
Ceræ flavæ ana uncias duas.
Fiat secundùm artem Emplastrum.

Inflammata & dura sedando, emolliendo, ac digerendo magis est efficax sequenti, ideoque Magnum dicitur. Vigonis tamen ad omnia ista efficacius.

In Zvvelferiano parandi modo taxat Welschius: 1. olei chamæm. & aneth. coctionem, & ita virium perditionem; 2. œsypi in Classe præparatorum ab eo rejecti admistionem; 3. pulveris ireos cum succo permutationem, cum tamen is apud nos haberi queat, succus scillæ autem non facilè, cujus tamen pulverem non sumit; 4. mucilaginis ficuum adhibitionem, cum tamen in Emplastro de meliloto pulpam commendet; 5. aceti additione desideratæ in hoc emplastro albedinis in fuscum mutationem. Modus autem Welschianus est, ut lithargyri ℔iß. cum oleo simpl. & mucilag. ac succis coquantur ad consistentiam debitam, deinde admisceantur cera, resina, terebinthina & œsypus per se simul liquata & colata, fiatque s. a. addendo ultimò pulpas ficuum & passularum ad debitam consistentiam priùs excoctam.

EMPLASTRUM DIACHYLON PARVUM MESUÆ.

℞. Lithargyri uncias sex,
Olei veteris clari libram unam,

Deco-

Decocti ſeminis Hyoſcyami unciam unam ſemis,
Lini,
Mucilaginis rad. Althææ ana unc. duas,
Pſyllii uncias quatuor.
Fiat ex arte Emplaſtrum.

Uſus ejus eſt in inflammationibus ac tumoribus calidis: Eos namque digerit & maturat.

EMPLASTRUM DE FULIGINE.

℞. Theriacæ Andromachi,
Mithridatii ana unciam ſemis,
Fermenti,
Terebinthinæ ana uncias duas,
Mellis Roſati ſimplicis unciam unam ſemis,
Butyri recentis uncias duas,
Salis communis unciam unam,
Fuliginis Camini unciam unam ſemis,
Saponis Veneti uncias quatuor,
Croci drachmas tres,
Vitellorum ovorum numero quatuor.
Fiat lege artis Emplaſtrum.

Emplaſtro hoc Auguſtani Lœmiatri ad maturandos bubones ac anthraces peſtilentes, extrahendum venenum, atque mitigandos ex inflammationibus ſubortos dolores feliciſſime quondam utebantur.

EMPLASTRUM GRISEUM, ſive DE LAPIDE CALAMINARI.

℞. Lapidis Calaminaris præparati unciam unam,
Lithargyri uncias duas,
Ceruſſæ unciam ſemis,
Tutiæ drachmam unam,
Terebinthinæ unciam unam ſemis,
Ceræ albæ uncias tres,
Sebi Cervini uncias quatuor,
Thuris electi drachmas quinque,
Maſtiches drachmas tres,
Myrrhæ drachmas duas,
Camphoræ drachmam unam ſemis.

Confice ſecundùm artem, Sebo, Terebinthinæ & Ceræ liquatis, poſt aliqualem refrigerationem, reliquorum pulverem immiſcendo.

Ulcera explet, ſiccat, & cicatrice claudit.

EMPLASTRUM AD HYDROPEM.

℞. Stercoris Columbini aceto macerati libram unam,
Succi Ebuli uncias duas,
Mellis libram ſemis,
Sulphuris vivi unciam unam,
Nitri unciam ſemis.
Coquantur omnia ad ſpiſſitudinem; poſtea addantur
Pulveris rad. Ireos uncia una,
Enulæ,
Baccarum Lauri,
Anethi,
Florum Chamæmeli ana drachmæ ſex,
Semin. Naſturtii drachmæ duæ,
Farinæ Fabarum uncia una ſemis,
Sebi Cervini libra ſemis,
Terebinthinæ unciæ quatuor ſemis,
Ceræ flavæ quantum ſufficit.
Fiat ſ. a. Emplaſtrum.

Eo quondam crebrò uſi ſunt celeberrimi Medici Patavini, Joannes Baptiſta Montanus & Aloyſius Bellacattus, tanquam experto ac valdè probato ad hydropem remedio, nec nos inefficax deprehendimus.

In Zvvelferi modo Welſchius vituperat, quòd: 1. ſemen naſturtii omiſerit; 2. radices enulæ coxerit in vino, quas tamen in Syrupo aper. Mind. & de artemiſ. deſtillationi commiſerit, & hoc pacto meliores partes hîc perdiderit; 3. poſtquam addidit pulverem ireos, baccar. lauri, aneth. & fl. chamæm. una cum melle, terebinth. ac ſebo cerv. iterum coctionem, ſeu unam vel alteram ebullitionem inſtituerit, qua, quidquid reliquum eſt de viribus, diſperdi neceſſe ſit. Ipſe vero ex præſcripta compoſitione non poſſe fieri emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ, ſed rectius ex tempore cataplasma inde à Medico præſcribi, arbitratur; id quod etiam de ſequenti iſchiadico ſtatuit. *Cum hîc de Emplaſtris agatur, nec Cataplasma deſideretur, ad juſtam conſiſtentiam obtinendam, ceram olim non præſcriptam addere placuit.*

EMPLASTRUM ISCHIADICUM.

℞. Gummi Galbani,
Sagapeni,
Caſtorei ana unciam ſemis,
Euphorbii drachmam unam,
Seminis Lini,
Ceparum,
Erucæ ana drachmas duas,
Pulpæ Scillæ,
Stercoris columbini ana drachmas tres,
Ceræ flavæ unciam unam ſemis,
Fermenti acris,
Olei Lini ana quantum ſatis.

Pulpam Scillæ cum Stercore col. Fermento, & Oleo Lini coquendo, ad partium aquoſarum exhalationem, poſtea ceram in eo liquando, & tandem his ab igne remotis galbanum cum pauca terebinthina ſolutum, nec non reliquorum pulveres addendo fiat Emplaſtrum.

Commendatur illius virtus ad humores, à cerebro & partibus ſuperioribus ad coxam deſtillantes, exſiccandos, vel attractos è profundioribus iſtis locis diſcutiendos, atque ita dolores iſchiadicos placandos & auferendos.

EMPLASTRUM MAGNETICUM ANGELI SALÆ.

℞. Gummi Sagapeni,
Ammoniaci,
Galbani ana præp. uncias tres,
Terebinth. Laric.
Ceræ ana uncias quatuor ſemis,
Magnetis Arſenicalis uncias tres,
Terræ Vitrioli lotæ ſive Colcotharis edulcati unciam unam,
Olei Succini uncias duas.

Gummia cum Terebinthina & Cera liqueſcant, addendo dein pulverem Magnetis Arſenicalis & Colcotharis, & tandem Oleum Succini. Fiat Emplaſtrum.

Præparatio Arſenicalis Magnetis hæc eſt:

℞. Antimonii crudi,
Sulphuris flavi,
Arſenici cryſtallini ana uncias duas.

Pulveriſentur omnia ſubtiliter & in vaſe vitreo in arenam calentem imponantur, & tamdiu in illa relinquantur, donec materia illa omnis colliqueſcat, ſtudiosè à fumo ſibi cavendo, id quod inde cognoveris, ſi materia ferreo ſtylo tacta illi adhæſerit, & Terebinthinæ inſtar duci poſſit.

Emplaſtrum hoc anthracibus peſtilentibus dextrè adplicatum, eos maturat, rumpit, & venenum attrahit, longè aliis Emplaſtris huic uſui deſtinatis meritò antefe-rendum. Vide noſtrum Mindererum de Chalcantho cap. 7. D.D. Frider. Hoffmannum in Methodo Med. pag. 427. & Clavem pharmac. Schröd. pag. 72. ut & Godofr. Schulzii appendicem Scrutinii cinnabar.

Fruſtra in hoc Emplaſtro gummium in aceto ſolutorum inſpiſſationem, quòd ſubtiliores partes ſic exhalent, improbare Zvvelferum, Welſchius 1. animadvertit, cum quæri adhuc poſſit, an vires emolliendi, attrahendi, diſcutiendi, & maturandi in illis partibus reſideant; olea verò eorundem ad hoc efficaciſſima ſint, nec pereant tamen inſpiſſatione, quia non ſimplici deſtillatione aut coctione extrahantur, ſed fortiorem ignem & retortam deſiderent; 2. terram vitrioli à ſublimatione ſalis ammoniaci cum vitriolo calcinato relictam & nullo modo lotam vel edulcoratam rejicit, & Zvvelferum hîc authorem emplaſtri, qui eſt Angelus Sala, non Mindererum ſequi debuiſſe, ſicque caput mortuum vitrioli intelligendum eſſe monet; 3. ſagapeni & galbani tempore hyberno pulveriſationem tradere Zvvelferum, quod omnium confeſſione fieri nequeat; 4. pondus terebinth. & ceræ ab eodem abſque neceſſitate immutari. *Ubi obiter notare liceat: 1. gummium iſtorum depurationis causâ in aceto ſolutorum inſpiſſatio licet reprehenſionem fruſtra utique ſubeat, in partibus tamen iſtis ſubtilioribus exhalantibus, ſi maximè ſervari poſſint & debeant, diſcutiendi &c. vires non minùs ac in remanentibus inveniri; 2. quamvis colcothar ſive caput mortuum vitrioli dictum non malè in hoc emplaſtrum recipiatur, ipſum tamen Ang. Salam terram ſuam vitrioli cum ſale ammoniaco paraſſe, atque ita Mindererum noſtrum nihil contra intentionem Authoris egiſſe, ejusdem anatomia vitrioli tract. 1. cap. 6. & 7. clarè ſatis teſtatur; 3. ſagapenum & galbanum tempore hyberno in pulverem redigere non eſt impoſſibile, quod quivis, cui experiri lubet, facilè deprehendet.*

EMPLASTRUM DE MINIO VIGONIS.

℞. Olei Roſati libram unam ſemis,
Myrtini,

Unguen-

Unguenti Populei ana uncias quatuor,
Pinguedinis Gallinæ uncias duas,
Porcinæ uncias feptem,
Sebi Caftrati,
Vaccini ana libram femis,
Lithargyri Auri,
Argenti ana unc. tres femis,
Minii uncias tres,
Ceruffæ,
Terebinthinæ ana uncias quatuor,
Ceræ quantum fufficit.

Fiat Emplaftrum fecundùm artem, Olea cum Lithargyro, Ceruffa & Minio leniter coquendo, & cætera dein in eis liquefaciendo & permifcendo.

Vulnera & ulcera antiqua atque maligna curat.

ALIUD NICOLAI MASSÆ.

℞. Minii libras duas,
Olei Rofacei uncias viginti,
Picis navalis uncias quatuor,
Terebinthinæ uncias duas,

Fiat Emplaftrum, Oleum cum Minio ad debitam confiftentiam coquendo, & Picem cum Terebinthina liquatam & colatam ei permifcendo.

Commendatur ad vulnera pectoris penetrantia & ad ulcera antiqua, ac difficilis confolidationis. Maffa parte 2. fol. 96.

Welfchius hìc pro oleo rofaceo faltem fimplex aut myrtini pondus auctius fumit, & lithargyri ac ceruffæ æquale pondus, refpectu oleorum & pinguedinum, nec non pro unguento populeo pinguedinem porcinam, fcil. ne vires illorum coctione pereant; *quas tamen præfertim tantillulas in hoc Emplaftro, vulneribus & ulceribus tantum dicato vix neceffarias effe, ipfe ufus comprobat.*

In altera compofitione Maffæ, minii coctionem Zvvelferianam cum aceto deftill. improbat Welfchius, cum fic colorem rubrum perdat & nigrefcat, ut ut lento igne & agitatione continua paretur, aut in fine demum minium addatur, quia emplaftrum fi femel nigricans productum fuerit, nunquam in colorem rubrum mutabitur.

EMPLASTRUM NIGRUM.

℞. Colophoniæ,
Refinæ,
Picis navalis,
Ceræ albæ,
Vitrioli Romani,
Ceruffæ,
Olibani,
Myrrhæ ana uncias octo,
Mafliches,
Terræ figillatæ,
Sanguinis Draconis,
Lumbricorum præparatorum,
Camphoræ ana unciam unam,
Mumiæ,
Lapidis Magnetis præparati,
Vitrioli albi,
Corallii rubri ana uncias duas,
Axungiæ Ardeæ unciam unam,
Thymalli uncias tres,
Olei Ovorum uncias duas,
de Spica unciam unam,
Juniperi ex granis uncias tres,
Rofarum uncias feptem.

Fiat Emplaftrum fecundùm artem, Colophoniam, Refinam, Picem & Ceram invicem liquando & colando, dein Olea & Axungias, ut & reliqua pulverifata immifcendo.

Perquam efficax ad recentia vulnera & puncturas,

EMPLASTRUM OPODELTOCH D. D. MINDERERI.

℞. Ceræ novæ mundiffimæ libram unam,
Terebinthinæ Venetæ claræ libram femis,
Olei Hyperici,
Myrtini ana unciam unam femis,
Gummi Elemi uncias tres,
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis ana præparati drachmas tres,
Colophoniæ drachmas fex,
Mumiæ felectæ,
Succini albi ana drachmas duas,
Olibani,
Mafliches,
Sanguinis Draconis,
Sarcocollæ à recrementis purgatæ ana drachmam unam femis,
Aloës hepaticæ drachmam femis,
Myrrhæ drachmam unam,
Lapidis Magnetis præparati drachmas fex,

Croci Martis ex arte ſine corroſivo concinnati,
Tutiæ præparatæ ana unciam unam,
Lapidis Calaminaris præparati uncias quinque,
Lithargyri Auri unciam unam,
Colcotharis indulcati, ſeu Terræ Vitrioli mortuæ ac dulcificatæ unc. duas,
Succi Alchymillæ,
Symphyti,
Veronicæ,
Pyrolæ,
Saniculæ,
Conſolidæ mediæ, vel Saracenicæ,
Telephii,
Nicotianæ,
Numulariæ, aut Fol. quercus ana unciam unam.

Olea cum Succis coquantur ad humiditatis aqueæ conſumtionem; poſtea additis Cerâ & Colophoniâ invicem liquatis ac colatis, ut & poſt factam ab igne remotionem & aliqualem refrigerationem, Gummibus cum Terebinthina ſolutis, atque reliquis in pulverem redactis, fiat lege artis Emplaſtrum.

Emplaſtrum hoc magnæ efficaciæ eſt ad vulnera recentia ſananda; ſpicula, tela, cuſpides, dummodò oſſibus fixi non hæreant, itemque pilos, aut quæ vulneri inciderint, extrahit, ſymptomata vulneribus infenſa ac periculoſa, ſi citò adplicetur, præcavet, tumores, adfluxusque humorum, qui offenſæ parti incumbere ſolent, reprimit.

Qui mollius habere hoc Emplaſtrum voluerit, Terebinthinæ ac Oleorum ſupradictorum quantitatem nonnihil augendo, facilè id obtinere poterit.

Zvvelferiano in modo Welſchius taxat, quod: 1. mumiam omiſerit; 2. quædam ingredientia permutaverit, pro oleo hyperici & myrtino oleum terebinthinæ rubrum ſumendo; 3. quædam addiderit, ut tacamahacam; 4. ingredientium pondera, v. g. terebinth. galban. opopanac. ammoniac. myrrh. &c. immutaverit; 5. colcotharis ab aſtris impprægnationem abſurde tradiderit; 6. galbani grana ſumere ſuaſerit, quod nimis pretioſum eſſet, nec tanta eorum copia ſuppeteret, ſi etiam in externa medicamenta adſumi deberent, &c. Welſchianus autem conficiendi modus talis eſt. ℞. gummi elemi ℥iii. terebinth. Ven. clar. ℔ß. liquefactis ſimul adde ceræ ℔j. & colophon. ʒvj. liquentur & colentur, tum add. ol. hyperic. & myrtin. ana ℥iß. item gummia in aceto diſſoluta, colata & inſpiſſata, ac pulveres reliquorum.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM VIGONIS.

℞. Olei Myrtini,
Roſarum,
Omphacini ana libram unam ſemis,
Radicum Althææ libras duas,
Rad. & Folior. Fraxini,
Conſolidæ minoris.
Foliorum Myrti ana manipulum unum,

Radices & Folia contuſa, bulliant cum Oleis ad conſumtionem humiditatis aqueæ, poſtea colentur, & addantur invicem liquata:
Sebi Hircini libra ſemis,
Terebinthinæ unciæ duæ,
Ceræ novæ quantum ſufficit,
nec non ſequentes pulveres:
Myrrhæ,
Thuris ana uncia ſemis,
Maſtiches uncia una,
Lithargyri Auri,
Argenti ana unciæ tres,
Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ ana unciæ duæ,
Minii drachmæ decem.
Fiat Emplaſtrum.

Perperam hoc emplaſtrum à Vigone dicitur Oxycroceum, cùm Aceto & Croco careat, nomen tamen immutare noluimus, quia ejusdem uſus diuturnior ſub hoc nomine jam invaluit.

Welſchii præparatio hæc eſt: ℞. mucilag. radd. alth. ℔ij. radd. & fol. fraxini, conſolidæ minor. fol. myrti ana Mi. ol. myrtin. ℔iß. omphacin. ℔iij. coq. ad conſumt. humidit. colaturæ add. lithargyri utriusque ana ℔ij. ℥iij. coq. nutriendo ad debitam conſiſtentiam, add. ſebi hircini ℔ß. terebinth. ℥iv. ceræ q. s. it. pulv. maſtich. myrrh. thuris, bol. Arm. terr. ſigill. & minii. F. ſ. a. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIAPHOENICON CALIDUM MESUÆ.

℞. Ceræ uncias duas,
Olei Roſati,
Nardini ana uncias quatuor,
Simul liquentur; deinde

℞. Da-

℞. Dactylorum ſiccorum numero quadraginta,
Panis biscocti,
Carnis Cydoniorum ana unciam unam.
Coquantur in Vino odorato & redigantur in pulpam, quæ ad debitam conſiſtentiam perducta miſceantur ſuperioribus; addendo denique ſequentia pulveriſata:
Maſtiches,
Thuris,
Abſinthii Romani ana drachmas duas ſemis,
Ligni Aloës,
Macis,
Myrrhæ,
Aloës lotæ,
Spicæ Nardi,
Acaciæ,
Galiæ Moſchatæ,
Trochiſcorum Ramich,
Calami aromatici ana drachmam unam,
Ladani drachmas duas.
Miſce. Fiat Emplaſtrum.

Ventriculum & hepar firmat: Ob id lienteriam & dyſenteriam hepaticam juvat. Id verò, quod frigidum dicitur, ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa ſuſcipiat, roborare, coctionemque adjuvare creditur: ob hæc vomitum, choleram morbum, lienteriam ac fluxum hepaticum coërcet.

Reprehenditur hîc Zvvelferus à Welſchio, quòd: 1. nimis parvam quantitatem dactylorum accipiat, cum eorum quadraginta longè plus quàm uncias ſedecim largiantur; pondera ingredientium reliquorum mirè, absque ulla proportione ac ratione permutaverit; 3. oleorum pondera imminuerit; 4. abſinthium coxerit; 5. Galiæ moſchatæ reſolutionem minùs adcuratè inſtituerit; ipſe autem ſequentem modum parandi ponit: ℞. dactylos num. xi. carn. cydonior. ℥i. fiat pulpa cum aceto ſ. a. cui add. panis biſcoct. ℥i. quæ ad debitam conſiſtentiam inſpiſſentur; tum ℞. ol. nardin. roſar. ana ℥iv. ceræ ℥vj. & liquatis immiſce pulpam ſuperiorem, & pulverem reliquorum omnium, alternatim per incerniculum, F. Empl. Qua etiam ratione ſequens Emplaſtrum diaphœnicum frigidum parari jubet.

EMPLASTRUM DIAPHOENICON FRIGIDUM EJUSDEM.

℞. Dactylorum maturitati proximorum uncias quinque,
Panis biscocti unciam unam,
Carnis Cydoniorum unc. unam ſemis.
Coquantur cum Vino auſtero & redigantur in pulpam, quæ debitè inſpiſſata permiſceatur cum ſequentibus:
℞. Pulv. Styracis calamitæ,
Maſtiches,
Ladani,
Florum Acaciarum,
Roſarum rubrarum,
Sandali citrini,
Trochiſcorum Ramich,
Myrrhæ,
Ligni Aloës ana drachmas quatuor,
Ceræ uncias quatuor,
Olei Roſacei unc. quindecim.
Fiat ex arte Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE RHABARBARO JOANNIS MANARDI.

℞. Rhabarbari electi unc. ſemis,
Aloës hepaticæ unciam unam,
Lixivii fortis libram unam,
Saponis Veneti libram ſemis,
Ceræ uncias duas.
Decoquantur ſecundùm artem ad juſtam conſiſtentiam.

Commendatur ad duros tumores, & tophos præſertim in morbo Gallico.

EMPLASTRUM TETRAPHARMACON GALENI.

℞. Picis nigræ,
Reſinæ,
Ceræ,
Adipis Vaccini uncias duas.
Omnia miſceantur, liqueſcant, & colentur.

Dicitur Meſuæ Baſilicon minus, & à Galeni compoſitione non differt, niſi quòd Oleum pro adipe vaccino Meſue ſubſtituit. Uſus ejus eſt ad pus movendum, inflammationem leniendam, molliendùm, tergendum, & glutinandum: Ob id recentibus capitis & nervoſarum partium vulneribus ac ulceribus eſt aptiſſimum.

EM-

EMPLASTRUM AD TOPHOS.

℞. Picis navalis,
Colophoniæ ana uncias tres,
Mucilaginis radicum Althææ uncias duas semis.
Galbani præpar.
Ammoniaci præp.
Mastiches,
Myrrhæ,
Thuris ana unciam unam semis,
Propoleos,
Visci querni,
Aristolochiæ rotundæ,
Æris usti,
Ceræ citrinæ,
Terebinthinæ ana uncias tres,

Fiat secundùm artem Emplastrum, Ceram cum Colophonia liquando & colando, dein Galbanum & Ammoniacum cum Terebinthina liquefacta, juxta cum pulvere reliquorum immiscendo, mucilaginemque sensim addendo.

In tumoribus & nodis Gallicis felici successu usurpatur.

In Zvvelferi processu carpit Welschius: 1. galbani pulverisationem; 2. mastiches in pulvere additionem; 3. non necessariam visci querni in oleo hyperici solutionem & colationem, cum, quod Venetum est, satis purum sit; 4. mucilaginis althææ cum pulveribus immixtionem, qua unguentum fieri nequeat; 5. coctionem sub specie diplomatis, quæ non sit alia quàm coctio aliàs ab ipso rejecta; ipse verò, præterquam reliquus parandi modus quòd sit facillimus, mucilaginem jure omitti posse putat, aut si morosè expetatur, ad crassam consistentiam esse coquendam monet.

EMPLASTRUM TRIAPHARMACON MESUÆ.

℞. Lithargyri,
Aceti fortis,
Olei communis ana uncias tres.

Lithargyrus levissimè tritus, moveatur continuò ad ignem, paulatim adfusis Oleo & Aceto: vel etiam omnia simul permixta lege artis coquantur.


Dicitur & Emplastrum de Lithargyro nutrito Mesuæ. Siccat potentissimè ulcera difficilia, & fistulas, quæ nondum callum contraxerint, curat; eoque parotidas criticas, quæ jam fistulas contrahebant, in pueris, adolescentibus, ac mulieribus Galenus percuravit.

EMPLASTRUM D.D. ULMENSIUM.

℞. Cerussæ subtilissimè tritæ,
Ceræ citrinæ,
Olei Olivarum ana quantum libet.

Coquantur secundùm artem, ut fiat Emplastrum cineritii ferè coloris.

Ejusdem cum Emplastro Albo facultatis existit, & solâ coctura, quæ in præsenti validior esse debet, ab eodem differt.



CLAS-



CLASSIS DECIMÆ SEPTIMÆ, CERATORUM PARANDORUM MODUM PRÆSCRIBENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

CERATUM DE AMMONIACO PETRI FORESTI.

℞. Am̄oniaci præpar. unc. ſemis,
Unguenti Dialthææ,
Emplaſtri de Meliloto ana drachmas duas,
Furfurum frumenti optimè cribratorum unciam ſemis,
Pulveris rad. Bryoniæ,
Ireos Illyricæ ana drachm. duas,
Pinguedinis Anatis,
Anſeris,
Gallinæ ana drachmam un. ſemis,
Bdellii,
Galbani præparat. ana ſcrupulos duos, grana ſex,
Olei Irini drachmas ſex,
Mucilaginis ſem. Fœnugræci,
Lini ana unc. unam ſemis.
Ceræ uncias duas,
Terebinthinæ,
Reſinæ Pini ana drachm. ſex,

Mucilagines cum Oleo & Pinguedinibus coquantur ad humidi aquoſi exhalationem; poſtea addantur Cera & Reſina invicem liquata & colata, atque his ab igne remotis ac ſemirefrigeratis, Un-

guentum de Althæa, & Emplaſtrum de Meliloto, nec non poſt reliquorum pulverem, Ammoniacum & Galbanum cum Terebinthina ſoluta.

Fiat Ceratum.

Malacticum & plurimi uſus ac emolumenti eſt hoc Ceratum in omnibus affectibus externis, digeſtionem & concoctionem requirentibus; inflammationes ſedat, indurata emollit, ulcera detergit, vulnera conſolidat, & callum obducit.

In Zvvelferiano modo Welſchius: 1. galbani, quod nunquam eſt ſine ſordibus, omiſſam colationem, grana autem ejus, ſi fuerint pura, nimis pretioſa forent pro uſu externo; 2. bdellii in aqua plantag. cujus aquoſitatem Cerata non patiantur, ſolutionem; 3. Ung. dialth. in quo nonnulla ingredientia partes ſubtiles continent, quæ ſic perduntur, coctionem improbat; ipſam verò reliquam præparationem admittit; ut nempe unguentum hoc cum cera, reſina & terebinthina ſ. a. addantur, ammoniacum etiam & bdellium in pulverem redacta, galbanum autem in aceto ſolutum & inſpiſſatum jungantur.

CERATUM EX BETONICA.

℞. Terebinthinæ,
Reſinæ Pini,
Ceræ flavæ ana uncias duas,
Pulveris Betonicæ unc. ſemis,
Maſtiches,
Thuris ana drachmas duas,
Mumiæ drachmam unam ſemis.

Fiat, Ceræ cum Reſina liquatæ, colatæ ac poſtea ſemirefrigeratæ addendo Terebinthinam, & reliquorum pulveres, ſecundùm artem Ceratum.

Ad exſiccandos varios humores cerebri, cephalæam, cephalalgiam, catarrhos, aliosque capitis affectus conducit.

Modus parandi, quem dedimus, idem eſt cum Welſchiano, niſi quod ipſi pulveris betonicæ, non ex ſtipitibus, ſed meris herbæ foliis, *quod aliàs cuivis pharmacopœo ſolerti in uſu eſt*, diligenter mundatis facti, integram unciam admiſceri non inconſultum videatur, quo efficacius evadat Ceratum, & colorem adquirat elegantius vireſcentem. *Imò & variis aliis modis pro varia intentione mutari poſſet.*

CERATUM DIACHALCITEOS GALENI, vulgò DIAPALMÆ.

℞. Axungiæ Porci veteris à membranis per liquationem & colationem purgatæ libras duas,
Olei veteris,
Lithargyri triti ana libras tres,
Chalcitidis uſtæ unc. quatuor,
Teneriorum Palmæ ramorum manipulos quatuor.

Axungiæ, Oleum & Palmæ rami minutim inciſi, recentes, vel ſi exſiccati fuerint, aquâ priùs macerati, coquantur ad humiditatis aqueæ conſumtionem, colentur & exprimantur; Colatura cum Lithargyro ad juſtam conſiſtentiam lento igne redigatur, immiſcendo tandem ab igne depoſito pulverem Chalcitidis, & rudiculâ ex recenti Palmæ ramo confectâ agitationem inſtituendo. Fiat Ceratum.

Vere polychreſton eſt hoc Emplaſtrum, valet ad ulcera dyſepulotica, œdemata; articulorum morbis, bubonibus, ambuſtis, pernionibus, oſſium fracturis, contuſionibus, omnibus denique affectibus, quos rheumaticos vocant, prodeſt; Fonticulis ligandis deſtinatum eſt remedium, quos minimè ſordeſcere aut excreſcere permittit.

Cùm Ceratum hoc vulgò albicans vel cineritii coloris expetatur, is autem à Chalcitide uſta haud

haud impetrari queat, Vitriolum album, ſine virium decremento, ſubſtitui ſolet.

In defectu ramorum Palmæ rudicula ex recenti ligno Quercus parata, ut & folia querna ſumantur.

Zvvelferum, dum in hujus Emplaſtri præparatione vitriolum cum lithargyro & oleo coquit, non emplaſtrum ad albedinem vergens, ſed planiſſime nigrum impetrare, cum Welſchius monuiſſet, ipſe modum, nutriendo lithargyrum cum oleo & pinguedine porcina, (in quibus folia palmæ aut quercus prius fuerint incocta,) addendo deinde in pulverem redactam chalcitidem, proponit.

CERATUM PRO HERNIOSIS D. D. NORIBERGENSIUM.

℞. Pulv. Maſtiches,
Mumiæ,
Thuris,
Succini,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Aloës optimæ,
Balauſtiorum,
Roſarum ana unciam ſemis,
Sanguinis Draconis,
Boli Armenæ,
Lapidis Hæmatitæ ana drachmas ſex,
Olei Roſarum uncias tres,
Myrtini,
Maſtichini ana unciam unam.

Cum Cera & Reſina ſimul liquefactis & colatis, quantum ſufficit, additis Oleis, & pulvere reliquorum, fiat ex arte Ceratum.

Hoc in frequenti uſu habuit Clar. Medicus & excellens Chirurgus, D. Volcherus Coiter, quod & hucusque apud nos feliciter hernioſis fuit adhibitum.

CERATUM MATRICALE, VEL DE GALBANO.

℞. Galbani præparati unciam unam ſemis,
Aſæ fœtidæ unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ drachm. duas,
Bdellii mollis drachm. unam,
Gummi Animæ drachm. tres,
Tacamahacæ drach. quinque,
Matricariæ pulveriſatæ,
Artemiſiæ ana drachm. ſemis,
Seminis Dauci ſcrupulum unum,
Terebinthinæ unciam ſemis,
Ceræ uncias quatuor.

Fiat Ceratum, Ceræ liquatæ Terebinthinam & Galbanum invicem liquefacta poſt reliquorum pulverem immmiſcendo.

Uterum frigidum calefacit, ejus flatus diſſipat, doloresque frigidos placat.

Zvvelferus hic animadverſionem Welſchianam incurrit, ob ponderis nonnullorum ingredientium non neceſſariam immutationem, & bdellii in aqua matricariæ pro ceratis inconvenientem ſolutionem; ipſe verò Ceratum hoc ſic parat: ℞. tacamah. ʒv. gummi animæ ʒiij. aſæ fœtid. ℥ß. craſſiuscule contuſa liquefiant cum terebinth. q. ſ. & colentur per linteum cum expreſſione, add. galban. in aceto ſolut. colat. & inſpiſſat. item pulv. reliquorum.

CERATUM SANDALINUM MESUÆ.

℞. Roſarum rubrarum unciam unam ſemis,
Sandali rubri drachm. decem,
albi,
citrini ana drachm. ſex,
Boli Armenæ drachm. ſeptem,
Spodii drachmas quatuor,
Camphoræ drachmas duas,
Olei Roſati libram unam,

Ceræ albæ uncias ſex,vel quantum ſufficit.

Confice ſecundùm artem Ceram in Oleo liquando, & tandem reliquorum pulveres immiſcendo, ſandalum priùs, & roſas, coloris intenſioris gratia, ſpiritu vini irrorando.

Phlegmonas & calidas intemperies ventriculi & hepatis, atque aliarum partium emendat.

CERATUM STOMACHICUM BURRHI.

℞. Ceræ virgineæ uncias octo,
Tacamahacæ uncias quatuor,
Terebinthinæ unciam unam,
Balſami Peruviani,
Olei deſtillati Menthæ ana drachm. duas,
Caryophyllor. drach. unam.

Ceræ cum Terebinthina liquatæ & ſemirefrigeratæ admiſceatur Tacamahaca pulveriſata, ac tandem Balſamum cum oleis ſolutum.

Emplaſtri hujus communicatio noſtro quondam Collegæ, D. D. Balth. Stangio &c. ceu ſingulare arcanum, atque famoſi Franciſci Joſephi Burrhi inventum debetur. Quamvis autem conditionem volatilitatis, in Emplaſtris à Burrho, ſecundùm relationem Olai Borrichii in Thom. Bartholini cent. 3. epiſt. med. 89. requiſitam non obtineat, egregias tamen virtutes ſtomachicas poſſidere, facilè tum ipſa compoſitio perſuadebit, tum noſtra experientia comprobat. *Cera* autem *Catholica Burrhiana*, quam Emplaſtri ſtomachici titulo quidam inſigniunt, variasque ejus deſcriptiones paſſim proferunt, minùs huc referri meretur.

CERATUM STOMACHICUM GALENI.

℞. Roſarum rubrarum,
Maſtiches ana drachmas viginti,
Foliorum Abſinthii drachmas quindecim,
Spicæ Nardi drachm. decem,
Olei Roſacei libram unam ſemis,
Ceræ mundæ quantum ſufficit.

Cera & Oleum invicem liquentur, & poſtquam ab igne depoſita fuerint, reliqua in ſubtiliſſimum pulverem trita immiſceantur.

Ventriculum infirmum unà cum hepate roborat, ac horum dolorem à frigida cauſa lenit, vomitiones compeſcit, & concoctioni opitulatur.



CLAS-

CLASSIS DECIMÆ SEPTIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

CERATUM CAPITALE.

℞. Sandaracæ,
Thuris,
Mastiches,
Ligni Aloës,
Sandali rubri,
Rosarum rubrarum ana drachmam unam,
Cum Ladano, Cera, & Resina ana quantum sufficit, fiat Ceratum.

Ad capitis fluxiones sistendas conducit.

CERATUM CERINE CTESIPHONTIS.

℞. Ceræ citrinæ,
Terebinthinæ,
Olei antiqui,
Salis Nitri ana libram semis.
Fit simplici modo, liquando Ceram, Terebinthinam & Oleum, tandem Nitri puri pulverem immiscendo.

Exsiccat humores tumorum omnium corporis partium, & præsertim scroti. Vid. Galenus lib. 6. de compos. medic. per gen. cap. 16.

DIADICTAMNU SEU SACRUM GALENI.

℞. Olei veteris libras duas semis,
Lithargyri libram unam, unc. semis,
Æruginis unciam unam,
Squamæ Æris drachmas sex.
Colophoniæ uncias sex, drachmas duas,
Pollinis Thuris,
Galbani ana unciam unam semis,
Ammoniaci uncias duas,
Æris usti,
Propoleos,
Aloës ana unciam unam,
Diphrygis,
Gentianæ ana drachmas sex.
Aristolochiæ rotundæ,
Dictamni Cretensis ana unciam unam, drachmas duas,
Ceræ drachmas viginti quinque.
Confice in hunc modum:

Lithargyrum cum Oleo mixtum coques, usque dum probè coierint, continuò agitando, & additis Ærugine ac Squamâ æris, ferveant aliquantulum; ab igne remotis immitte Colophoniam cum Cera liquatam, ac tandem reliqua in pulverem redacta.

Prodest ad vulnera recentia, nervorum præcisiones, vetera ulcera, quæ cicatricem non facilè admittunt, abscessus, strumas, furunculos, durities: tela, aculeos & ossa educit: nec non ad cujuslibet virulentæ bestiæ ictus efficax existit.

Welschianus modus parandi est, nutrire lithargyrum cum olei æquali pondere, deinde addere ceram & colophoniam simul liquata, it. gummi ammoniacum & galbanum in aceto soluta ac inspissata, tandem & reliqua in pulverem redacta.

CERATUM DE GRATIA DEI NICOLAI MYREPSI.

℞. Terebinthinæ libram ſemis,
Reſinæ libram unam,
Ceræ albæ uncias quatuor,
Maſtiches unciam unam,
Verbenæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ ana manipulum unum.

Ceram & Reſinam invicem liquando, poſtea Terebinthinam, & reliquorum pulveres immiſcendo, fiat Ceratum.

Sordida repurgat, inflammata lenit, durata mollit, vulnera conſolidat, nervorum inciſiones glutinat, & furunculos mitigat.

Simplicem hanc parandi rationem commendans Welſchius, nec ponderis immutatione, quam Zvvelferus adducit, neque extractorum betonicæ &c. quibus æquè ac coctione partes ſubtiles decedere in Claſſe Extractorum ipſe fatetur, additione opus eſſe animadvertit.

CERATUM ISIDIS EX GALENO.

℞. Ceræ albæ drachmas quinquaginta,
Squamæ Æris,
Æruginis,
Ariſtolochiæ,
Thuris,
Salis Ammoniaci,
Gummi ammoniaci,
Æris uſti ana drachmas quatuor,
Aluminis uſti drachmas tres,
Myrrhæ,
Aloës,
Galbani ana drachmas ſex,
Olei veteris uncias quinque.

Ceræ cum Oleo liquatæ reliqua in pulverem trita miſceantur.

Uſurpatur ad fœda ulcera & fiſtulas, carnem putridam abſumit, ac fœdam ulcerum antiquorum, & quæ mali moris ſunt, ſaniem exſiccat & abſtergit.

1. Zvvelferi inutilem aluminis uſti, & 2. ceræ citrinæ, de cujus partibus ſubtilibus & fragrantibus in animadverſ. ad Ung. anodyn. p. 338. & alibi ipſemet agit, damnoſam coctionem; 3, galbani puri, quod nunquam reperiri ſupra dictum eſt, fruſtraneam additionem; 4. galbani & gummi ammoniaci intermiſſam colationem Welſchius reprehendit, & Ceratum hoc ſeq. modo conficit: oleum & ceram ſimul liquando, deinde alternatim immiſcendo gummia aceto ſoluta, colata & inſpiſſata, ac pulveres reliquorum. Emplaſtrum hoc vocatur etiam viride.

CERATUM OESYPI MESUÆ.

℞. Olei Chamæmelini,
Irini ana uncias ſex.
Maſtiches unciam unam,
Spicæ Nardi drachmas duas ſemis,
Croci drachmam unam ſemis,
Terebinthinæ unciam unam,
Reſinæ unciam ſemis,
Oeſypi uncias decem,
Ceræ quantum ſatis eſt.
Fiat lege artis Ceratum.

Emollit, lenit, concoquit, & maturat, duros tumores ac tophos membrorum digerit, crudoſque abſceſſus maturat. Philagrii ad prædicta omnia efficacius; quod ita ſe habet:

CERATUM OESYPI PHILAGRII.

℞. Croci drachmas quinque,
Bdellii,
Maſtiches,
Ammoniaci,
Aloës,
Styracis liquidi ana drachmas ſeptem,
Ceræ flavæ libram unam,
Terebinthinæ unciam unam ſemis,
Medullæ cruris Vaccæ,
Adipis Anſeris ana drachmas quindecim,
Oeſypi libram unam ſemis.

Fiat, Ceram, Medullam & Adipem liquando, pulveres ac tandem Styracem & Ammoniacum cum Terebinthina immiſcendo.

Poſt

Post Philagrium addiderunt nonnulli
Succi Scillæ uncias tres,
Sebi Vitulini drachm. quindecim,
Thuris unciam unam,
Ceræ uncias novem.

CERATUM EX PELLE ARIETINA ARNOLDI DE VILLA NOVA.

℞. Lithargyri,
Lapid. Hæmatitæ,
Sanguinis Draconis,
Boli Armenæ,
Opii,
Mastiches,
Ammoniaci præpar.
Galbani præpar.
Mumiæ,
Thuris,
Costi,
Lumbricorum ana drachmam semis,
Picis nigræ,
Colophoniæ,
Ceræ albæ ana uncias duas,
Rad. Consolidæ majoris,
minoris ana drachmas tres,
Rosarum rubrarum,
Myrrhæ,
Aloës ana grana decem & octo,
Succi Hypocistidis,
Gallarum immaturarum,
Balaustiorum,
Aristolochiæ rotundæ ana drachmas sex,
Visci querni drachmas duas,
Terebinthinæ uncias duas,
Sanguinis humani exsiccati uncias novem.

Confice sic:

Pellem Arietinam integram coque in aqua, donec ferè dissoluta sit, in lentorem quendam, quem colabis, & ad debitam crassitiem inspissabis. Hujus sume libram unam, adde Picem, Colophoniam & Ceram invicem liquata & colata, postea Ammoniacum & Galbanum cum Terebinthina soluta, Opium & Succum Hypocistidis in modico Aceto liquata ac reliquorum ingredientium pulverem, & tandem Viscum quernum. Fiat ex arte Ceratum.

Ad membrorum luxationes adhibetur, præcipuè verò herniosis prodest.

Welschius taxat in Zvvelferi modo: 1. quòd pondera multorum ingredientium immutaverit; 2. rosas & aristolochiam coquat; 3. costum omittat; 4. pro mumia asphaltum substituat; 5. sanguini siccato recentem coquendum præferat, cum illi, non huic debeatur vis adstringendi, quæ præcipuè in hoc Cerato desideratur; 6. galbanum iterum electum pro medicamento externo, sive, uti supra interpretatus est, grana ejus præscribat; 7. viscum quernum in oleo solvat, quod, si purum illud sit, non opus habeat. Ipse verò sic parat: ℞. mucilaginis lentæ pell. arietin. ℔i. pulveris sanguinis humani siccati ℥ix. leni calore misce, deinde adde picem, colophoniam & ceram simul liquata & colata, it. gummi ammoniac. & galban. aceto sol. col. & inspiss. nec non gluten visci querni Venetum, it. opium & succum hypocist. in aceto pauxillo solut. & pulveres reliquorum.

CERATUM DIAPIPEREOS GALENI.

℞. Lithargyri Argenti,
Cerussæ ana libram unam,
Olei communis libras duas,
Ceræ uncias sex,
Terebinthinæ uncias tres,
Thuris unciam unam semis,
Aluminis drachmas sex,
Piperis drachmas tres.

Fit in hunc modum:

Lithargyrus & Cerussa levissimè trita coquuntur in Oleo, ad debitam crassitiem: deinde adduntur Cera & Terebinthina, & his liquatis pulvis tenuissimus Thuris, Aluminis, & Piperis.

Omne ulcus curat, & non facile cicatricem admittit.

CERATUM SPARA-DRAPPUM VIGONIS.

℞. Hordei,
Myrtillorum,
Pinguedinis Vituli,
Vaccæ ana libram ſemis,
Axungiæ Porci uncias quinque,
Foliorum Plantaginis,
Solatri,
Matriſylvæ ana manipulos duos,
Vini Granatorum uncias octo.

Probè permixta macerentur aliquandiu, deinde bulliant ad conſumtionem Vini; poſtremum colentur; colaturæ adde ſequentia:

Lithargyri Auri,
Argenti ana uncias tres,
Minii drachmas decem,
Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ ana drachmas ſex.

Bulliant iterum, & cum Cera alba quantum ſufficit, fiat Sparadrappum, addendo in fine coctura.

Camphoræ drachmas duas.
Terebinthinæ uncias tres ſemis,
Olei Roſati uncias duas,
Unguenti Populei uncias duas ſemis,
Miſce.

Fluxiones quacunque corporis parte irruentes intercipit, & ad locum affectum deferri vetat.



CLAS-



CLASSIS DECIMÆ OCTAVÆ,

PRÆPARATIONES QUORUNDAM SIMPLICIUM, QUORUM IN HOC OPERE MENTIO FACTA AUT ALIAS USUS EST, DILUCIDANTIS,

SECTIO PRIMA,

DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

ADIPUM PRÆPARATIO.

Adeps quivis cùm rarò, aut nunquam purus esse soleat, sed sanguine aliisve recrementis pollutus, non immeritò præparationem subire tenetur. Unde à membranulis & venulis liberatus multoties aquâ lavetur, donec ea non ampliùs inficiatur, postea leni calore ab adhærente humiditate aquea liberetur, & post liquationem coletur.

ÆRIS USTIO.

Æris bracteæ in fictile immittantur, interposito inter singulas lamellas Salis communis, aut Sulphuris pulvere, atque sic stratum super stratum paretur, quod igne sufficienter uratur: calx vel cinis relictus aquâ calidâ sæpius adfusâ edulcoretur; qui rubicundus evadit à Sale vel Nitro, niger autem, si cum Sulphure præparetur.

AGARICI PRÆPARATIO.

Nihil aliud eſt apud nos, quàm Agaricum Trochiſcatum, quod hac ratione ab adhærentibus multis inutilibus particulis liberatur, commodiori trituræ inſervit, & viribus augetur; ipſa verò præparatio deſcripta habetur ſupra fol. 137.

ALOES LOTIO.

Cùm Aloë, quàm pura etiam videatur, rarò absque heterogenearum particularum conſortio reperiatur, præparationem ſive impropriè dictam lotionem utique depoſcit, quæ aquâ, in qua totam dilui poſſe experientia teſtatur, commodè peragitur. Itaque Aloë Socotrinæ quantum volueris, ſuperfunde aquæ pluvialis deſtillatæ quantum ſatis eſt, ſtent in leni calore, ſæpiùs movendo, donec Aloë ſoluta fuerit, ſeparetur à fæcibus, colatura clara inſpiſſetur in Sole vel loco calido ad juſtam craſſitiem.

Solemus etiam parare cum ſucco Roſarum, ut videre eſt in deſcriptione Pilularum de Aloë roſata, ſuperiùs fol. 71.

ALUMINIS USTIO.

℞. Aluminis quantum volueris; ponatur in fictile novum, & tamdiu uratur, donec totum alumen, ſpiritibus expulſis, (quos alembico impoſito qui colligere voluerit, per nos, eorum haud indigos, & ideo nec rem adeò levis pretii tam religiosè & laboriosè comparare ſtudentes, colligat licet,) poroſum & quaſi ſpumoſum evaſerit.

AMMONIACI GUMMI PRÆPARATIO.

Gummi Ammoniacum in Aceto leni calore liquatur & colatur, ac poſtea Acetum leniter coquendo iterum ſeparatur.

Eadem eſt præparatio
GALBANI,
OPOPANACIS,
SAGAPENI.

ARI RADICUM PRÆPARATIO.

In præparatione Radicum Ari quilibet per nos ſuo abundet ſenſu. Nos intenſam ejus acrimoniam, ſi vel ſola inprimis, vel aliorum admixtione non retuſa radix eſt uſurpanda, veriti, præparare eam, vel ſaltem hoc reſpectu, nulli dubitamus; cùm benè obſervante id Cl. D. Daniele Ludovici in Pharmac. ſua, pag. 485. etiam exſiccata & vetuſtior deglutientium fauces laceſſere haud deſinat. Radices itaque Ari optimè mundatæ teſſellatimque inciſæ, macerentur in Vino albo, ſpatio vigintiquatuor horarum, poſtea effundatur Vinum per inclinationem, & ita repetatur, ſecundâ & tertiâ vice, ſemper adfundendo novum Vinum; Tunc exſiccentur radices, ſerventurque ad uſum. Qui verò non retuſas in radicibus iſtis vires expetit, & aliorum connubio ſalinarum acrium ſpicula diſcontinuando mitiores tantùm reddere voluerit, ille non ſimpliciter radices exſiccando, ſed easdem priùs ab exteriori pellicula liberando, opus peragat. Et ſic utroque modo præparatæ in uſum trahi poterunt.

ASEL-

ASELLORUM PRÆPARATIO.

℞. Asellorum elotorum, sive Millepedarum quantum volueris; moderato calore exsiccentur & pulverisentur, postea impraegnentur Vino Malvatico, quantum imbibere possunt, iterumque exsiccentur, qui irrorationis & exsiccationis labor tertiâ vice repetatur.

BOLI ARMENÆ PRÆPARATIO.

Liquata Bolus in aqua pura agitetur, & aqua tenuissimo polline saturata turbidaque facta effundatur, ac nova superinfusa aqua labor toties repetatur, donec clara remaneat, lapilli autem & arenulae in fundo solae haereant. Tandem pulvisculus ita decantatus paulatim subsidere permittatur, atque, effusa aqua, exsiccetur. Aquam autem rosaceam, Acetum, Vinum, similemve liquorem medicatum huic operi sine necessitate adhiberi, censemus.

CERUSSÆ LOTIO.

℞. Cerussae quantum volueris; pulverisetur, & in aquae sufficienti quantitate diluatur, & decantetur; relictis partibus crassioribus in fundo; resideat per noctem, postea separetur aqua per inclinationem, & materia residua exsiccetur, reponaturque ad usum.

CHALCITIDIS PRÆPARATIO.

In vase terreo aliquandiu calcinatur, ut sulphur, si quod insit conjunctum, comburatur, & Chalcitis in pulverem faciliùs abeat. Cujus tamen locum utplurimum Vitriolum martiale ad rubedinem calcinatum supplere solet.

CHALYBIS PRÆPARATIO EX ACETO.

℞. Limaturae Chalybis quantum volueris; adfundatur Aceti Vini acerrimi tantum, ut tota eo madefiat, stent in loco calido tamdiu, donec limatura iterum sit exsiccata, postea pulverisetur; & sic septies reiteretur: Postremò teratur supra Porphyritem & servetur usui.

CHALYBS CUM SULPHURE.

℞. Limaturae Chalybis quantum volueris; quae cum pulvere sulphuris citrini stratificata calcinetur: Hanc calcinationem semper addito novo sulphure toties repete, donec Chalybs liquescat; tandem forti igne Sulphure consumto, super Porphyritem laevigetur pro usu.

Si quis faciliori modo Chalybem integrum candentem, sulphureae massae intrudendo, calcinare, & hoc peracto, ad sulphuris adhaerentis omnimodam combustionem, ulteriùs igni exponere voluerit, illi per nos id liberum esto.

COLCOTHARIS INDULCATI PRÆPARATIO.

Colcothar ad rubedinem calcinatum, vel Caput mortuum Spiritûs Vitrioli abluitur aquâ communi toties, donec omnis

ſalſedo, & acrimonia prorſus abſumta fuerit, deinde exſiccetur ad uſum.

COLOCYNTHIDIS PRÆPARATIO.

Nobis nulla alia eſt, quàm Trochiſcorum Alhandal compoſitio, quæ ſupra videnda eſt fol. 138.

CORIANDRI PRÆPARATIO.

Coriandri ſemina modico Aceto irrigantur, deinde ſiccantur, & reponuntur.

CORNU CERVI PRÆPARATIO.

Cornu Cervi vaſi figulino imponitur, deinde in fornace ad albedinem uſtum & poſtea pulveriſatum in lapide Porphyrite minutiſſimè cum aqua Roſacea teritur, & exſiccatur.

CRANII HOMINIS PRÆPARATIO.

℞. Raſuram Cranii humani violentâ morte peremti, ab omni immunditie & pinguedine liberati quantum volueris, contunde, & cum aqua Liliorum convallium minutiſſimè teratur, poſtea exſiccetur.

DENTIUM APRORUM PRÆPARATIO.

℞. Dentium Aprorum pulveriſatorum quantum volueris, conterantur cum ſufficienti quantitate
Aquarum Cardui Mariæ,
Taraxaci,
Papaveris erratici,
Scabioſæ,
donec in tenuiſſimum pollinem abeant, qui exſiccetur.

EBORIS, SEU ANTISPODII PRÆPARATIO.

℞. Eboris ſelecti in tenues lamellas ſeu fruſtula diſſecti libram unam: id in fictili mundo, quod in ſummitate nonnihil apertum ſit, ne Ebur inter urendum nigreſcat, in fornace figuli aut alio forti calore ad perfectionem, id eſt, albedinem calcinetur, tandem cum aqua Roſacea lævigandum & exſiccandum.

ELATERII PRÆPARATIO.

Succus fructûs Cucumeris ſylveſtris maturi digeritur in Balneo Mariæ, usque dum clarefiat, ſeparatur à fæcibus & inſpiſſatur.

ESULÆ RADICUM CORTICUM PRÆPARATIO.

Eſulæ radices benè mundatas infunde vel irrora tridui ſpatio in Aceto Vini acerrimo, deinde exſiccentur, & ſerventur uſui.

EUPHORBII PRÆPARATIO.

Euphorbium ſubtiliſſimè pulveriſatum cum ſufficienti quantitate Olei Amygdalorum dulcium teritur, maſſa poſtmodum illa Pomo Citrio vel Cydonio excavato inditur, paſtâque panis obvolvitur, atque ſic in clibano coquitur. Euphorbium deinde ſic præparatum vaſe vitreo benè obturato reconditur.

HEL-

HELLEBORI ALBI ET NIGRI PRÆPARATIO.

Radices Hellebori albi & nigri, demtâ ligneâ medullâ, triduo in Vino Cydoniorum macerentur, loco tepido, poſtea exſiccentur ac reponantur.

Alioquin radices ſic maceratæ Pomo demum Cydonio inſigun-tur,quod paſtâ panis obvolutum, in clibano coquitur ad ſufficienti-am,radices poſtmodum exemtæ ſiccantur,& in uſum adſervantur.

LACCÆ PRÆPARATIO.

Lacca craſſiusculè trita aquâ fontanâ lavetur, piſtillo ſemper agitando, quoad clareſcat: quod reſedit, coletur & ſiccetur.

LAPIDIS LAZULI PRÆPARATIO.

Lapis Lazuli minutiſſimè tritus toties aquâ abluitur, teritur, & agitatur, donec aqua nullum ampliùs vel colorem vel etiam ſaporem induerit; id verò quod in aqua ſubſidet, exſiccetur pro uſu.

LAPIDIS MAGNETIS PRÆPARATIO.

℞. Succi Ariſtolochiæ rotundæ,
Sabinæ ana unc.quatuor,
Serpentariæ uncias duas.

Cum his ſuccis ſucceſſivè imprægnentur Magnetis electi in pulverem redacti unciæ quatuor; & exſiccentur.

LUMBRICORUM PRÆPARATIO.

Lumbrici cum Vino toties lavantur, donec omnem impuritatem depoſuerint, deinde ſiccantur.

MANDIBULARUM LUCII PISCIS PRÆPARATIO.

Fit, ut antegreſſa dentium Aprorum.

MEZEREI PRÆPARATIO.

Folia Mezerei macerentur horis viginti quatuor in Aceto acerrimo, poſtea in umbra ſiccentur, ac adſerventur.

MYRRHÆ PRÆPARATIO.

Myrrha in Vino leni calore diſſoluta, adhuc calens per linteum transcolanda eſt.

Eodem modo paratur etiam STYRAX CALAMITA.

OESYPI COLLECTIO.

Lanæ ſuccidæ, hoc eſt, nondum purgatæ, quæ ex collo, coxis & alis Ovium defatigatarum fuerit detonſa, adfundatur aqua fervens pluries, & lavetur diligenter, quousque omnem ſuam pinguedinem in aquam depoſuerit. Poſtea expreſſa lana ſeponatur, & aqua illa pinguis & ſordida ex vaſculo aliquo diutiſſimè ex alto fundatur & refundatur, donec ſpumoſa fiat, ac tum ſpuma ſinatur ſubſidere, & colligatur aquæ

innatans pinguedo, iterumque aqua refundatur, donec ſpumet, ac ſubſidens pinguedo auferatur, quod tamdiu fiat, donec non ampliùs adpareat ſpuma, & nulla concreſcat ſupra aquam pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum ſpuma in aqua pura manu ſubigendo lavare, ſordesque immixtas ſæpius aquam renovando auferre decet, donec pura effluat; deinde reponatur in fictili denſo, frigido loco.

Oeſypus hic Veterum corrupto nomine vocatur Hyſſopus humida, quem ut rectè præparatum habeant Pharmacopœi, operam dare debent, aut ſaltem, quod ſupra jam in Prolegomenis, cap. 7. monuimus, Medullam cruris vitulini ſubſtituant.

OLEI LOTIO.

In phiala magna vitrea infundantur duæ partes aquæ puræ, & una Olei, deinde calefiant, & agitentur omnia diligentiſſimè, donec optimè miſceatur Oleum cum aqua, & totus liquor candidus fiat; poſtea reponatur, ut ſeparetur Oleum ab aqua, quod dein ab aqua eſt decantandum.

PELLICULARUM VENTRICULORUM GALLINARUM PRÆPARATIO.

Laventur Vino albo, poſtea exſiccentur & reponantur pro uſu.

PILORUM LEPORIS USTIO.

Fit, ut uſtio Hirundinum.

PILARUM MARINARUM TORREFACTIO.

Leniter torrefiant, ut in pulverem terendo redigi queant.

PLUMBI USTIO ET LOTIO.

Plumbum cum Sulphure (ut in Æris uſtione ſupra monuimus) facto ſtrato ſuper ſtratum, uritur, poſt uſtionem ſæpius abluitur & reſiccatur.

Cōmodiùs ab aliis Plumbum cũ Sale calcinatur. Liquato enim plumbo ſenſim Sal communis inſpergitur, & ſpatula continuò agitatur, donec plumbum in pulverem abeat, qui beneficio aquæ ſimplicis à Sale liberatus colorem cineritium adquirit. Prout etiam Plumbum liquefactum, & ſpatulâ ferreâ agitatum, ſine alterius rei additione, in pulverem abire ſolet.

PULMONUM VULPIUM PRÆPARATIO.

Pulmo Vulpis junioris recens, ab aſpera arteria, venis & arteriis, ut & ſanguine purgatus, Vino albo odorato, cui Hyſſopus, & Scabioſa incocta, lavatur, in clibano ſiccatur, & ſiccatus Abſinthio, Marrubio, ac Hyſſopo involutus reponitur.

SACCHARI PENIDII PRÆPARATIO.

Saccharum clarificatum lento igne inſpiſſatur, donec in magnas bullas attollatur, & artifici notam conſiſtentiam adquiſiverit; tum ab igne remotum ſupra tabulam marmoream, oleo amygdalorum dulcium inunctam, effunditur, & ubi nonnihil induruerit, ac propemodum Terebinthinæ craſſitiem obtinuerit, de unco ſuſpenditur, manibusque amylo ſubinde conſper-

ſperſis toties detrahitur, iterumque unco adglutinatur, donec indureſcat & candorem adquirat; tandem in tenues maſſulas funiculi inſtar contortas, in tabula amylo conſperſa effingitur.

SANGUINIS HIRCI PRÆPARATIO.

Hircum mediocris ætatis domi per menſem alito, qui Pimpinella, Apio, Petroſelino, Leviſtico, Erica, Malva, & ſimilibus herbis diureticis nutriatur; hunc æſtatis principio, Sole Cancrum ingrediente, mactato, & ſanguinem, qui ex vulnere defluxerit, vaſe mundo excipito, abjectisque partibus ichoroſis, concreſcere ſinito, ac in furno exſiccato. Alii quidem ſanguinem hirci, à lethali caſtratione effluentem, ceu ſingularem, ſpecificum & huic noſtro recenſito longè præferendum magni faciunt. Verùm cum hæc ſanguinis collectio à noſtro modo neutiquam, niſi loci tantùm vulnerati diverſitate, differat, res eodem recidit, cùm ubique totus penè ſanguis exhauriatur. Qui itaque in hiſce curioſi nimium & præter rationem eſſe volunt, per nos id liceat.

SARCOCOLLÆ PRÆPARATIO.

Sarcocolla pulveriſata Lacte aſinino irrigatur, & leni calore exſiccatur; atque hæc imbibitio ter quaterve repetitur, pulvisque ſic præparatus dicitur SARCOCOLLA NUTRITA.

Eodem modo etiam NIHILI NUTRITUM præparatur.

SCAMMONII PRÆPARATIO.

℞. Scam̃onii electi libras quatuor,
Succi Cydoniorum libras duas, & uncias duas,
Cort. Myrobalanorum citrinarum,
Maſtiches electæ ana unc. duas.

Myrobalani contuſæ infundantur ſucco Cydoniorum loco calido, donec humorem imbibant: tum addatur Scammonium per ſe tritum in mortario inuncto Oleo Amygdalorum dulcium, fiant Trochiſci, ut artis eſt. Scammonium ſic præparatum Dacrydium, vulgò Diagrydium vocatur.

SCORIÆ FERRI PRÆPARATIO.

Limatura ferri in aqua limpidiſſima abluatur toties, donec ſorditiem depoſuerit, huic deinde in vitream patinam inditæ adfunde modicum Aceti, ut ſolùm eo humectetur: hanc ſic diebus triginta macera, tandem tere & repone.

SCILLÆ PRÆPARATIO.

℞. Scillam recentem, hanc rejectis aridioribus tunicis extimis, paſta panis involve, eamque in clibano ad panis ſufficientiam coque; exemtam in laminas diſſeca, quas filo trajice, ita ut una alteram non attingat, & loco ſicco adpenſas exſicca.

SERICI CRUDI TORREFACTIO.

Folliculi ſerici, exemtis vermibus, inciſi, in furno tepido ollæ novæ impoſiti ſiccantur, & mucila-

cilagine tragacanthi imbuuntur, ut dein poſſint per trituram in pulverem redigi.

SPERMATIS RANARUM PRÆPARATIO.

Sperma Ranarum triduo &c. ante Novilunium menſe Martio collectum indatur ſacco, qui ſuſpendatur, & liquor reſolutus, indè exſtillans colligatur.

Hac aqua ſi pulvis ſequens vigeſies aut trigeſies imbuatur, ſemper tamen eundem ſponte priùs exſiccando, dicitur COMPOSITUM SPERNIOLÆ:

℞. Myrrhæ ſelectæ,
Thuris ana uncias duas,
Croci unciam ſemis;
tandem poſt peractas exſiccationes addendo
Camphoræ drachm. tres.

SPONGIARUM USTIO.

Fiat, ut Hirundinum.

TEREBINTHINÆ COCTIO.

Terebinthinæ libra una coquitur in libris viginti quatuor aquæ, donec odorem amittat, & inſpiſſetur, adeo, ut refrigerata in pulverem teri queat, ac vitri modo diſſiliat, ſicque pro Pilulis &c. exin conficiendis inſerviat. Qui tamen alembico ſuperimpoſito, oleum coctione exhalans à fuga retrahere velit, cum illo nos non litigabimus.

TUTIÆ CALCINATIO, ET PRÆPARATIO.

Tutia Arabum, ſeu Græcorum Cadmia, Botryites Dioscorid. aliquoties, vel ad minimum ter in crucibulo candefiat, deinde ſingulis vicibus aqua Roſarum extinguatur, tunc demum trita lævigetur in marmore. Alii ſic præparatam linteo includunt, & in vaſe aqua clara pleno hinc indè agitant, ut tenuior ac melior ejus pars in aquam effluat, craſſiore in linteolo relicta. Indè cùm reſederit, aquam auferunt, ac ſupra porphyritem cum aqua Roſacea terunt, tandemque in paſtillos cogunt.

UNGULÆ ALCES PRÆPARATIO.

Idem parandi modus eſt, cum Cranii humani præparatione.

Reliqua præparata, ſola ferè lævigatione ac tritura, conſpergendo ſubinde vel humectando inter lævigandum aqua aliqua deſtillata, perficiuntur; non quidem ea intentione, ac ſi ab aqua tali ſingulares Rebus præparandis vires accederent, cùm & ſimplex fontana eandem operam præſtaret: ſed ne hæc ob conjunctum utplurimum ſal aliquod peregrinum, qualitatem etiam aliquam peregrinam imprimat. Delectus autem Aquarum deſtillatarum plus curioſitatis, quam neceſſitatis licet contineat, quia tamen nec ſumtus auget, nec alium errorem involvit, ſimpliciter nec culpari, nec etiam attendi meretur. Præparentur itaque

Corallia alba cum aqua Roſarum,
rubra cum aqua Roſarum,

Ætites

Ætites cum aqua Tormentillæ,
Lapis Calaminaris,
Carneolus vel Sarda, &
Chryſolithus cum aqua Roſarum,
Cryſtallus cum aqua Bugloſſi,
Granatus Orient. cum aqua Roſarum,
Hæmatites cum aqua Burſæ paſtoris,
Hyacinthus cum aqua Roſarum.
Judaicus lapis cum aqua Saxifragiæ,
Lapis Lyncis cum aqua Malvæ,
Nephriticus lapis cum aqua Petroſelini,
Rubinus,
Sapphirus,
Smaragdus,
Topazius,
Margaritæ Orientales, &
Mater Perlarum cum aqua Roſarum,
Oculi Cancri cum aqua Fragorum,
Ovorum putamina uſta cum aqua Linariæ,
Succinum citrinum & album cum aqua Betonicæ.

Sunt & alia quædam, eaque complura, quæ pro cujuslibet voluntate & præparantur, & præparata proſtant, utpote Argilla fornacum, Rubrica fabrilis, & his ſimilia.

Horum aliqua uſtionem requirunt, ut Metallica, nonnulla toſturam exigunt, ut Mineralia pleraque, alia nutritionem poſtulant, ut Sarcocolla, Gypſum, atque Alcohol Nihili. His ſola trituratio ſufficit, illis infuſio noxam adimit, eaque medicamentorum compoſitionibus idonea reddit. Nec deſunt, quibus depuratio per quietem ſeu reſidentiam competit.



CLASSIS DECIMÆ OCTAVÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

ANACARDIORUM PRÆPARATIO.

Anacardia teruntur, maceranturque in aceto acerrimo diebus ſeptem, deinde coquuntur lento igne, & exſiccantur.

AVELLANARUM PRÆPARATIO.

Avellanæ, ablato cortice extimo duro, in vaſe aliquo ſtanneo, furfuribus additis, ſpatulâ ſupra ignem tamdiu agitantur, donec calore omnis ipſarum humiditas, interna flatuum cauſa, ſit abſumta, deinde pellicula, quâ teguntur, ipſis detrahitur. Cavendum autem, ne adurantur.

CANTHARIDUM PRÆPARATIO.

Fictile patuli oris terreum Cantharidibus fermè plenum, rariſſimo linteolo obdu-

ductum, inversum alteri vasculo, in quo acerrimum ferveat acetum, imminens suspendatur tamdiu, donec Aceti ferventis vapore Cantharides omnes enecatæ fuerint, quæ in fictili exsiccentur, cavendo ne aër liberior ipsas contingat, & pulvere aliisque quisquiliis inquinet. Verùm cùm rarior apud nos Cantharidum proventus enecatis jam exsiccatisque, aliunde ad nos deferri solitis, uti jubeat, præparatione hac non indigemus.

CUPEROSÆ PRÆPARATIO.

Cuperosa est species Vitrioli, albi coloris, transparens veluti Crystallus, si recens est, vetusta opaca, sed alba, fragilis, sicut Vitriolum, dissolvitur aquâ Rosaceâ, & colatur per chartam, deinde in Sole vel leni calore exsiccatur.

HIRUNDINUM USTIO.

Pulli Hirundinum ita jugulentur, ut sanguis super alas defluat, sicque non disperdatur; hi modico trito sale adspergantur, ac in novo fictili vitreato urantur, cinisque servetur.

Eodem ferè modo, sed sine addito sale Erinacei uruntur, nec non torrentur Ranæ, Bufones ad Zenechta expetiti, ac alia animalia.

JECORIS LUPI PRÆPARATIO.

Jecur Lupi Vino odorato lotum exsiccetur in furno, postea Absinthio circumdatum reponatur.

Aliqui, & rectè, id ante exsiccationem pulvere Sandalorum, maximè verò citrini conspergunt.

INTESTINI LUPI PRÆPARATIO.

Intestinum Lupi secundùm longitudinem sectum, ac vino, in quo Ruta & Fœniculum cocta fuerunt, elotum, atque in frusta dissectum exsiccetur, & Rutâ obvolutum servetur.

LEPORIS USTIO.

Fit, ut Hirundinum ustio proximè antecedens.

SCORPIONUM USTIO.

Idem processus est, qui fuit in ustione Hirundinum.

SULPHURIS VIVI PRÆPARATIO.

℞. Pulveris Sulphuris vivi quantum volueris, superfunde Vini albi quantum satis, stent ita per diem & noctem sæpiùs movendo, deinde separetur Vinum per inclinationem, & sic repetatur secundâ, & tertia vice. Tandem exsiccetur & servetur usui.

VESICARUM APRORUM PRÆPARATIO.

Vesicæ à pinguedine & membranulis optimè mundatæ, incidantur in minutissima frustula, macerentur in Vino rubro per viginti quatuor horas, postea abjecto vino exsiccentur Vesicæ, & servetur Pulvis ad usum.

VITRI USTIO.

Accipe frustum Vitri clari subtiliter pulverisati ac cribrati, quod in ollula ferrea tamdiu ponatur super prunas, ut ferrum candescat, deinde extinguatur in Lixivio facto ex cinere stipitum fabarum. Tunc iterum pulverisetur, & rursus ignitum in priore lixivio extinguatur, idque toties repetatur, donec optimè in cinerem sit redactum. Id quod adparet, quando non ampliùs resplendet, & inter digitos attritum non est asperum, inque os sumtum dentibus non sonitum edit. Hic cinis vitri in marmore Porphyritico subtilissimè pulverisetur.

CLAS-



CLASSIS DECIMÆ NONÆ,

AQUAS COMPOSITAS, CUM ET SINE VINO DESTILLATAS SIMPLICES, ET VINA TRADENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

AQUA ACUSTICA, SIVE AD AUDITUM D. D. MINDERERI.

℞. Herbarum Rorismarini,
Majoranæ,
Salviæ hortenſis,
Lavendulæ,
Rutæ,
Origani,
Polii montani,
Florum Sambuci ana pugillum unum,
Spicæ Romanæ pugillum ſemis,
Baccarum Lauri,
Juniperi ana drachmas duas,
Rad. Ireos Illyricæ,
Cyperi rotundi,
Valerianæ,
Leviſtici,
Cyclaminis ana drachm. ſemis,
Pyrethri drachm. unam,
Bryoniæ,
Cucumeris aſinini,
Raphani,
Cæparum ana unciam unam ſemis,

Colocynthidis ſcrupulos duos,
Nucleorum Perſicorum,
Seminis Raphani,
Rutæ ana unciam ſemis,
Fœniculi,
Caſtorei ana drach. un. ſemis.
Inciſis & contuſis adde
Galbani in uncia una ſemis Aquæ aureæ Langii diſſoluti drachmas duas,
Urinæ capræ, vel, in ejus defectu, pueri uncias octo,
Aceti Scillini,
Rutacei ana uncias octo,
Spiritu Juniperi uncias duas.
Factâ per viginti quatuor horas maceratione, deſtilletur lento igne in Balneo, deſtillatum commiſceatur cum Spiritus Roſarum drachma una. Servetur uſui.

Ad varias auditûs læſiones, ſurditatem, tinnitum, ac ſibilum in auribus, ab humore, vapore, vel flatu provenientem conducit.

Non equidem negari poteſt, haud paucas utiles ingredientium partes, quæ per deſtillationem non elevantur, ſed in cucurbitæ fundo remanent, huic aquæ decedere; verùm ſi quis ſufficientem ſubtilium & penetrantium, hîc unicè expetitarum, copiam inibi reperiri conſideraverit, facilè reliquis illis carere nos poſſe judicabit; ut itaque infuſionem deſtillationi præferre cum quibusdam neutiquam opus habeamus.

Præterquam quòd infuſionem Zvvelferianam medicamentum ingratiſſimum, & ob incredibilem fœtorem plane intolerabile, minùs etiam durabile, ideoque facilè corruptibile, ex acetorum nempe, ſuccorum, & ipſius emulſionis mixtione evadere Welſchius monet, ipſi modus optimus parandi videtur, ut ſpecies omnes, excepta colocynthide, adfuſis præſcriptis liquoribus, maceratæ, ſolutæ, & emulſæ ſ. a. deſtillentur, in deſtillato deinde colocynthis infundatur, & in fine ſpiritus roſarum addatur: ubi ſimul circa galbani deſtillationem animadvertit, quòd eadem non improbari queat, cum maſtichen Zvvelferus in Aqua ejus, & myrrham in Aqua arthritica deſtillari concedat; omitti tamen à moroſo aliquo, & deſtillato demum, in ſpiritu juniperi ſolutum atque colatum, jungi poſſe; (*ubi tamen ejusdem ſubſequens præcipitatio aquæ limpiditatem deſtruit, & lacteſcere facit*) pariter etiam colocynthidem, ſi quis aliquas ejus vires deſtillatione prodire ſibi perſuadeat; quamvis ipſe infuſionem ejus præſtantiorem eſſe firmiter credat.

AQUA ARTHRITICA.

℞. Flor. Chamæmeli,
Foliorum Pulegii,
Lavendulæ,
Majoranæ ana unc. unam,
Roriſmarini uncias tres,
Salviæ,
Chamæpityos,
Myrrhæ optimæ ana unc. duas,
Caryophyllorum,
Cinnamomi ana drach. duas,
Rad. Pæoniæ unciam ſemis,
Pyrethri,
Cyperi rotundi,
Ireos Illyricæ ana drach. unam ſemis,
Cardamomi minoris,
Cubebarum ana drach. unam,
Nucis moſchatæ unc. ſemis.
Infundantur in libris quatuor Spiritus Vini rectificati, ſtentque in infuſione vaſe probè clauſo, per dies quatuordecim. Poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ.

Tremulis, paralyticis ac pareſin è colica perpeſſis auxilio eſt, frigidis articulorum morbis opitulatur, nervos roborat, & juncturis virium jacturam reſarcit.

AQUA ASTHMATICA.

℞. Radicum Enulæ uncias duas,
Ireos Flor. unciam unam ſemis,
Herbæ

Herbæ Hyſſopi,
Pulmonariæ,
Salviæ hortenſis ana manipulum unum,
Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Cardamomi drachmas duas,
Croci ſcrupulos duos,
Spiritus vini libram unam,
Aquæ Scabioſæ,
Tuſſilaginis,
Veronicæ ana libr. ſemis.

Digerantur per triduum, poſtea deſtillentur in Mariæ Balneo.

Morbis thoracis & pulmonum, à craſſis & viſcidis humoribus productis medetur, & difficilem inprimis reſpirationem emendat.

AQUA CAPONIS COMPOSITA.

℞. Caponem eviſceratum atque in fruſta inciſum, depoſitâ pinguedine, in olla capaci, & probè occluſa, decoque in ſufficiente quantitate aquæ fontanæ ad debitam mollitiem, contunde ad pultis formam, cum brodio dilue & exprime; poſtea

℞. Brodii libras duas ſemis,
Aq. Boraginis,
Bugloſſi ana libram unam ſemis,
Florum Roſarum,
Violarum,
Bugloſſi,
Boraginis ana drachm. duas,
Cinnamomi electi unc. unam.

Deſtillentur in cucurbita vitrea ſecundùm artem.

Analepticum ac reſumptivum eſt Medicamentum, tabidis, conſumtis, & à morbo longo extenuatis proficuum.

AQUA CARBUNCULI.

℞. Florum Rorismarini,
Liliorum convallium,
Violarum,
Boraginis ana uncias tres,
Lavendulæ unciam unam,
Herbæ Majoranæ,
Salviæ,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Zingiberis,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Galangæ,
Baccarum Juniperi,
Viſci querni,
Semin. Pæoniæ ana unc. ſemis,
Cardamomi unciam unam,
Vini Malvatici,
Aquæ Roſarum,
Fragorum,
Lavendulæ ana libras tres.

Fiat infuſio per octiduum in loco tepido, poſtea ſecundùm artem deſtillatio. Liquori deſtillato, ſplendoris, vulgo expetiti, causâ, aliquot foliola Auri immergi ſolent.

Non tantum ſpirituum vitalium ac animalium vigorem conſervat, & auget, ſed viſcera etiam, & nervoſum inprimis genus roborat, eorumque affectus frigidos emendat.

AQUA CARMINATIVA DORNCREILII.

℞. Florum Chamæmeli Rom. manipulos triginta tres,
Corticum Aurantiorum exteriorum drachmas ſex,
Herbæ Abſinthii Pont. manipulum ſemis,
Centaurii minoris,
Pulegii,
Origani ana pugillum unum,
Semin. Anethi uncias duas,
Aniſi,
Fœniculi ana unciam unam,
Carvi unciam ſemis,
Cardui benedicti drachmas duas,
Mariæ drachm. ſex.

Inciſa & contuſa infundantur per octiduum in Aquæ Chamæmeli libris octo, poſtea in M.B. deſtillentur.

Diſcutit flatus, & lenit dolores ventriculi ac inteſtinorum.

AQUA CINNAMOMI CORDIALIS.

℞. Aquæ Boraginis,
Bugloſſi,
Roſarum,
Violarum ana libram unam,
Cinnamomi electi uncias tres.

Poſt triduanam infuſionem fiat deſtillatio.

Vires in confortando corde ſunt egregiæ.

AQUA CINNAMOMI CYDONIATA.

℞. Succi Cydoniorum recenter expreſſi libras tres,
Cinnamomi electi uncias duas ſemis.

Fiat infuſio per triduum, poſtea deſtillentur.

In corde & ſtomacho roborando vires habet eximias.

AQUA CONFORTANS USITATA.

℞. Aquarum Ceraſor. nigrorum,
Roſarum,
Boraginis,
Bugloſſi,
Flor. Violarum,
Tiliæ ana uncias ſex,
Ciñamomi optimi unciam unam ſemis,
Margaritarum præparatarum ſcrupulos duos,
Coralliorum alborum præparatorum drachm. unam,
Cornu Cervi ſpagir. præparati ſcrupulos quatuor,
Sacchari perlati uncias quinque.

Miſce ad vitrum pro uſu.

In omni debilitate & languore virium exhibetur, ſpiritus animales puriores reddit, ſenſuumque internorum & externorum organa reficit.

AQUA CORDIALIS TEMPERATA.

℞. Cinnamomi acutiſſimi uncias tres, drachmas duas,
Corticum Citri exteriorum unciam ſemis,
Ligni Aloës optimi drachmas duas,
Sandali citrini unciam ſemis,
Sem. Ocimi caryophyllati drachmas tres,

Galan-

Galangæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ ana drachmam unam ſemis,
Cardamomi drachmas tres,
Florum Lavendulæ drachm. unam,
Boraginis unc. unam,
Roſarum uncias duas ſemis,
Anthos unc. ſemis,
Croci Auſtriaci ſcrupulos duos,
Typharum ſucculentarũ Cornu cervi junioris & recenter capti uncias quatuor.

Inciſa & trita infundantur in
Vini Malvatici,
Succi Pomorum redolentium,
è Rubo Idæo ana libra una,
Aquar. Boraginis,
Bugloſſi ana libra una ſemis,
Roſarum libris duabus ſemis,
Ceraſorum nigrorum,
Meliſſæ ana libra ſemis,

In vaſe vitreo probè clauſo, diebus octo, deinde in Balneo deſtillentur; in cujus liquoris media parte infundantur
Ambræ griſeæ veræ,
Moſchi orientalis ana grana ſeptem.

Reliqua medietas ſervetur incompleta.

In ſubito virium lapſu ex defectu ſpirituum animalium, aut vitalium cerebrum, & cor recreat: unde apoplecticis, epilepticis, paralyticis, cardiacis, & ſyncopticis comodiſſimè exhibetur: Inſuper analeptica eſt, & ex morbis diuturnis convaleſcentes roborat, vireſque corporis univerſi reſtaurat.

Hujus Aquæ compoſitionem Collega quondam noſter D. D. Adamus Hebichius, Pharmacopoliis noſtris propriam eſſe voluit. Cùm verò Species cordiales temperatas, de Gemmis frigidas, Diamargariton frigidas, & Roſatæ novellæ multa continere, lubentes fateamur, quæ partim hanc Compoſitionem jam antea ingrediuntur, partim deſtillationi minùs idonea exſiſtunt, easdem, quondam huc adhiberi ſolitas, omittere in poſterum decrevimus, & alia etiam quædam mutavimus; expunximus quoque Limonum, & Granatorum ſuccos, ne nimia liquoris quantitas reliquorum vires infringeret, illique ipſi ſucci quia tantas vires huic Aquæ non largiuntur.

Præterquam quod in plurima alia, à Zvvelfero circa hanc aquam prolata animadvertat Welſchius, ipſi inprimis, typhas ſeu cuſpides C. C. tenellos deſtillatione tantùm aquam producere elementarem adſtruenti, contradicit, cum odor & ſapor ejus manifeſte contrarium evincant, & ipſe poſtea, exili (ergo aliqua) virtute eſſe præditam invitus fateatur.

AQUA ſive BALSAMUM EMBRYONUM.

℞. Nucis moſchat. unc. tres ſemis.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Cubebarum,
Granorum Paradiſi,
Zedoariæ ana uncias duas,
Macis unciam unam ſemis,
Galangæ drachmas ſex,
Croci drachmas duas,
Florum Tunicæ,
Tiliæ ana libr. unam.
Lavendulæ,
Herbæ Salviæ,
Carvi,
Fœniculi ana unc. tres,
Menthæ criſpæ,
Radicum Pæoniæ,
Seminum Ejuſdem,
Viſci querni ana uncias duas,
Medullæ Panis triticeæ adhuc à furno calentis libras duas.

Inci-

Incisa & contrita infundantur per viginti quatuor horas in loco calido, in
Vini Malvatici mensuris quatuor,
Aquæ Boraginis,
Buglossi ana mensura una semis,
Florum Lilior. convallium mensura una,
Fragorum,
Rosarum ana mensura dimidia,
Postea leni calore destillentur.

Datur fœminis, quæ sæpius abortum passæ sunt, magno cum emolumento, itemque gravidis, ubi à subito terrore aut alia causa extrinseca languescunt; lipothymias, dolores, & tormina, ventrisque inflationes in eis persanat; infirmum fœtum roborat; quin etiam parturientes in enixu adjuvat, spiritus instaurat, viresque reficit.

Paucis immutatis, priorem Aquæ hujus descriptionem, cujus nempe vires longa experientia commendat, retinere voluimus. Si cui tamen alibi libuerit, antiquo componendi modo strictius inhærere, ille omisso Auro, Hordei cremore, Dactylis, Uvis passis majoribus minoribusque, parum aut nihil huc destillando contribuentibus, additisque prædictorum ingredientium adsignatæ quantitati,
Herbæ Verbenæ unciis tribus,
Amygdalorum dulcium excorticatorum, & optimè tritorum unciis sedecim,
Capone vetere eviscerato inque frustula dissecto,
Conservæ Rosarum rubrarum unciis quatuor,
Pastæ melleæ aromaticæ unciis sedecim,
cum Vini Malvatici mensuris quatuor,
Aquæ Rosarum albarum,
Buglossi ana unciis octodecim,
Fragorum,
Liliorum convallium ana unciis septendecim;
Boraginis,
Verbenæ,
Fœniculi,
Salviæ ana libris duabus,
post factam viginti quatuor horarum digestionem, leni calore destillationem instituere poterit.

AQUA EPILEPTICA LANGII.

℞. Flor. Liliorum convallium recentium manipulos duodecim,
Lavendulæ unc. unam,
Rorismarini,
Stœchadis ana unc. semis,
Cinnamomi drachmas sex,
Nucis moschatæ unc. semis,
Piperis longi,
Cubebarum ana drachmas duas,
Visci querni,
Radicum Pæoniæ,
Dictamni nostratis ana unciam semis.
Infundantur in Vini generosi mensura una semis per octiduum, postea destillentur.

Hæc aqua præstantissima est ad epilepsiam, vertiginem, & lethargum, non tantum ratione præservationis, omni tempore proximè quadram Lunæ antecedente, eandem usurpando, sed etiam ratione curationis, in ipso paroxysmo, & recollectis paululùm viribus, illam adsumendo, etiam exteriùs illam adplicando.

Quamvis tres Aquæ epilepticæ à Joh. Langio lib. 3. epist. med. cap. 1. describantur, nulla tamen cum hac nostra convenit; quam eandem esse observat Welschius, quam Petrus Forestus lib. 10. observ. 55. Langio ibidem adscriptam communicavit, nisi quod ille florum liliorum convallium saltem manipulos octo recipiat. Cæterùm in destillatione ejus Welschius non aliud notat, quàm viscum quernum tenuiter incisum aquæ jam destillatæ immergi posse.

AQUA EPILEPTICA PUERORUM.

℞. Aquarum Cerasorum nigror.
Florum Tiliæ,
Pæo-

Pæoniæ,
Squamariæ ana uncias octo,
Sacchari perlati uncias quatuor.
Misce ad usum.

Datur per se, vel cum superioris particula comixta; ad epilepticos inprimis puerorum insultus, dentitionis utplurimùm tempore, ob gingivarum crassitiem supervenientes, inhibendos & mitigandos.

Cum Zvvelferus usum aquarum ex succis destillatarum probaret, modò eas tali pretio & quantitate, qua vulgò expetuntur, quis parare & divendere posset, minimè tamen ex floribus tiliæ, pœonia & squamaria succum sine aquæ additione exprimi posse Welschius monet. *Ubi tamen, si cui aquæ additio displiceat, destillatio in* MB. *ex tota planta minutim incisa, si non meliorem, cum remanentia post succi expressionem & ipsamet adhuc nonnullas particulas subtiles contineat, certe non deteriorem aquam suppeditaret.*

AQUA HIRUNDINUM USITATA.

℞. Pullorum Hirundinum in frusta dissectorum numero viginti quatuor,
Visci querni uncias tres,
Sem. Pæoniæ excorticati unciam unam,
Rad. ejusdem uncias duas,
Aquæ Flor. Lilior. convallium,
Sambuci,
Pæoniæ,
Tiliæ ana mensuram unam.
Stent in infusione loco calido, per horas viginti quatuor, deinde destillentur per Balneum Mariæ.

Adversus epilepticos insultus potens est, ab apoplexia præservat, vertiginem curat, incubo, paralysi, ac infantium convulsionibus medetur.

Zvvelferus aquas sine simplicis aquæ additione destillatas hìc adhibere exigit, eas autem non aliter, quàm ex succis confici posse, Welschius animadvertit, quales tamen non flores tiliæ nec lilia convallia præbeant; præterea aquam Zvvelferianam propter summum fœtorem planè ingratissimam reddi, nec ei obtundendo semen coriandri, macin & cubebas satis artificiosè adjici, quod rectiùs per fixationem cum spiritu salis, quam in sale viperino Zvvelferus docuit, fieri notat. *Ast aquas vegetabilium sine aqua additione, non tantùm ex succis, sed etiam integris in* MB. *destillari posse, paulò antea dictum fuit; sal autem volatile licet ob fœtorem aquam reddat ingratam & nauseabundam, atque ideo non ubique propinare liceat, non tamen propterea inutilis dici potest; utrùm verò spiritus acidi additio commoda esse queat, dubitare licet, cum sal illud in aliud plane ens, & ammoniacale quid immutet, quale quid ipse etiam Zwelferus circa aquam hirundinum compositam majorem de spiritus vitrioli, cujus hic eadem, quæ spiritus salis, ratio est, admixtione monuerat.*

AQUA HIRUNDINUM COMPOSITA.

℞. Hirundinum in frusta dissectorum numero quadraginta,
Foliorum Rutæ recentis manipulos duos,
Castorei unciam unam,
Vini albi libras tres.
Destillentur in Balneo Mariæ, ut artis est.

Epilepticis auxilio est.

Huic quoque sal volatile, fixum redditum, Welschius adjunxit; *quàm benè, præcedens Aqua commonstrat.*

AQUA HYSTERICA, vulgò PANACIS HERACLEI COMPOSITA.

℞. Rad. Pæoniæ decrescente Luna collect. uncias tres,
Sem. ejusdem unciam unam semis,
Sileris montani,
Visci querni ana unc. quatuor,
Myrrhæ electæ,

Caſtorei ana unciam ſemis,
Rad. Leviſtici,
Dictamni albi,
Zedoariæ ana unc. duas,
Infundantur per dies decem in loco calido, in aquæ Meliſſæ libris quatuor, & Vini odorati libris tribus. Poſtmodum lege artis deſtillentur.

Uterinis affectibus medetur, præſertim verò præfocationibus ac epilepſiæ per conſenſum matricis natæ, menſes itidem ac ſecundinas pellit, & flatus uteri diſſipat.

Unde Aquæ huic nomen panacis heraclei impoſitum fuerit, equidem neſcitur, cum vegetabile hoc præſentem aquam non ingrediatur, Welſchius tamen ex Plinii libro 20. cap. 15. Liguſticum à quibusdam panacem adpellari monet, non tamen heracleoticum, licet eidē externa forma ſimile notet in l. c. Dalechampius; rectiùs autem Caſp. Hofmannus lib. 2. medicam. Offic. cap. 127. §. 3. ad Laſerpitium, propter graviſſimum inprimis odorem, eſſe referendum cenſeat.

AQUA MASTICHINA.

℞. Maſtiches uncias quatuor,
Macis elect. uncias duas,
Caryophyllorum unc. unam,
Cinnamomi unciam ſemis.
Pulveriſentur omnia & commiſceantur, deinde adfundantur illis
Vini Malvatici libræ duæ.
Stent in infuſione per triduum, poſtea deſtillentur in arena, igne lento, in aquam.

Ventriculum confortat, ciborum faſtidium, nauſeam, ſingultum, vomitum, & choleram profligat.

AQUA NEPHRITICA D.D. JOHANNIS GEORGII BRENGGERI.

℞. Rad. Althææ,
Ononidis,
Petroſelini,
Malvæ,
Saxifragiæ ana unc. duas,
Semin. Cæparum,
Cynosbati,
Fœniculi,
Milii Solis,
Urticæ ana unc. unam.
Baccar. Alkekengi,
Hederæ,
Juniperi,
Cort. Frangulæ,
Tamariſci ana unciam ſemis,
Ligni Guajaci,
Nephritici,
Saſſafras,
Cinnamomi,
Macis ana drachmas tres,
Nucleorum Ceraſorum,
Perſicorum,
Prunor. ſylveſtriū.
Contuſa infundantur per aliquot dies in
Vini Malvatici libris quatuor,
Spiritus Vini libris duabus,
Succi Fragorum,
Limonum,
Aſparagi,
Raphani,
Veronicæ ana libra ſem.
Poſtea, additis
Terebinthinæ Venetæ drachmis duabus,
Deſtillentur, ut artis eſt.

Obſtructiones renum aperit, ſabulum ex iisdem & ureteribus propellit, terreſtrem ſubſtantiam, calculorum renum & veſicæ genitricem diſſolvit, & lapillos jam procreatos ſenſim conterit, & in arenulas redactos educit, difficultatem inſuper urinæ facilitat, acri-

acrimoniam ejusdem mitigat, mictionisque variis vitiis occurrit.

AQUA ODORIFERA.

℞. Herbarum Menthæ criſpæ,
Majoranæ,
Baſilici,
Thymi ana manipulum unum,
Florum Lavendulæ,
Roſarum rubrarum,
Spicæ Nardi,
Origani ana pugillos duos,
Ireos Florentinæ,
Cinnamomi ana unciam ſem.
Caryophyllorum,
Macis,
Styracis calamitæ,
Aſæ dulcis ana drachm. tres,
Gummi Ladani drachm. duas,
Ligni Rhodii unciam ſemis,
Aloës drachm. ſemis,
Vini Malvatici,
Aquarum Roſarum,
Corticum citri,
Majoranæ,
Lilior. convallium,
Spicæ vulgaris ana uncias ſex,
Aceti Lavendulæ,
Roſarum,
Rubi Idæi,
Sambucini ana unc. tres.

Stent in digeſtione per decem dies, deſtillentur lege artis: in deſtillati dimidia parte ſuſpendatur ſacculus albus ſericus, qui Sandali citrini, Zibethi, Moſchi, Ambræ ana ſcrupulum ſemis contineat.

Uterque liquor ſervetur pro uſu.

Mirâ, & ſingulari virtute excellentis fragrantiæ, ipſum cerebrum penetrat, ſpiritusque animales & vitales reficit.

AQUA PHYSAGOGA.

℞. Seminis Aniſi libras duas,
Dauci ſylveſtris unciam unam,
Cinnamomi acutiſſimi uncias duas,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Galangæ,
Caryophyllorum ana drachm. duas.

Trita infundantur in Vini Malvatici menſuris quatuor, per biduum aut triduum in loco calente. Deinde deſtillentur lege artis.

Flatus ventriculi & inteſtinorum, à frigidis & craſſis humoribus ortos diſſipat.

In hac aqua Zvvelferus cum magnum ſeminis aniſi pondus, videlicet libras duas, facta comparatione ad reliquas ſpecies, & vinum malvaticum, proportione excedere atque typographicum ſphalma eſſe animadvertat, Welſchius, rectè Auguſtanos, non quatuor libras, ſed totidem menſuras, id eſt, libras decem cum unciis octo vini præſcripſiſſe, ideoque proportionem obſervatam non eſſe vituperandam, monet.

AQUA STOMACHICA D. HÖCHSTETTERI.

℞. Rad. Scorzoneræ unc. unam,
Vincetoxici uncias duas,
Acetoſæ unciam unam,
Seminum Acetoſæ drach. ſex,
Fœniculi,
Coriandri ana unciam ſemis,
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum ana drachmas ſex,

Maſtiches unc. unam ſemis,
Vini Cretici optimi libras quatuor.
Macerentur ſimul per triduum, deinde deſtillentur per MB.

Præter vires ſtomachicas, etiam alexipharmacas obtinet, unde quoque alexicacæ epitheton ab authore quondam unà meruit.

AQUA THERIACALIS.

℞. Rad. Valerianæ,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Bardanæ,
Gentianæ,
Petaſitæ ana unciam unam ſemis,
Angelicæ,
Dictamni albi ana unciam unam,
Enulæ Campanæ,
Zedoariæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana unciam ſemis,
Cortic. mediorum Fraxini manipulos quatuor,
Herb. Betonicæ,
Veronicæ,
Scabioſæ,
Cardui benedicti,
Hyſſopi ana manipulum unum ſemis,
Acetoſæ,
Agrimoniæ,
Fumariæ,
Rutæ,
Centaurii minoris ana manipulum unum.
Inciſa, & contuſa infundantur per triduum in
Vini albi Neccarici menſuris quatuor,
Aq. Valerianæ,
Scabioſæ,
Acetoſæ ana menſura una,
Poſtea addendo
Theriacæ Andromachi uncias quatuor,
Deſtillentur omnia lento igne.

Præſtans eſt hæc aqua in pellenda lue peſtifera, commotis nimirum & prolectis ſudoribus: manè à jejuno, dimidii cochlearis menſurâ ſumta, præſervativum eſt celebre, malignis quoque febribus potenter reſiſtit.

ELIXIR VITÆ MATTHIOLI.

℞. Cinnamomi drachm. decem,
Zingiberis drachm. quinque,
Sandali citrini unciam unam ſemis,
Zedoariæ drachmas quinque,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis moſchatæ ana drachm. tres,
Macis drachmas duas,
Ligni Aloës,
Cubebarum ana drach. unam,
Cardamomi utriusque ana drachmas tres ſemis,
Sem. Melanthii drachmas tres,
Aniſi,
Fœniculi,
Paſtinacæ ſylveſtris,
Ocimi,
Rad. Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Calami odorati,
Phu minoris,

Fol. Scla-

Fol. Sclareæ,
Thymi,
Calaminthæ,
Pulegii,
Menthæ,
Serpylli,
Amaraci ana drachmas duas,
Florum Rosarum rubrar. drachmas tres semis,
Salviæ,
Betonicæ,
Rorismarini,
Stœchadis,
Buglossi,
Boraginis ana drachm. unam semis,
Corticum citri drachmas tres.

Incisa & contrita macerentur in libris duodecim Spiritus vini rectificati per quindecim dies, postea destillentur, & in prolecto liquore infundantur
Sandali citrini drach. duæ sem.
Ambræ griseæ,
Moschi Orientalis ana drachma semis,
post filtrationem addendo
Julepi Rosarum libram unam.

Aqua hæc singularis efficaciæ exsistit, tàm interne quàm externe adhibita, epilepticos, animo deficientes, & loquelam amissam restituit. Additur etiam in clysteribus colicorum, unciæ pondere, præsentaneo auxilio, ubi à flatu aut frigiditate provenit morbus, & præsertim additis Theriacæ aut Mithridaticæ Antidoti binis drachmis; denique ad frigidos omnes affectus Medicamentum magnoperè est commendandum.

Immutatam nonnihil descriptionem hîc damus Elixiris hujus, inprimis ob species quasdam aromaticas olim eidem destinatas; non ut iniquis Censoribus, qui de pretii & laborum augmento, quod ab earum additione metuunt, mira somnia narrant, placeamus, sed quòd una alteraque ex istis Compositio minùs usualium apud nos numero jam sit illata; quas itaque cum reliquis omittere, & locum earum auctiori ingredientium quorundam dosi supplere voluimus; ipso sic præparato Elixiri nec viribus, nec sapore aut odore, ab antiquo illo ullam diversitatem ostendente.

Cæterùm etiam sine Ambra & Moscho prostare id apud nos consuevit.

AQUÆ CUM VINO DESTILLATÆ.

Aqua Cinnamomi,
Liliorum Convallium,
Melissæ,
Pulegii,
Salviæ hortensis,
Veronicæ.


AQUÆ DESTILLATÆ SIMPLICES, i. e. SINE VINO.

Aqua Acetosæ,
Acetosellæ,
Agrimoniæ,
Anagallidis,
Artemisiæ,
Aurantiorum ex floribus, vulgò Naphæ,
Betonicæ,
Betulæ arboris,
Boraginis,
Buglossi,
Bursæ pastoris,
Caponis,
Cardui benedicti,
Cardui B. Mariæ,
Caudæ equinæ,
Centaurii,
Chamæpityos,
Chelidonii,
Cerasorum nigrorum,
Chærefolii,

Chamæmeli,
Cichorii,
Cinnamomi,
Conſolidæ regiæ,
Cornu Cervi ex apicibus,
Corticum Citri,
Cyani,
Ebuli ex baccis,
Endiviæ,
Euphraſiæ,
Fabarum ex floribus,
Farfaræ,
Fœniculi,
Fragorum ex fructu,
Fumariæ,
Hederæ terreſtris,
Hirundinum,
Hyſſopi,
Lactucæ,
Lavendulæ,
Leviſtici,
Liliorum convallium ex floribus,
Liliorum albor. ex floribus,
Liguſtri florum,
Majoranæ,
Malvæ,
Mellis,
Meliſſæ utriusque,
Menthæ,
Naſturtii,
Nymphææ ex florib. albis,
Omnium florum,
Ononidis,
Papaveris erratici,
Petroſelini,
Pæoniæ ex floribus,
Pulegii,
Primulæ Veris ex floribus,
Picarum,
Plantaginis majoris,
Prunellæ,
Roſarum utrarumque,
Raphani ex radicibus,
Roris Majalis,
Rorismarini,
Rutæ,
Salviæ hortenſis,
Sambuci ex floribus,
Saxifragiæ,
Scabioſæ,
Scordii,
Sempervivi majoris,
Solatri,
Spermatis ranarum,
Squamariæ,
Taraxaci,
Tiliæ ex floribus,
Tormentillæ,
Verbenæ,
Veronicæ,
Violarum ex floribus,
Vitis ex lachrymis,
Urticæ.

SUCCI, ſive, ſic dicta, VINA MEDICATA.

Vinum Berberum,
Cydoniorum,
Granatorum,
Ribium.



CLAS-

CLASSIS DECIMÆ NONÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

AQUA ANTIMELAN-CHOLICA D.D. TOBIÆ FISCHERI.

℞. Radicum Buglossi uncias duas,
Florum Boraginis,
Buglossi,
Anthos ana unciam unam semis,
Croci orientalis integri drachmam unam,
Carnis seu pulpæ Cydoniorum,
Pomorum dulcium odoratorum ana uncias duas,
Citri cum corticibus contusi unciam unam semis.
Concisa misce, & infunde in
Vini albi optimi libris duabus semis.
Macerentur horis viginti quatuor, post destillentur in Balneo, destillatum restituatur capiti mortuo, digeratur, & denuo destilletur.

Ad varias melancholiæ species proficua est, mentis torporem & stuporem tollit, timores & mœrores profligat, imaginationisque hallucinantis nebulas dispellit.

In hujus cæterarumque subsequentium aquarum præparatione multas partes laudabiles in residuo relinqui haud diffitemur; quæ in Extractum, si ita alicui libeat, redigi, sicque aliis usibus adaptari possunt. Nobis tamen sufficit, si volatiliores illas obtineamus, certi, Momum ipsum, intentionem hanc nostram culpare solitum, neque in suis ex gr. Oleis destillatis, Spiritibus &c. totam simplicium utilem essentiam esse inventurum, satis virium se indè elicuisse, persuasum, si partem suo scopo inservientem, & hoc respectu præstantiorem, adquirat; quod itaque privilegium neque nobis denegari poterit.

Zvvelferus, ex pulpa cydoniorum, pomorum & citri nil nisi quandam elementarem aquam prodire, cum scribat, à Welschio reprehenditur, cum cydonia sint odorata, atque ita fragranti hoc spiritu cor & spiritus reficiant, in pomis redolentibus non minùs pars subtilior & fragrans lateat cordi amicissima & gratissima; ex citri quidem pulpa acida nihil magni exire posse, (quamvis succum limonum destillare in Chylostagmate diaphoretico Mindereri Zvvelferus permittat,) unde soli cortices accipi debeant: Cibus autem ex cydoniis ut à Zvvelfero paretur, non consultum esse credit, cum in melancholicis alvi obstructio, quam cydoniorum esus augeat, sit frequentissima & maximè nociva.

AQUA ANTISCORBUTICA D. D. TOBIÆ DORNCREILII.

℞. Rad. Raphani sylvestris acerrimi libras quatuor,
Polypodii querni mundi,
Corticis radicum Capparum ana unciam semis,
Sem. Fœniculi unciam unam,
Cardamomi uncias duas,
Croci orientalis drachmam unam.
Radices Raphani incidantur in orbiculos tenuissimos, reliqua verò pulverisentur, & simul infundantur in Vini albi optimi libris sedecim, & stent in infusione in loco calido per octiduum, vase quotidie semel atque iterum agitato, deinde adde
Aquæ Cochleariæ,
Becabungæ,
Nasturtii aquatici ana libram unam semis,
Chamædryos veræ,
Fumariæ ana libram unam,
Seri lactis Caprini libram unam semis.

Misceantur-

Miſceantur, & deſtillentur in Balneo Mariæ, igne lentiſſimo.

Valet propriè ad affectum Scorbuticum, maritimis & Aquiloniis regionibus endemium, in noſtris tamen etiam regionibus non omnino ignotum. Liberat enim obſtructiones lienis, emollit, & attenuat humorem fæculentum melancholicum, eumque per meatus convenientes ſenſim evacuat, & lienem roborat.

AQUA ASTHMATICA.

℞. Rad. Enulæ campanæ uncias duas,
Ireos Florentinæ unciam unam ſemis,
Glycyrrhizæ,
Fœniculi,
Farfaræ ana unciam unam,
Althææ,
Conſolidæ majoris ana drachmas ſex,
Scillæ præparatæ,
Ariſtol. rotundæ veræ ana drachmas duas,
Herbar. Nepetæ,
Praſii,
Hyſſopi,
Capillorum Veneris,
Pulmonariæ utriusque,
Salviæ hortenſis ana manipul. unum,
Sem. Nigellæ,
Erucæ,
Naſturtii ana drachmas duas,
Urticæ Romanæ unciam ſemis,
Aniſi,
Fœniculi ana drachmas ſex,
Baccarum Lauri,
Juniperi, ana unciam unam,
Spicæ Indicæ,
Cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Coſti Arabici,
Cardamomi ana drachmas duas,
Croci ſcrupulos duos,
Jujubarum,
Sebeſten ana unciam unam,
Dactylorum pinguium,
Caricarum pinguium ana numero octo,

Inciſis & contuſis omnibus fiat infuſio in
Vini albi optimi libris ſex,
Malvatici libris quatuor,
Sublimati libris duabus,
Aq. Stillat. Centaurii minoris,
Scabioſæ,
Taraxaci,
Tuſſilaginis,
Plantaginis,
Veronicæ,
Cardui benedicti,
Hederæ terreſtris ana libra ſemis,

per dies ſeptem, poſtea in liquore diſſolvantur
Lohoch ſani & experti,
de pulmone Vulpis,
de Pino,
ad Aſthma ana unciæ duæ.

Deſtillentur omnia ſecundùm artem in Balneo Mariæ.

Præpeditam ſpirandi facilitatem à craſſis & viſcoſis humoribus, meatus pulmonarios, & thoracis regionem obſidentibus introductam tollit.

Aqua hæc licet aliqua deſtillationi minùs apta continere videatur, uſus tamen ejus ſalutaris eandem commendavit. Quam Collegii noſtri quondam membrum clariſſimum, D. D. Antonius Boxbarterus, Auguſtanus, Phyſicus Ulmenſis Ordinarius, fel. mem. ex antiquiſſimo manuſcripto Diſpenſatorio, in Aula cujusdam Imperii Principis ante centum & plures annos uſuali excerpſerat, inque literis ad noſtri Collegii quondam Seniorem, D. D. Lucam Schröckium Anno 1672. 22. d. Julii ſcriptis, vitium ſi quod ipſi inſit, veniam iſti ſeculo, quo nata eſt, dari petierat; quam eò faciliùs dare oportet, cùm dubitari adhuc queat, annon aliquid ex illis ipſis pro deſtillatione ineptis reputatis ingredientibus in alembicum elevetur: interea tamen contractiorem aliam, ex rebus deſtillationi magis obtemperantibus huic jam antiquatæ, in Claſſis hujus ſectione prima ſubſtituimus.

AQUA AUREA D. D. JOHANNIS LANGII.

℞. Vini albi optimi menſuram unam,
Aquæ ſtillatitiæ Ceraſorum nigrorum libram unam ſemis,

Flo-

Florum Liliorum convallium manipulos duodecem,
Lavendulæ manipulum unum semis,
Anthos manipulum unum,
Caryophyllorum,
Macis ana scrupulos duos,
Cubebarum drachmam semis,
Visci querni,
Rad. Pæoniæ,
Dictamni albi ana drachmas duas.
Incidenda incidantur, & conquassanda conquassentur, & post factam aliquandiu digestionem destillentur in M. Balneo.

Vires omnes corporis fulcit, epilepticos insultus abolet; insignis etiam est auxilii in catarrhis frigidis ad pulmones defluentibus, & asthmata inducentibus.

Circa hanc aquam monet Welschius: 1. radices pæoniæ non opus fuisse ut Zvvelferus destillationi subtraheret, cum odor earum, penè ingratus, satis doceat, vires illarum in aquam transiisse; 2. aquam etiam cerasorum nigrorum ab eo admitti, cum tamen cerasa odorata non sint; *quod verum est, si ex sola pulpa eorum, nucleis non una contusis, ceu observari aliàs solet, parata fuerit.*

AQUA BARDANÆ COMPOSITA.

℞. Rad. Bardanæ recent.
Vincetoxici recent.
Cort.med.radicis Fraxini ana libras duas.
Minutim incisa infundantur horis viginti quatuor in Vini albi odoriferi, & Aceti Rutacei ana libris quinque.

Postea destillentur in Balneo Mariæ, addendo post destillationem Spiritus Sulphuris acidi quantum satis pro manifesto acore, & ad singulas libras liquoris egressi Camphoræ scrupulum semis, quæ in nodulo ligata stillatitio huic liquori immersa pendula permaneat.

Aqua hæc crebro usui quondam fuerat clarissimis Reipublicæ nostræ Medicis, Tobiæ Cneulino, & Joanni Paulo Zangmeistero. Eâ etiam postea D.D. Carolus Widemannus, Joann. Jacobus Schißlerus, Raymundus Mindererus, & Hieremias Cneulinus, grassante peste, in publico Nosocomio felici successu usi sunt. Sudores enim potentissimè prolicit, venenatorum humorum malitiam temperat, atque ab infectionis ac putredinis miasmate sanguinem liberat.

AQUA CORDIALIS è SUCCIS.

℞. Succi cerasorum acidorum libras duas,
Rubi Idæi libram unam semis,
Rosarum rubrarum,
pallidarum ana uncias novem,
Granatorum acido-dulcium,
Citri,
Acetosellæ ana libram unam,
Boraginis,
Buglossi ana libram semis.
Misceantur & in Balneo destillentur.

Vires ejus sunt in corde confortando, & cumprimis in febribus ardentibus & malignis salutares. Vid. ejus authorem Bald. Timæum, lib. 2. Epist. medic. 18.

AQUA PRO EPITHEMATE CORDIS NORIBERGENSIUM.

℞. Specierum Diamoschi dulcis,
Diambræ,
pro Epithemate cordis ana drachmas duas,
Rosarum rubrarum odoratissimarum unciam unam,
Sandalorum omnium ana drachm. duas,
Ireos Florentinæ drachmas tres,
Corticum Aurantiorum,
Citriorum ana unciam unam,
Boli Armenæ drachmas duas,
Aquæ Rosarum libras quatuor,
Vini odorati libram unam ac dimidiam,
Aceti Rosacei libram unam.
Incisis & contusis omnibus, infundantur & destillentur secundum artem.

In cordis affectibus, syncope & palpitatione, tum etiam in febrili calore cor primario occupante, contemperando, præsentaneum remedium præstat.

Omisso Bolo Arm. vel etiam, cui eæ sordent, Speciebus aromaticis, juxta ductum inclyti Collegii Medici Norimbergensis, in novo Dispensatorio Anno MDCLXVI. edito, pag. 146. ostensum, Aquam hanc, qui uti ea voluerit, parare poterit.

AQUA FUMARIÆ COMPOSITA.

℞. Rad. Glycyrrhizæ rasæ unciam semis,
Polypodii querni mundi drachmas septem,
Herbarum Absinthii Romani,
Cuscutæ ana unciam unam,
Epithymi drachmas septem,
Florum Boraginis,
Buglossi,
Violarum ana unciam unam,
Rosarum unciam semis,
Myrobalanorum Chebularum,
citrinarum ana drachmas viginti,
Prunorum Ungaricorum enucleatorum,
Passularum majorum enucleatarum ana libram semis,
Pulpæ Cassiæ fistulæ,
Tamarindorum ana uncias duas.
Pulverisanda pulverisentur subtilissimè, reliqua verò incidantur, & contundantur, postea omnia infundantur in
Aquæ fumariæ libris septem.
Stent in infusione in loco calido per octiduum, vase quotidie agitato, deinde adde
Succi Fumariæ depurati libras tres.
Destillentur in Balneo Mariæ igne lentissimo.

Ventriculum & hepar roborat, obstructiones aperit, cutis morbos præcipuè ab humore salso ac adusto natos, ut psoram, lepram, impetiginem atque serpiginem curat.

Qui Aquam hanc parare voluerit, herbas & flores, omissis reliquis, in fumariæ succo infundere, sicque destillare posset.

AQUA HIRUNDINUM COMPOSITA.

℞. Pullorum Hirundinum dissectorum numero quadraginta,
Castorei unciam unam semis,
Sem. Pæoniæ,
Rad. Ejusdem,
Visci querni ana uncias duas,
Rad. Dictamni albi unciam unam,
Foliorum Rutæ,
Florum Sambuci,
Tiliæ,
Liliorum convallium,
Anthos,
Paralyseos ana manipul. unum,
Cinnamomi acuti drachmas tres,
Cubebarum,
Macis,
Ligni Aloës ana drachmas duas,
Vini albi odoriferi libras octo,
Aceti scillini libras duas,
Macerentur per triduum in vase vitreo probè clauso, postea lento igne destillentur. Liquori stillatitio huic postmodum addendo
Spiritus Vitrioli rectificati quantum satis pro acore fuerit.

Aqua hæc, ad differentiam alterius supra pag. 265. COMPOSITA MAJOR dicta, cerebri meatus potenter reserat, convulsionem, spasmum, paralysin, apoplexiam, epilepsiam reprimit. Adultis potissimùm usurpanda; uteri quoque affectus ac suffocationes plurimùm juvat.

AQUA MIRABILIS, sive APOPLECTICA LANGII.

℞. Florum Primulæ veris,
Rorismarini,
Foliorum Majoranæ,
Ivæ artheticæ ana manipulum unum,
Rad. Calami aromatici,
Ireos,
Aristolochiæ rotundæ ana unciam unam semis,
Sem. Sileris montani,
Pæoniæ,
Fœniculi ana drachmam unam,
Cubebarum,
Nucis moschatæ,
Caryophyllorum ana drachmas tres,
Cinnamomi,
Ligni Aloës ana drachmas duas,
Piperis longi,
Sagapeni,
Opopanacis,
Myrrhæ,
Gummi Juniperi ana drachmam unam semis,
Aquæ Herb. Paralyseos,
Salviæ,
Betonicæ ana libram unam,
Florum Tiliæ libram unam semis.
Stent omnia mixta in infusione per dies octo, postea leni arenæ calore destillentur.

Egre-

Egregia est & mirabilis in præservatione ab apoplexia & omnibus ægritudinibus nervorum frigidis, curans paralysin, oris torturam, spasmum, & loquelam restituens.

Loco Specierum Diamoschi, &c. quondam pro hac Compositione requisitarum, si aliàs in Officinis non prostent, & quia aliqua minùs destillationi apta continent, Aromatum præscriptorum dosin augere licet.

AQUA STAPEDIANA PRIMA.

℞. Theriacæ Andromachi,
Mithridatii Damocratis ana uncias sex,
Pulv. Elect. de Bolo apud Joubertum,
Bezoardici apud Nicolaum ana uncias duas,
Aquæ vitæ rectificatæ,
Vini Malvatici,
Aceti Rutacei ana libram unam,
Succi rad. Pimpinellæ,
Limonum ana uncias sex,

Destillentur simul in Balneo, ac stillatitio huic liquori immisceantur Theriacæ unciæ sex, & post aliquot dierum digestionem Liquor filtratus servetur pro usu.

In peste morbisque malignis mirificas vires obtinet, sudores potentissimè movet, unde venenatam materiam omnem disjicit, valetque plurimùm tam in curatione, quàm in præservatione.

AQUA STAPEDIANA SECUNDA.

℞. Conditi pro familia libras duas,
Aquæ vitæ non rectificatæ,
Vini Malvatici,
Aceti Rutacei,
Succi rad. Pimpinellæ,
Limonum ana libram unam.

Destillentur in Balneo, ac exstillatus liquor permisceatur cum Theriacæ Andromachi unciis quatuor, digeratur, & filtretur.

Fatendum equidem est cum Zvvelfero, aquas hasce Stapedianas aliqua destillationi minùs apta continere; unde infusa potiùs ex earum ingredientibus parare is præcipit; plurima tamen inter hæc ipsa inveniri monet Welschius, quæ non minùs infusioni cum vini spiritu resistunt, quare dimissis istis, ex reliquis infusio fieri queat. *Quamvis autem omnes ferè, tum in nostra Pharmacopœia, tum aliis in libris occurrentes Aquæ vel Spiritus rarò omnes ingredientium vires contineant, multaque non inutiles partes in fundo cucurbitæ &c. post destillationem remaneant, omnes tamen eorum Authores communiter intentioni suæ satisfecisse se persuasi sunt, nec ideo censuram rigidiorem incurrunt, modò liquorem efficacem destillando obtinuerint; qua libertate etiam Augustani ut fruantur, non videmus, quid obstare queat, præcipuè cum multiplici experientia harum Aquarum efficaciam olim perspexerint; cuivis tamen, pretii quantulacunque contractioni studere, & quæ separari apta sunt, omittere qui velit, liberum meritò relinquitur; nobis interea minùs usualia inter medicamenta Aquas hasce reponere quod liceat, Divinæ Clementiæ summas debemus gratias, atque ne contagium pestiferum ad earum usum nos unquam urgeat optamus. Conf. Aqua antimelancholica.*

AQUA STOMACHICA.

℞. Cinnamomi acutissimi,
Caryophyllorum ana drachmas decem,
Calami aromatici,
Galangæ ana unciam unam,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas sex,
Macis,
Nucis moschatæ,
Baccarum Lauri decorticat. ana unciam semis,
Costi Arabici,
Piperis longi,
nigri,
Seminum Anisi,
Fœniculi ana drachmas tres,
Mastiches electæ,
Olibani electi,
Myrrhæ ana drachmas duas semis,
Corticum Aurantiorum,
Citri ana drachmas duas,
Ligni Aloës optimi drachm. unam semis,
Sandali albi,
citrini ana drachm. unam.

Incidantur grosso modo, & contundantur, mixtis omnibus superfundantur
Vini Malvatici mensuræ quatuor.
Macerentur per octiduum in vitro benè clauso, deinde destillentur in Balneo Mariæ. Liquor egressus servetur usui.

Vitia coctionis in stomacho emendat, imbecillitatem ejusdem corrigit, humores crudos ipsis ventriculi tunicis impactos incidit, & attenuat, ructus atque flatus in ventriculo obortos tollit, dissipat.

AQUA THERIACALIS BEZOARDICA, sive CHYLOSTAGMA DIAPHORETICUM MINDERERI.

℞. Radic. Tormentillæ,
Gentianæ,
Dictamni albi ana uncias duas,
Vincetoxici,
Carlinæ ana uncias duas semis,
Petasitæ,
Ostrutii,
Angelicæ,
Zedoariæ,
Cort. Citri ana uncias tres,
median. Sambuc. recent.
Fraxini recent. ana manipul. tres,
Baccarum Juniperi recent. libram unam,
Folior. Dictamni Cretici,
Scordii nostr.
Chamædryos ana unciam unam,
Sandali citrini drachmas tres,
Ligni Rhodii drachmas duas.
Incisis & contusis addantur
Theriacæ Andromachi unciæ duæ,
Mithridatii Damocratis uncia una,
Succi Nucum Juglandium immaturarum,
Limonum,
Acetosæ,
Pimpinellæ ana libra una semis,
Cardui Benedicti,
Scordii nostratis,
Rutæ ana libra una,
Scabiosæ,
Hederæ terrestris,
Calendulæ,
Melissæ hortensis ana unciæ octo,
Chelidonii,
Galegæ,
Aceti de Rubo Idæo,
Sambucini,
Rosati ana unciæ quatuor,
Rutacei libra una.

Post triduanam digestionem lento Balnei calore liquor evocetur, in cujus media parte suspendatur Camphoræ in nodulo serico ligatæ drachma una; altera verò pars pro iis, qui Camphoram non ferunt, seorsim servetur.

Valenter hæc Aqua sudorem pellit, venenatamque omnem materiam à centro ad circumferentiam corporis expellens, disjicit, suâ subtilitate corpus pervadens, arcensque putredines. Unde peste correptos adjuvat, febribus malignis & contagiosis adversatur, exanthemata, maculas pulicares, variolas ac morbillos expellit. Descripta est ab authore ejus, Collega nostro quondam, Raymundo Minderero p. m. in libello de Peste, quem circa annum Domini 1608. edidit.

Si Succus Galegæ & Scordii defuerit, substituatur Succus Veronicæ ac Verbenæ.

AQUA VITAE COMPOSITA.

℞. Cinnamomi electi unciam semis,
Zingiberis unciam unam,
Caryophyllorum,
Nucis moschatæ,
Granorum Paradisi ana unciam semis,
Ligni Aloës,
Macis,
Piperis longi ana drachmas duas,
Florum Salviæ odoratæ recent. libr. unam,
Cardamomi,
Mastiches,
Cubebarum,
Calami aromatici,
Galangæ ana drachmam unam semis,
Florum Rosarum rubrar. drachm. duas,
Citrariæ unciam semis,
Corticum Citri drachmas sex,
Baccarum Lauri unciam semis,
Stœchadis Arabicæ drachmas quatuor,
Rorismarini,
Majoranæ,
Lavendulæ,
Melissæ,
Betonicæ ana drachmas sex,
Rutæ unciam semis,
Castorei,
Spicæ Indicæ ana drachmam unam,
Incisa & contusa infundantur per decem dies, in Spiritus Vini optimi libris decem. Destillentur lento igne, in liquore infundatur in petia
Ambræ griseæ,
Moschi Alexandrini ana drachma semis.
Servetur optimè.

Omnes in universum corporis vires firmat, spiritus reficit, cor recreat, animi deliquia pellit, syncopas delet; nec non calorem nativum languentem exsuscitat.

CLAS-



CLASSIS VIGESIMÆ, SPIRITUS, ELIXIRIA, ESSENTIAS, TINCTURAS, OLEA ET BALSAMA DESCRIBENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

SPIRITUS ABSINTHII.

℞. Abſinthii vulgaris quantum placet, ſuperinfundatur ſpiritûs vini tantundem, ut digiti unius latitudine ſupernatet: macerentur per octiduum, deinde in Balneo Mariæ, ſpiritus lege artis evocetur; remanentia verò filtrata pro extracto parando inſerviat.

Quamvis Spiritus Abſinthii (quod etiam de proximè ſequentibus tenendum,) non minùs ex herba per fermentationem recluſa abſque Spiritûs Vini acceſſu, parari queat, hunc tamen modum, ceu paratu faciliorem, & nihilominus Abſinthii partibus volatilibus ſufficienter inſtructum, ut propterea abrogemus, nullam cauſam habemus. Eidem verò nomen Spiritûs Abſinthii denegare, & potiùs Spiritum Vini abſinthiacum eſſe dicendum, urgere, nimis rigoroſa eſt animadverſio; cùm & vires Abſinthii in eo prævaleant, & unicè expetantur, & ipſe quoque cenſorius calamus, v. g. Oleo, quod ex Abſinthio, & Olivarum oleo coctione conficitur, nomen Olei Abſinthii ſimpliciter impoſuerit, Spiritumque ſubſtitutum, qui per fermentationem præcedentem paratur, à fermenti, ſaccharivè accedentibus particulis non purum, ſed itidem compoſitum parare edocuerit.

Hoc etiam modo parantur:

SPIRITUS COCHLEARIÆ,
LAVENDULÆ,
LILIORUM CONVALLIUM,
MELISSÆ.

SPIRITUS ANISI.

℞. Seminis Anisi contusi libram semis,
Spiritus Vini mensuram unam.
Macerentur per octiduum, & per Balneum Mariæ Spiritus eliciatur.

Ita etiam fiunt:
SPIRITUS CARVI,
FOENICULI.

SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM.

℞. Cerasorum nigrorum quantum vis, contundantur, & in vase querno reponantur, usque dum fermentando odorem vinosum & nonnihil acidiusculum adquisiverint, deinde per vesicam leni igne destillentur in spiritum, qui, si opus fuerit, rectificetur.

Hac ratione destillantur etiam:
SPIRITUS CYDONIORUM,
EBULI EX BACCIS,
FRAGORUM,
SAMBUCI EX BACCIS.

SPIRITUS BACCARUM JUNIPERI.

Baccæ Juniperi probè contundantur, & cum aqua tepida, in qua portio aliqua fermenti, vel sacchari, &c. soluta fuerit, diluantur, hinc ad fermentandum reponantur; quâ peractâ, destillatio instituatur.

SPIRITUS ROSARUM.

℞. Flor. Rosarum fragrantium quantum libet. Adfusâ sufficiente quantitate aquæ fontanæ, & addito fermento, fiat destillatio per vesicam, destillatum Spiritum novis Rosis fermentatis toties adfundendo & destillando, donec satis fortem Spiritum habueris.

Omnes & singuli modò dicti Spiritus simplicium sive vegetabilium virtutes & qualitates in se continent, ex quibus destillati fuere.

Hunc cum, & sine fermento, (quamvis non sine fermentatione, quam etiam in dolio compressos flores subire, vel ipse acidulus odor monstrat,) ex rosis impetrari posse, benè notat Welschius. Rosas etenim contusas in dolio querno, aut alio vase probè compressas & in cellam repositas, donec odore vinum acidulum referant, in aquam spirituosam destillat, eamque aliis rosis fermentatis adfundit, iterumque destillat; vel rosas aut herbam quamcunque etiam minutim contundit, eisque aquam fervidam adfundit, in qua pauxillum fermenti sit solutum, in calore lento ut fermentescat reponit, tandem per vesicam destillat, & in MB. rectificat.

SPIRITUS TARTARI SIMPLEX.

℞. Tartari albi puri & crassè confracti quantum libuerit, immitte in retortam vitream, tertiam ejus partem vacuam relinquendo, eique in arenam collocatæ, recipientem satis capacem adapta, & benè luta, dato primùm igne per gradus, dein paulatim intendendo, usque dum spiritus nebularum formâ cum Oleo egressi fuerint, quæ ab invicem separari per filtrum priùs aquâ humefactum, & super cineres rectificari debent.

Est Medicamentum diaphoreticum, & egregium aperiens, unde in menstruis retentis, paralysi, ictero, pleuritide, hydrope, mira præstat.

SPIRITUS TARTARI COMPOSITUS.

℞. Salis Tartari uncias sedecim,
Ammoniaci uncias octo,
Spiritus Tartari simplicis libras duas,

Misceán-

Miſceantur & deſtillentur lento igne in arena.

Ejusdem cum antecedenti eſt virtutis, potentiùs tamen operatur.

Si cui placeret, etiam per ſolam Spiritus Tartari & Spiritus Salis ammoniaci, proportione debitâ factam commixtionem poſſet parari.

SPIRITUS CORNU CERVI, ut & EJUSDEM SAL VOLATILE.

Cornua Cervi ponderoſa conſcindantur in fruſta, quæ retortæ loricatæ indita, igne aperto per gradus accenſo, in recipiens vas amplum deſtillentur, usque dum nebulæ in eo comparere deſinant. Sal collo retortæ adhærens, & liquor in vaſe recipiente una cum Sale volatili collectus, cum parte aliqua Spiritus Vini, quo priùs recipiens eluatur, miſceantur, & per filtrum antea humefactum ab oleo ſeparentur; poſtea in præalta phiola, additis cineribus, lento igne in ſal depuratum ſublimando reducantur; quod vel ſeorſim, vel cum ſubſequente tandem Spiritu, ſive Phlegmate ſalino conjunctim adſervandum. Oleum itidem in uſus externos, cum cineribus mixtum, rectificari per retortam poterit. Caput mortuum etiam ulteriori calcinatione ad albedinem deductum, Cornu Cervi uſtum ſuppeditat.

Vires tam Spiritus, quàm Salis ſunt aperientes, alexipharmacæ, & in epilepſia inprimis, apoplexia, aliisque affectibus ſoporoſis præſtans Medicamentum ſuppeditant.

Sal hoc volatile ob ſubtiliſſimam, quâ gaudet, ſubſtantiam, facillimè in auras avolat; unde idem à fuga coërcere multi variè laborârunt; modus tamen, quem jamdudum alii (fruſtra ideo ceu novum & proprium ſuum inventum ab alio poſtmodum magnopere prædicatum) tradiderunt, per Spiritus acidos uti eſt communiſſimus, ita & hoc reſpectu, ne ſcilicet diuturnâ adſervatione maxima ejus pars, aut totum in auras inutiliter abeat, non vituperandus; modò Pharmacopœus Sal volatile à Medico præſcriptum diſpenſaturus, non fixatum illud & in diverſam quodammodo naturam immutatum, errore non condonando, ſed priùs per additum alcali aliquod fixum, ab acido ſale debite per ſublimationem iterum liberatum, adhibuerit.

SPIRITUS & SAL VOLATILE LUMBRICORUM.

℞. Lumbricorum terreſtrium exſiccatorum ſufficientem quantitatem. Ex retorta luto incruſtata, igne aperto, per gradus adhibito, deſtillentur; liquor prolectus cum Sale in eo ſoluto, additâ Spiritûs Vini particulâ, ab Oleo per chartam emporeticam priùs aquâ humefactam ſeparetur, & ceu in præcedenti proceſſu de C.C. dictum fuit, ex arena in phiola rectificetur.

Uſus Spiritus hujus & Salis eſt diaphoreticus & diureticus arthriticis inprimis tam internè, quàm externe adhibendo, comendatus.

Paratur etiam apud nos SPIRITUS LUMBRICORUM, Spiritum vini à Lumbricis terr. abſtrahendo. Qua ratione etiam SPIRITUS FORMICARUM confici ſolet.

SPIRITUS MELLIS.

℞. Mellis puri libras duas,
Arenæ mundæ libram unam.

Miſceantur, & ex retorta, calore arenæ, igne per gradus adminiſtrato, fiat deſtillatio; liquor prolectus per chartam emporeticam aquâ madefactam, ab oleo ſeparetur, atque in arena rectificetur, Phlegmate primò prodeunte, & dein Spiritu ſubſequente.

Exter-

Externè adhibitus vires habet in capillis producendis & flavedine tingendis celebres; internè verò aperientes & diureticas, inprimis autem ad Tincturam Coralliorum conficiendam inservit.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SIMPLEX.

℞. Salis Am̃oniaci libram unam. Cum sufficiente quantitate lixivii fortis tepidi, v. g. libris quatuor, in arena, lento igne, fiat ex cucurbita destillatio in spiritum, qui cum sale volatili, alembico & recipienti adhærente mixtus servetur.

In obstructionibus aperiendis, affectibus soporosis, uterinis, multisque aliis salutarem præstat opem.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS.

℞. Seminis Anisi uncias tres,
Cinerum clavellatorum in aqua fontana solutorum libram unam.
Misce & post aliquam digestionem, additis salis ammoniaci itidem in aqua fontana soluti unciis sex,
lento igne in arena Spiritum destillando prolice.

Usus ejus in pectoris adfectibus demulcendis, & flatibus discutiendis apud nos celebratur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS.

℞. Succini flavi subtilissimè contusi unciam unam,
Spiritus salis ammoniaci uncias sex.
Post aliquot dierum digestionem leni igne abstrahatur Spiritus.

In Capitis & uteri morbis egregiè prodest.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI AROMATICUS, sive LIQUOR OLEOSUS VOLATILIS.

℞. Cinnamomi acuti uncias duas,
Caryophyllor. aromaticorum,
Nucis moschatæ,
Corticum Aurantiorum exteriorum recentium ana unciam unam,
Cinerum clavellatorum uncias sedecim.
Incisa & contusa digerantur per noctem cum Spiritus vini vulgaris mensura una, postea additis salis ammoniaci cum aqua fontana soluti unciis octo, lento igne destillentur Liquoris circiter unciæ decem, pro usu in vitro probè clauso reponendæ.

Uti ipsius Spiritus salis ammoniaci simplicis usus nunquam satis laudandus neminem Medicorum hoc tempore ampliùs latere potest: ita oleosis aromatum particulis imbutus majores in quibusdam adfectibus spondet vires; quas inprimis in suo liquore volatili oleoso, succineis, aliisque aromaticis partibus variè imprægnato, D. Franciscus de le Boë Sylvius, Professor publicus olim Lugduno-Batavus nobilissimus, maximo cum fructu, & multâ experientiâ cognitas habuit; ipsam tamen præparationem sibi secretam reservans; quam alii dein diver-

diverſimodè imitati, diverſas etiam deſcriptiones protulerunt. Quorum exemplum ſecuti hanc nobis uſualem eſſe voluimus.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS.

℞. Salis communis depurati, & in tenuiſſimum pulverem redacti libras duas,

Terræ figulinæ libras ſex.

Miſceantur exactè, & cum aqua globuli exin formentur, (quamvis etiam ſola mixtura ſufficere poſſit) qui exſiccati retortæ luto obductæ indantur, tertiā ejus partem vacuam relinquendo; poſtea igne gradatim adhibito, in vas recipiens amplum deſtillatio inſtituatur, quousque nulli amplius ſpiritus, ſub nebularum forma comparentes, egrediantur. Liquor deſtillatus per retortam in arena à ſuperfluo phlegmate rectificetur.

Omni putredini reſiſtit, hepatis & lienis obſtructionibus prodeſt, renes & veſicam expurgat, hydropicis inprimis ſingulare remedium præbet.

Spiritus hic, ſi cum Spiritus Vini æquali quantitate miſceatur, & aliquandiu digeratur, nomen impetrat SPIRITUS SALIS DULCIFICATI, ob mitigatam ſic ejus acrimoniam faciliùs exhibendus.

SPIRITUS SALIS NITRI.

℞. Salis Petræ, ſive Nitri depurati libram unam,

Boli communis libras tres.

Exactè invicem permiſceantur, & ſi libet, in globulos cum aqua redigantur, qui ſiccati ex retorta loricata, tertiâ ejus parte vacuâ relictâ, in vas amplum recipiens, igne per gradus aucto deſtillentur, usque dum inſignis rubedo in recipiente diminuatur, & nulli ampliùs ſpiritus prodeant.

Pro contemperando æſtu febrili, reſtinguenda ſiti, prohibenda angina, & mitiganda colica com̄odiſſimè uſurpatur.

Spiritus hic, ad modum præcedentis, cum Spiritu Vini mixtus, dicitur SPIRITUS NITRI DULCIFICATUS.

SPIRITUS SULPHURIS.

Ponatur tempore pluvioſo exſiſtente, ſub campana vitrea, cujus etiam interior pars aquâ humectari poteſt, pro faciliori ſpirituum in liquorem reſolutione, vas aliquod terreum cum Sulphure, quod accendatur: ita verò vas illud ſubjectum ad campanam adplicetur, ut fumi egredientes flammam non ſuffocent, ſed liberè aſcendentes in liquorem coagulentur, qui in vitro vel patina ſuppoſita colligatur.

Easdem ferè qualitates cum Spiritu Vitrioli obtinet, proinde iisdem etiam affectibus curandis conducit; ſuavior tamen eſt & ſubtilior, ſicque etiam effectu præſtantior.

SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Vitriolum commune depuratum; quo cucurbitæ vitreæ humilis media pars impleatur, fiatque in Balneo Phlegmatis deſtillatio, quod ROS VITRIOLI nominari ſolet. Poſtea in arena ulteriùs urgeatur, & ſpiritus inde prodiens, qui SPIRITUS VITRIOLI VOLATILIS dici-

tur, colligatur. Reſiduum retortæ benè lutatæ, tertiam ejus partem vacuam relinquendo, injectum, igne aperto gradatim aucto, in Spiritum, recipiente amplo colligendum, propellatur, usque dum Spiritus, nebularum ſub forma, prodire deſierint; tum absque longiori mora, ne ſpiritus in caput mortuum regrediantur, vas recipiens cautè eſt removendum.

In variis febrium generibus ſummæ utilitatis eſt Spiritus Vitrioli. Humorum enim putredini reſiſtit, eorumque incendium prohibet, vitioſos corrigit, phlegma conſumit, per urinas & poros cutaneos operatur.

SPIRITUS ANHALTINUS.

℞. Pulveris Xylaloës unc. unam,
Maſtichis,
Cubebarum,
Galangæ,
Caryophyllorum ana drachmas duas,
Cinnamomi,
Baccarum Lauri,
Sem. Fœniculi ana ſcrupulos quatuor,
Croci ſcrupulos duos,
Thuris ſcrupulos octo,
Terebinthinæ Venetæ uncias duas.

Infundantur per octiduum in Spiritus Vini unciis viginti ſex, poſtea ſecundùm artem in Balneo deſtillentur.

In capite, corde, ac ſtomacho confortando, catarrhis, paralyſi, epilepſia, apoplexia, vertigine, &c. curandis deprædicatur.

SPIRITUS DIATRION, vel MISTURA SIMPLEX.

℞. Spiritus Theriacalis Camphorati unc. quinque,
Tartari rectificati uncias tres,
Vitrioli boni unciam unam.

Miſceantur, & digerantur aliquandiu in vitro benè clauſo.

Nobiliſſimum Medicamentum ad plurimos morbos, uti obſtructiones viſcerum reſerandas, pleuritidem, uterum calefaciendum, venena, & malignam materiam in febribus per ſudorem diſcutiendam exſiſtit,

SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS.

℞. Spiritus vini optimè rectificati uncias decem,
Theriacæ Andromachi veteris uncias quinque,
Myrrhæ rubræ unc. duas ſemis,
Croci Auſtriaci unciam ſemis.

Poſt peractam octiduanam digeſtionem, fiat in Balneo Mariæ Spiritus deſtillatio, imponendo alembici roſtro Camphoræ drachmas duas.

Egregiè ad ſudores eliciendos in peſte, ictero, quartana & ſimilibus confert; corpus penetrat, &, quidquid noxium reperit, corrigit, atque expellit.

ELIXIR APERITIVUM.

℞. Myrrhæ electæ,
Aloës Socotrinæ ana unciam ſemis,
Croci Auſtriaci drachm. duas,
Cinerum clavellator. unciam unam.

Inciſis

Incisis & contusis adfundantur
Aquæ florum sambuci unciæ sedecim.
Stent in digestione per aliquot horas, postea filtrentur.

Utilissimi Elixiris proprietatis Paracelsi operationem in scorbuto cognatisque adfectibus sæpius sufflaminari, ob menstrui, quo cum parari solet, minùs apti qualitatem, considerans excellentissimæ famæ Medicus & Archiater olim Ducalis Saxo-Altenburgicus, Dn. Gabriel Clauderus, illud hac ratione parare docuit in sua Methodo balsamandi corpora, Cap. 7. §. 4.

ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

℞. Aloës,
Myrrhæ ana uncias duas,
Croci unciam unam.

Omnia cum Spiritu Vini rectificato, (Myrrham tamen priùs Spiritu Sulphuris irrigando, ut fiat quasi pasta,) ad supereminentiam trium transversim positorum digitorum adfuso, digerantur per octiduum, Spiritus tinctus decantetur, & novo Spiritu Vini Speciebus addito, iterum fiat digestio, tandem liquores tincti jungantur, filtrentur, & ad usum serventur.

Hoc Medicamentum nihil ferè aliud est, quàm Pilulæ pestilentiales seu comunes vocatæ, secundum descriptionem Arabum, in nobiliorem tantumodo Essentiam redactæ; quarum usus à multis retrò seculis adversus grassantis pestiferæ luis contagia, internas putredines, cruditates ventriculi, & plures alios affectus comendatissimus exsistit.

ELIXIR PROPRIETATIS CORRECTUM.

℞. Spiritus Juniperi,
Roris Majalis à Terebinthina abstracti, & ab oleo separati ana quantum libuerit,
Spiritus Vitrioli quantum satis pro dictorum acidulo sapore.
Misceantur.
Postea:

℞. Aloës,
Myrrhæ ana unciam unam semis,
Croci unciam semis.

Pulverisatis adfundatur Menstruum modò descriptum, ad eminentiam trium digitorum, & post octiduanam digestionem liquor tinctus filtretur.

Præter vires Elixiri antecedenti adscriptas, inprimis etiam diureticas & nephriticas possidet.

ELIXIR PROPRIETATIS DULCE.

℞. Aloës,
Myrrhæ ana uncias duas,
Croci unciam semis.

Ex pulverisatis, & cum Liquore Nitri fixi, ad eminentiam quatuor digitorum adfuso, digestis Tinctura extrahatur; cui filtratæ addantur Spiritus Vini probè rectificati unciæ decem; sic leni digestione & factâ aliquando agitatione, Tinctura in Spiritum Vini transit, qui à Liquore nitroso per tritorium vel inclinationem separetur.

Viribus cum Elixiri proprietatis Paracelsi ferè convenit, & ob saporem minùs amarum faciliùs adsumitur.

ELIXIR UTERINUM CROLLII.

℞. Caſtorei libram ſemis,
Croci uncias duas.

Extrahe tincturam cum Spiritu vini, & ſepara Spiritum ad remanentiam extracti, cui adde

Extracti Artemiſiæ uncias quatuor,
Salis Matris Perlarum unciam unam,
Ol. deſtillatorum Aniſi,
Angelicæ,
Succini ana drachmas duas,

Olea deſtillata in ſufficiente quantitate Spiritus vini ſuperiùs abſtracti ſoluta, & cum reliquis mixta per octo dies digerantur, poſtea filtrentur.

Ad varios uteri morbos, ſuffocationem minitantes, præbet remedium, etiam ſanguinis menſtrui vitia corrigit.

ESSENTIA ABIETIS.

℞. Conulorum Abietis tenerrimorum, colore rubro adhuc præditorum unc. duas.

Quibus benè contuſis adfunde

Spiritus Cochleariæ, per ſpiritus vini à recenti herba abſtractionem parati uncias octo.

Poſt digeſtionem per biduum factam fortiter exprimantur, & filtrentur.

In ſcorbuticis aliisque ſimilibus ſanguinis impuritatibus emendandis egregias vires poſſidet.

ESSENTIA ABSINTHII SIMPLEX.

℞. Summitatum Abſinthii floridarum uncias duas.

Superinfundatur Spiritus vini, ut tres digitos emineat, poſt decantationem & expreſſionem Eſſentia filtretur.

Vires ſunt ſtomachicæ & hepaticæ.

ESSENTIA ABSINTHII COMPOSITA.

℞. Herbæ Abſinthii Romani unciam unam,
Cardui benedicti,
Calami aromatici,
Zedoariæ,
Galangæ ana drachmam unam ſemis.

Inciſa infundantur per viginti quatuor horas in

Spiritus vini rectificati unciis duodecim.

Poſtea fiat decantatio, lenis expreſſio, & filtratio.

ESSENTIA AMBRÆ MINDERERI.

℞. Elixir. Vitæ Matthioli completi uncias duas,
Spiritus Ceraſorum nigror. rectificati unciam unam,
Ambræ ſcrupulum unum,
Moſchi Or. grana quatuor.

Fiat infuſio per aliquot dies, deinde filtrentur.

Præſtans hoc & illuſtre remedium animum & ſpiritus animales reficit, atque in vertigine, ſcotomia, caligine oculorum, capitis frigidis affectibus excellentiſſimum eſt.

ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

℞. Ambræ electæ drachm. unam,
Moſchi Orientalis grana ſedecim,
Sacchari cantii albi drach. ſex.

Ambra cum Moſcho in Spiritu Ro-

Rosarum diluta & tenuissimè trita, Saccharo in subtilissimum pollinem redacto, ulteriori triturâ, exactè commisceatur.

Vires possidet cephalicas & cordiales.

ESSENTIA ANODYNA.

℞. Extracti Laudani cydoniati drachmas duas,
Spiritus Cydoniorum unciam unam.
Leni calore misceantur.

Pares licet vires cum ipso Extracto, cujus descriptio in Pharmacopœia hac nostra renovata, Classe 21. habetur, Essentia hæc possideat, liquidi tamen hujus Medicamenti, ob extemporaneam dispensationem quandoque commodioris, elaborationem hîc proferre consultum duximus.

ESSENTIA CORTICUM AURANTIORUM LIQUIDA.

℞. Corticum Aurantiorum exteriorum recentium uncias quatuor,
Spiritus Vini libram unam.
Abstrahatur in Balneo à Corticibus Spiritus vini; in quo dein novi Cortices Aurant. recent. exter. infundantur, sumendo eorum uncias quatuor; post octiduanam digestionem liquor tinctus filtretur, & cum Syrupi è corticibus Aurantiorum unciis duabus edulcoretur.

Stomachum roborat, flatusque discutit.

ESSENTIA CORTICUM AURANTIORUM SICCA.

Ex Corticibus Aurantiorum recentibus digitorum ope in saccharum album pulverisatum exprimitur liquor oleosus, ut & saccharum ipsum eis inspergitur, iterumque abraditur, toties id reiterando, usque dum saccharum odore & sapore genuino corticum sufficienter fuerit imbutum.

ESSENTIA CARMINATIVA.

℞. Radicum Zedoariæ unciam unam,
Carlinæ,
Galangæ ana unciam semis,
Corticum aurantiorum,
Seminis Anisi,
Carvi,
Florum Chamæmeli Romani,
Caryophyllorum aromaticorum,
Baccarum Lauri,
Acori veri ana drachmam unam semis,
Macis drachmam unam.
Misc. Extrahantur contusa & concisa g. m. cum Spir. Cort. citri acidulato satis Spiritu Nitri, qui extractione per aliquod tempus factâ addi debet.

Compositionis hujus descriptio, ususque in colica, videri possunt in Opiologia Excellentissimi Dn. D. Georgii Wolffgangi Wedelii, Lib. 2. sect. 2. cap. 5.

ESSENTIA CASTOREI.

℞. Castorei uncias tres,
Salis Tartari drachmas tres.
Castoreum minutim incisum, & cum Sale Tartari permixtum, Spiritûs

ritûs Melissæ librâ unâ, per octiduum digerendo, extrahatur, ac postea filtretur.

Capitis affectibus, apoplexiæ, epilepsiæ, lethargo, & uterinæ sic dictæ suffocationi inprimis medetur.

ESSENTIA CATECHU.

℞. Catechu sive Terræ Japonicæ contritæ drachmas duas.

Solvantur leni calore in Spiritus Cydoniorum uncia una, & postea filtrentur.

Utilis est in hæmoptysi, phthisi, alvi fluxibus, urinæ incontinentia, catarrhis; stomachum confortat, pluresque alios morbos vi suâ adstringente emendat.

ESSENTIA CEPHALICA.

℞. Corticum exteriorum Citrii Pomi recentium,
Seminis Pæoniæ rec. excort. ana uncias quatuor,
Baccarum Juniperi maturarum,
Lauri decortic. ana uncias duas,
Cinnamomi acutissimi uncias tres,
Ligni Aloës optimi,
Dictamni albi,
Caryophyllor. ana unc. unam,
Nucis moschatæ,
Macis,
Galangæ minoris,
Costi albi aromatici ana unc. semis,
Sandali citrini odoratissimi,
Cardamomi minoris,
Piperis albi ana drachm. tres,
longi,
Croci Orientalis ana drachm. unam.

Macerentur in libris quatuor Spiritus Vini optimè rectificati, stent in infusione per decendium, postea filtrentur; Speciebus autem remanentibus superfundatur sequens Spiritus:

℞. Menthæ crispæ,
Lavendulæ,
Pulegii,
Nepetæ,
Salviæ nobilis,
Fœniculi,
Melissæ ana uncias tres.

Infundantur cum Vini Malvatici optimi libris sex, maneant infusa per triduum, postea destillentur, Spiritus prolectus prioribus speciebus, ut dictum est, infundatur, & post triduanam digestionem filtretur, atque cum priore extracta Essentia permisceatur; usûs tempore, pro lubitu & præscripto Medici, edulcoranda.

Eadem Essentia etiam completa fieri potest Speciebus extractioni destinatis,

Ambræ electæ grana quindecim,
Moschi optimi scrupul. semis,

commiscendo, & unà digestioni committendo.

Cerebrum & omnes ejus functiones corroborat, catarrhos discutit; præservat ab apoplexia, epilepsia, lethargo; utilis etiam est in syncope, cordis palpitatione; consumit pituitam in ventriculo & intestinis, omnibus denique à frigiditate ortum ducentibus morbis magnopere conducit.

Essentiæ hujus Cephalicæ descriptionem, sub nomine SPIRITUS CEPHALICI, Dispensatorium nostrum D. D. Andreæ Layo, Collegæ quondam nostro, debet.

ESSEN-

ESSENTIA CORTICUM CHINÆ CHINÆ.

℞. Corticum Chinæ Chinæ pulveriſatorum unciam unam,
Salis Tartari drachm. unam,
Spiritus Cardui benedicti uncias quatuor.

Stent in digeſtione per biduum, poſtea benè expreſſa filtrentur.

Delicatulis inprimis, quibus tincturæ uſus, præ aliis congruis adhibendi hunc corticem Peruanum modis, arridet, hoc Medicamento conſulimus, quod etiam in febrium intermittentium curatione non omnem denegare efficaciam experti ſumus.

ESSENTIA CITRI LIQUIDA.

Paratur eâdem ratione, ut ſuperior è corticibus Aurantiorum facta Eſſentia, nempe cum Spiritu Vini à corticibus Citri exterioribus recentibus abſtracto, extractionem corticum Citri inſtituendo, filtrando, & cum Syrupo è ſucco Limonum edulcorando.

Vires ſunt cordiales & ſtomachicæ.

Quæ olim apud nos parabatur Eſſentia citri, ſolvendo Elæoſaccharum citri cum ſucco oleoſo ex corticibus expreſſo, non placet Welſchio, quòd ob adjunctam humiditatem facilè ranceſcat; neque tamen etiam Zvvelferianæ ipſi arrident, quia liquida nec ipſa durabilis exſiſtat, in ſicca verò ſaccharum canthum huic negotio ineptum, præterea reſpectu olei deſtillati nimia ejus ſit quantitas, præparatio inſuper ſupra ignem optimas & odoratiſſimas ſucci oleoſi partes diſperdat. Ipſe itaque talem modum, ut non ſolùm odore exteriores cortices æmuletur, ſed etiam ſubacido ſapore pulpam interiorem jucundiſſimè referat, proponit, ſaccharum ſcilicet ſimplex cum ſucco mali citrii ad rotularum formam ſolvendo, poſtea leni calore ſiccatum in pulverem redigendo, & tandem olei ex corticibus citri recentibus deſtillati drachmam unam unciæ uni ſacchari prædicti admiſcendo; quæ Eſſentia etiam cum quovis liquore ſoluta liquidæ vicem ſuppleat.

ESSENTIA CITRI SICCA.

Ex Corticibus Citri recentibus, juxta modum in Eſſentia Corticum Aurantiorum ſicca traditum, paratur.

ESSENTIA COCHLEARIÆ.

℞. Herbæ recentis Cochleariæ inciſæ uncias ſex,
Spiritus ejusdem libr. unam.

Digerantur ſimul, vaſe benè clauſo, in leni calore, poſtea filtrentur.

Vires in maſſa ſanguinea, præcipuè hypochondriacorum, attenuanda, & depuranda egregiæ deprehenduntur.

ESSENTIA LIGNORUM.

℞. Ligni Saſſafras uncias duas,
Sancti uncias tres,
Rhodii unciam ſemis,
Radicum Chinæ,
Sarſæparillæ,
Sandali rubri,
citrini ana unc. unam.

Inciſa cum Spiritu Fumariæ ad quatuor digitorum ſupereminentiam adfuſo, poſt octiduanam digeſtionem, extrahantur, & filtrentur.

In depuranda maſſa ſanguinea, & ſudore pellendo utiliter adhibetur, authorem famigeratiſſimum quondam Lipſienſium Archiatrum. D. D. Johannem Michaëlem agnoſcens.

ESSENTIA MARTIS.

℞. Vitrioli Martis arte parati,
Cryſtallorum Tartari ana unciam unam.

Coquantur in unciis ſex aquæ fontanæ ad craſſam conſiſtentiam, & magma hoc reſiduum cum Spiritus Vini unciis quinque ſolutum filtretur.

Viſcerum obſtructiones, hepatis inprimis & lienis reſerat, ac men-

ſtruum fluxum ſuppreſſum promovet. Vid. D. Dan. Ludovici de ſal. tart. volat. pag. 85. & Pharmacia ejusdem pag. 528.

ESSENTIA PECTORALIS.

℞. Radicum Chinæ electarum,
Helenii ana drachm. ſex,
Ireos Florentinæ drach. tres,
Herbæ Hederæ terreſtris,
Saturejæ,
Veronicæ ana unciam ſemis,
Croci Auſtriaci drachm. unam,
Seminis Aniſi,
Cinnamomi acuti ana drachmas duas,
Cardamomi minoris,
Styracis calamitæ ana drachmam unam.
Inciſa & contuſa digerantur per biduum cum
Spiritus Aniſi unciis viginti quatuor,
Poſtea exprimantur, & filtrentur.

Pectoris adfectibus, quos viſcidæ pituitæ copia fovet, utilem præſtare valet operam.

ESSENTIA PURIFICANS.

℞. Mumiæ Ægyptiacæ,
Cinerum clavellatorum ana unciam unam.
Contuſa digerantur per aliquot horas cum
Aquæ Fumariæ unciis duodecim,
poſtea filtrentur.

Supra laudatum D. Clauderum hæc Eſſentia agnoſcit Authorem, qui, cum de virtute ejus, nobis expertiſſima, prolixius l. c. egerit, Lectorem eò remittimus.

ESSENTIA TRAUMATICA.

℞. Herbæ Saniculæ unciam ſemis,
Florum Hyperici drach. duas,
Radicum Tormentillæ unciam ſemis,
Myrrhæ electæ,
Catechu ana drachmas duas,
Spiritus vini vulgaris uncias octo.
Poſt biduanam lenem digeſtionem exprimantur & filtrentur.

Uſus ejus in variis internis læſionibus & fluxibus cruentis aliisque eſſe poteſt.

ESSENTIA TRIFOLII FIBRINI.

℞. Herbæ Trifolii fibrini exſiccatæ & minutim inciſæ uncias quatuor,
Spiritus ex eadem herba per fermentationem parati uncias ſedecim.
Stent in digeſtione triduana, poſtea exprimantur & filtrentur.

Aliam deſcriptionem Tincturæ ex hoc Trifolio paluſtri conficiendæ dedit D. Matthias Tilingius, Profeſſor Medicinæ quondam Rinthelienſis, in Ephemeridibus Germanicis Naturæ Curioſorum, Dec. 2. Anni 2. obſerv. 74. quam ad mentem celebratiſſ. mem. Danorum Archiatri Dn. Simonis Paulli (Vid. ejus Quadripartitum Botan. claſſ. 2. cap. de trifol. fibr. & claſſ. 3. cap. de cochlearia edit. ſecundæ,) ex ſucci herbæ partibus tribus, & ſpiritus proprii parte una haud ineffi-

inefficacem conficit. Cui ſimilem, nec inefficaciorem, rubicundo colore conſpicuam quidam noſtrorum Pharmacopœorum ex ſucci ad mellaginem inſpiſſati uncia una, & ſpiritus fermentatione producti unciis octo, hucusque elaborare conſueverunt. Nobis verò hanc uſu multiplici expertam, & genuino colore viridi elegantiſſimam retinere placuit.

TINCTURA ANTIMONII.

℞. Salis Tartari libram unam,
Antimonii electi libram ſemis.

Pulveriſata & mixta fluant in crucibulo, valido igne, per horam, poſtea ad eundẽ modũ, quo Tinctura Tartari parari paulò poſt monſtrabitur, cum Spiritu Vini fiat extractio, & liquoris tincti ad tertiæ partis remanentiam abſtractio.

Uſus ejus eſt inprimis in depurando ſanguine: Unde hypochondriacis, cachecticis, ictericis, & ſcabioſis prodeſt.

TINCTURA FLORUM BELLIDIS.

℞. Florum Bellidis hortenſis colore rubro à capitulis ſuis decerptorum & exſiccatorum manipulum unum,
Spiritus Vitrioli drachmam unam,
Aquæ florum Bellidis uncias quatuor.

Stent in digeſtione per diem & noctem. Poſtea exprimantur, & filtrentur.

Vires ipſorum Florum nativas continet, atque pro extemporanea varia diſpenſatione nobis in uſu eſſe ſolet.

TINCTURA BEZOARDICA.

℞. Rad. Zedoariæ uncias duas,
Angelicæ,
Pimpinellæ,
Valerianæ veræ,
Vincetoxici,
Calami aromatici ana unciam unam,
Coſti electi,
Cortic. citri exter. recentium,
Baccarũ juniperi ana unc. duas,
Myrrhæ uncias tres,
Herbæ Scordii manipulos tres,
Meliſſæ,
Millefolii,
Rutæ ana manipulum unum,
Camphoræ unciam unam,
Theriacæ optimæ libram unam ſemis,
Spiritus Vini boni Menſuras duas.

Poſt octiduanam digeſtionem abſtrahantur in arena Spiritus libræ duæ.

His adde:
Spiritus Tartari genuini libram unam ſemis,
Vitrioli quantum ſatis pro acidulo ſapore.

Miſceantur & tingantur cum fructu Solani quadrifolii, quod vulgo Herba Paris dicitur, ac filtrentur.

Non ſine im̃ortali Authoris, qui fuit antea laudatus D. D. Michaël, fama Tinctura hæc publicam lucem vidit. Cujus equidem multæ proſtant deſcriptiones, quas inter tamen hanc eligere voluimus. Vires ejus ſunt nobiliſſimæ, inprimis alexipharmacæ, & in febribus tam continuis quàm intermittentibus

salutares; sudores movet, obstructiones aperit, flatus dispellit, & urinam movet; non tamen in omni morbo aut omni tempore convenit; unde non sine prudenti consilio ejus usum esse ineundum, secus ac vulgo fieri solet, consulimus. Plura vid. in tract. Exc. D. D. Godofr. Schulzii de hac Tinctura edito.

Quòd à Spiritus theriacalis destillatione remanet, novo superaddito Spiritu Vini, digeri, exprimi, filtrari, atque ad Extracti consistentiam redigi debet, EXTRACTI THERIACALIS nomine insigniendum.

TINCTURA CORALLIORUM.

Spiritum Mellis funde super fragmenta Coralliorum rubicundissima pulverisata, digerendo extrahe toties Tincturam, donec corpus album & quasi mortuum remanserit. Omnes extractiones mixtas lento igne coagula, residuumque denuò rectificatissimo Vini Spiritu extrahe & filtra.

Mundificare sanguinem, obstructiones viscerum reserare, atque in leucophlegmatia, cordis palpitatione, syncope, melancholia, hydrope, podagra, calculo, utero purgando & vasis urinariis proficuum Medicamentum esse creditur.

Quamvis traditam hanc Coralliorum Tincturam pro vera & genuina venditare, nunquam nobis in mentem venerit, eandem tamen omnino hîc expungere non potuimus, inprimis quòd reipsâ sit innocua, & ab aliis vix meliores, aut, si ad examen revocentur, haud genuinæ, miris licet encomiis condecoratæ, in medium fuerint adductæ. Nos, qui non adeo præcellentem virtutem à Coralliis sic tinctos liquores obtinere, experientiâ edocti scimus, & sincero Excell. D.D. Joh. Majoris judicio, in tract. quem Genii errantis titulo donavit, pag. 203. prolato, adquiescimus, hanc Operi nostro insertam voluimus, ut opinioni vulgi & aliorum persuasioni radicatæ satisfaceremus, ut & haberemus, quod expetentibus præscribamus.

Cum Welschius neminem sibi visum esse scripsisset, qui veram, genuinam, & omnia examina sustinentem tincturam ex coralliis parare noverit, cum peregrinâ potiùs rubedine infecta fuerit, ipse Zvvelferum imitatus, (qui pro tinctura corallia ipsa præparata, sive etiam eorundem solutionem, commodè usurpari posse existimat,) tincturam ex floribus caryophyllorum, aut granis Kermes, aut aliis elicere, eique solutionem coralliorum immiscere, sicque oculis & linguæ gratam tincturam, nec non præ illis omnibus, quæ mineralium spiritibus corrodentibus parantur, securissimam conficere docet, nullaque alia inferiorem, quocunque tandem modo & quibuscunque secretis, ac menstruis fallacibus conficiatur.

TINCTURA HYPERICI.

℞. Summitatum Hyperici florentis incisarum quantum vis. Macera per octiduum in Spiritûs Vini rectificati sufficienti quantitate, in loco tepido, postea filtrentur, & accipies Tincturam rubicundissimam instar Rubini, Saccharo edulcorandam.

Imbecillitatem mentis corrigit, in morbis etiam renum & vesicæ prodest, urinam provocat, & menstrua pellit.

TINCTURA JALAPÆ.

℞. Radic. Jalapæ resinosarum drachmas tres,
Cortic. Citri exteriorum recent. drachmam unam,
Cinnamomi acutissimi drachmam semis,
Semin. Anisi scrupulum semis,
Spiritus Vini rectificati uncias duas.

Fiat

Fiat infusio per triduum in loco calido, postea fortis expressio & filtratio.

Suave serosi humoris est catharticum, prælaudati Michaëlis inventum.

TINCTURA ANTI-PHTHISICA.

℞. Salis Saturni,
Vitrioli Martis artific. ana drachmas duas,
Spiritus Vini,
Aceti destillati ana unciam sem.

Misceantur, & per aliquot dies digerantur, liquor rubicundus filtretur.

Præter virtutem antiphthisicam & hæmoptoicam, etiam in alvi fluxibus & sudoribus nimiis utiliter adhibetur.

TINCTURA PROPRIE-TATIS.

℞. Spiritus Anisi uncias sedecim,
Elixir. proprietatis Parac. unc. unam,
Confect. Alkermes incompl. unciam semis,
Florum Tunicæ rubrorum drachmam semis.

Stent in digestione, donec saturato rubore Spiritus Anisi tingatur, qui filtratus Saccharo clarificato edulcoretur.

In Melancholia, asthmate, ventriculi imbecillitate, cardialgia laudabile præbet Medicamentum. Vid. Mynsichti Thesaurus med. chim.

TINCTURA RO-SARUM.

℞. Florum Rosarum rubrar. exsiccatarum unciam semis,
Aquæ fontanæ libram unam,
Spiritus Vitrioli boni drachm. semis.

Stent in Balneo Mariæ tepido per horas quatuor; postmodum in colatura rubicundissima dissolvantur Sacchari albi unciæ tres, & per chartam bibulam trajiciantur.

In febribus, aliisque caloribus præternaturalibus insigne refrigerans, & hepati confortans existit.

TINCTURA SUC-CINI.

℞. Succini flavi subtilissimè triti unciam unam,
Spiritus Vini tartarisati rectificatissimi uncias octo.

Leni calore in phiola optimè clausa per aliquot dies digerantur, & aliquoties moveantur, tandem liquor tinctus filtretur.

Usus ejus est eximius in capitis & uteri affectibus.

TINCTURA TAR-TARI.

℞. Salis Tartari depurati quantum vis. Funde illud in valido crucibulo, igne intenso, inque fluxu tamdiu conserva, donec in colorem è rubro cœruleum transierit; effusum in mortarium ferreum calefactum pulverisetur, & mox in phiolam itidem priùs calefactam indito, superfunde Spiri-

tum Vini rectificatissimum, ad eminentiam trium digitorum; digerantur per aliquot dies in arena, interdum agitando, donec Spiritus Vini rubicundo colore tingatur; quo decantato, novum readfunde, quamdiu opus fuerit. Ultimò liquores tinctos filtra, & ad tertiæ partis remanentiam abstrahe, quam ad usum serva. Abstractus autem Spiritus pro SPIRITU VINI TARTARISATO inservire potest.

Tinctura hæc ad tollendas viscerum obstructiones valet, vesicam & renes à superfluis inprimis humoribus, urinam largiter movendo, liberat.

OLEUM ABSINTHII.

℞. Summitatum Absinthii ad maturitatem seminis accedentium quantum vis. Incidantur atque cum aqua fontana destillentur per vesicam, & exibit aqua cum Oleo; separetur Oleum per bombacem, vel vitrum, quod co͂muniter separatorium dicitur.

Usus hujus Olei idem est cum Vegetabili suo, è quo extractum est: sicut etiam subsequentia plura naturam æmulantur eorum, è quibus prolecta sunt; vires tamen longè potentiores & in minima quantitate exserunt.

Salis adjectionem, olim in Oleorum destillatione commendatam, necessariam esse judicat Welschius, cum aliàs olea non clara, sed nubilosa prodeant; *quamvis etiam sine additamento hoc satis limpida olea impetrari experientia confirmet, neque extracta, quod aliquibus in usu est, ex remanentia parare, salis connubium permittat. Aqua etiam, quæ cum oleo provenit, tum in alios usus, tum novæ in posterum instituendæ destillationi inservire potest.*

Hac ratione paratur:

OLEUM MENTHÆ,
RUTÆ,
SALVIÆ.

OLEUM ANGELICÆ.

℞. Seminis Angelicæ contusi quantum libet.

Cum aquæ fontanæ sufficiente quantitate infundatur, postea destilletur per vesicam, & Oleum separetur ab Aqua

Eodem modo fiunt:

OLEUM ANISI,
CARVI,
CUMINI,
FOENICULI,
BACCARUM JUNIPERI.

OLEUM AURANTIORUM.

℞. Corticum exteriorum recentium, non putridorum Pomorum Aurantiorum sufficientem quantitatem.

Incidantur & absque præcedente fermentatione vel maceratione, copiosius quidem, sed tamen deterius Oleum daturis, cum aqua fontana destillentur per vesicam, Oleum postea ab aqua separando.

Eodem modo fiat:

OLEUM CITRI.

OLEUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Caryophyllorum aromaticorum sufficientem quantitatem.

In pulverem crassiusculũ contusis adfundatur aqua tepida, & post

poſt quatriduanam digeſtionem, ex veſica deſtillentur, ſeparetur-que Oleum modo ſolito.

Hoc, & ſimilia ex ſeminibus Olea, per cohobationem ſive repetitam deſtillationem parari poſſe, monet Welſchius; quæ tamen non, novâ ſemper materiâ adjectâ, ſit inſtituenda, ſed tantùm aquam poſt Olei ſeparationem reſiduo adfundendo; ſic enim, ſi prima vice unciæ quatuor prodierint, in ſecunda uncias duas, in tertia unciam, in quarta unciam dimidiam impetrari poſſe.

Modum conficiendi eundem habent:

OLEUM CINNAMOMI,
MACIS,
NUCIS MOSCHATÆ,
PIPERIS,
ZEDOARIÆ.

OLEUM CHAMÆMELI ROMANI.

℞. Flores Chamæmeli Romani ſiccos, contunde, & cum aqua calida parum maceratos deſtilla per veſicam, ac Oleum flaveſcens ab aqua ſepara.

Ita etiam paratur:

OL. FLOR. CHAMÆMELI VULGARIS COERULEUM,
LAVENDULÆ,
MAJORANÆ,
RORISMARINI,
ROSARUM,
SPICÆ.

OLEUM LIGNI RHODII.

Lignum Rhodium in ſcobem redactum in vaſe capaci cum magna aquæ quantitate maceretur per quatuordecim dies, poſtea ex veſica, igne moderato deſtilletur, & Oleum ab aqua ſeparetur.

OLEUM CAMPHORÆ SENNERTI.

℞. Camphoræ libram ſemis,
Argillæ libram unam ſemis.

Miſceantur diligentiſſimè, & ex retorta in arena lento igne deſtillentur, aſcenditque cum phlegmate Oleum, quod ſeparandum eſt.

Circa hoc Oleum notat Welſchius, in modo Zvvelferiano, qui in retorta metallica absque ullo additamento camphoram deſtillat neceſſe eſſe; oleum amburi, & fœtidiſſimum prodire; ipſe verò ex caphura & terra ſigillata ſ. a. illud in retorta deſtillat, denique rectificandum.

OLEUM MASTICHES.

℞. Maſtiches libram unam,
Silicum calcinatorum libram unam ſemis.

Mixta deſtillentur ex retorta, in arena, igne moderato, poſtea limpidum Oleum à phlegmate ſeparetur.

OLEUM SUCCINI, & SAL VOLATILE.

℞. Succini craſsè contuſi libras tres.

Fiat ex retorta capaci, igne arenæ gradatim adhibito deſtillatio, vas recipiens cum aqua calida, ut ſal volatile in ea ſolvatur, eluatur, quæ per chartam emporeticam priùs aquâ madefactam ab oleo ſeparetur, & poſt factam ejus exhalationem ſal colligatur. Oleum verò cum duabus partibus cinerum mixtum ex retorta lento igne rectificetur, Oleum limpidum primò exſtillans ſeorſim adſervando, alterum verò ſubſequens coloratius aliis uſibus deſtinando.

Insignes vires tam Oleum, quàm Sal volatile obtinet, quas inter cephalicæ, alexipharmacæ, nephriticæ, & uterinæ eminent.

OLEUM, sive BUTYRUM ANTIMONII.

℞. Mercurii sublimati corrosivi,
Antimonii electi ana libram un.

Pulverisata in mortario marmoreo optimè misceantur, cavendo à fumo exhalante, & retortæ, tertiam circiter ejus partem vacuam linquendo, injiciantur, superinfuso uno alterove aquæ simplicis cochleari; postea ex arena fiat destillatio in liquorem crassum instar butyri, quem dein CINNABARIS, sensim ad latera colli retortæ adhærens, insequitur; quæ fractâ retortâ colligatur, & aliquoties aquâ fontanâ abluatur; butyrum verò per residentiam depuretur.

Butyrum Antimonii causticum insigne est. Si ejus v. g. uncia una cum aquæ frigidæ unciis decem misceatur, pulvis albus, MERCURIUS VITÆ dictus, emeticam vim habens, ex eo præcipitatur; liquor autem reliquus acidulus, si rectificetur, sub nomine SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICI, aliorum Spirituum acidorum, Salis præcipuè, naturam habens, notus est. Cinnabaris autem epilepsiæ, vertigini, hystericis, arthriticis, aliisque malis egregiè medetur.

OLEUM ANTIMONII SENNERTI.

℞. Antimonii libram semis,
Sacchari cantii uncias sex.

Pulverisata misceantur & destillentur in arena.

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ flavæ puræ libr. unam. Huic in retorta capaci liquatæ superinjice largam cineris cribrati quantitatem, ut retorta eo impleatur, postea igne per gradus aucto, ex arena destilletur.

Resolvit, discutit, & articulorum doloribus confert.

Cum ossium calcinatorum additione paratum hoc oleum displicet Zvvelfero, quia hac ratione butyri crassioris forma prodeat; quod tamen in oleum pulcherrimum, adfusa aqua, facilè rectificari per arenam posse, notat Welschius; quod etiam Dan. Sennertus in Instit. med. monuit. Cerâ verò liquatâ lateres &c. imbibendo cum Zvvelfero, oleum fœtidissimum, quale est ipsum oleum laterinum, produci Welschius observat.

OLEUM SAPONIS.

℞. Rasuræ Saponis Veneti libram unam,
Arenæ mundæ libras tres.

Mixta ex retorta, igne arenæ destillentur in Oleum, quod cum cineribus rectificetur.

Resolvit inprimis & dissipat frigidos tumores, nec non paralysi & podagræ conducit.

OLEUM PHILOSOPHORUM, SIVE DE LATERIBUS MESUÆ.

Lateres in pulverem contusi & calefacti misceantur cum Olei Olivarum clari sufficiente quantitate, sive quantum imbibere possunt; postea ex retorta, igne aperto & per gradus adhibito, secundùm artem destillentur; Oleumque prolectum super cineres rectificetur.

Essen-

Essentiæ tenuitate penetrat, digerit, materiam excrementitiam consumit. Aurium tinnitui à flatu crasso, iisque verminantibus medetur, paralysi, spasmo cynico, ischiadi, gonagræ, podagræ, cæterisque articulorum affectibus prodest, splenis tumores solvit, comitiales naribus inunctum excitat, cerebrum calefacit, memoriam firmat, dentium dolorem sedat, injectum utero menses provocat, fœtum vivum aut mortuum educit, calculum vesicæ pellit, ora venarum aperit, & sanguinem concretum dissolvit, pulmones purgat ab humoribus crassis & viscidis, oculorum suffusiones delet, vermes interficit, venenis insuper frigidis potenter resistit, ad scorpionis ictum conducit.

Oleum hoc nihil esse aliud, quàm oleum olivarum destillatum benè monet Welschius, cum nihil virium à lateribus adquirat: ut verò Philosophorum dicatur, minùs mereri nomen illud, videri posse.

OLEUM SATURNI.

Sal Saturni crystallinum tere, & in phiola adfuso Spiritu Terebinthinæ, in arena digere, tincturamque extrahe, ut è Floribus Sulphuris fieri solet: quam ex retorta igne aperto destilla, primò lento igne, quoad Spiritus Terebinthinæ exierit; deinde mutato recipiente, paulatim auge ignem, quoad totum Oleum exierit.

Habebis Oleum, quod viribus naturale Balsamum excedit, malignis & exedentibus ulceribus, cancro, polypo, inunctum egregiè medetur.

OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ pellucidæ quantum volueris.

Destilletur lento igne ex vesica, in cucurbita, vel per retortam, & prodibit, præter phlegma acidulum, primò Oleum album, quod SPIRITUS nomine vulgò donatur, postea flavum, ultimò rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum; hæc Olea separata reserva; rubrum in arena potest rectificari.

BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Olei Caryophyllorum drachmam unam,
Nucistæ per Spiritum Vini odore suo spoliati quantum satis.

Fiat Balsamum justæ consistentiæ: quod tingatur cum Tinctura Caryophyllorum inspissata, vel eorundem pulvere.

Idem modus est parandi sequentia Balsama; utpote:

CINNAMOMI,
CITRI,
LAVENDULÆ,
MAJORANÆ,
NUCIS MOSCHATÆ,
RORISMARINI,
ROSARUM,
RUTÆ,
SUCCINI.

quæ singula pro lubitu pulveribus adcommodatis quomodo sint tingenda, Pharmacopœum peritum latere nequit.

Welschius pro corpore ut vocant Balsamorum, tum hujus, tum aliorum, ceram cum oleo balanino, quod etiam Ant. Günth. Billichius lib. 2. cap. 2. observat. & paradox. chem. laudat, illius ℥ij. hujus ℥i, sumendo, commendat, cui dein olei caryophyll. destill. quantum (℥iij. circiter,) imprimi potest, admiscet, & colorem nativum (oculis vulgi blandiendi gratia, quod tamen fortasse apud æquos rerum æstimatores non esse tantopere necessarium credit,) vel extracto proprio, vel caryophyllorum pulvere subti-

ſubtiliſſimo conciliat; vel etiam pro corpore oleum nucis moſchatæ expreſſum eligit, ex quo adfusa aqua per arenam oleum prolicit, reſiduum verò in phiola vitrea Soli exponit. Cæterùm Balſama, & quidem Citri cum pulvere corticum propr. exteriorum, ſive pulvere curcumæ, aut extracto croci in minori qvantitate; majori in Balſamo Aurantiorum; Balſamum Cinnamomi Bolo Arm.; Lavendulæ ultramarino dicto; Macis & Nucis moſchatæ pulvere croci; Majoranæ, Menthæ, Rorismarini, & Rutæ ſucco ex baccis ſpinæ cervinæ, aut cryſtallis Veneris; Roſarum & Ligni rhodii laccâ, aut, quod elegantius, interioribus florum balauſtiorum foliolis in minutiſſimum pulverem redactis, quorum odor etiam pauxillo Zibethi intendatur, tingi poſſe; Balſamum Fœniculi, nec non Succini, & Zedoariæ nullo mangonio indigere, animadvertit.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Olei Nuciſtæ expreſſi drachmam unam,
Rorismarini guttas ſex,
Succini albi guttas quatuor,
Zibethi optimi ſcrupulum ſemis,
Moſchi Orientalis grana ſex,
Ambræ griſeæ grana novem,
Granorum Styracis ſelectorum grana viginti.

Fiat lege artis Balſamum, Oleo Nucis moſchatæ, leni calore emollito grana Styracis, tum Ambram cum Oleis deſtillatis tritam, Zibethum, & Moſchum cum Spiritûs Roſarum particula dilutum commiſcendo.

Vires ſunt cephalicæ, & præcipuè, ut nomen indicat, apoplecticæ.

BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM MYNSICHTI.

℞. Olei Aniſi uncias ſex,
Florum Sulphuris unciam unam.

Digerantur, donec Oleum Aniſi tincturam Sulphuris perfectè extraxerit; Oleum rubicundiſſimum filtratum uſui ſerva.

Pectorale eſt medicamentum, pulmonibus inprimis purulentis dicatum.

Paratum etiam apud nos proſtat BALSAMUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM, ſive cum Spiritu Terebinthinæ eodem modo, quo ſuperius, elaboratum, & exulcerationibus tam internis quàm externis proficuum.



CLAS-

CLASSIS VIGESIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

SPIRITUS EUPHRASIÆ MINDERERI.

℞. Spiritus Cerasorum nigrorum libram unam,
Aquæ Hirundinum compositæ majoris uncias sex,
Doronici veri,
Cassiæ ligneæ veræ,
Amomi veri,
Radicis Valerianæ,
Chelidonii ana drachmas duas,
Mari veri,
Fol. Rutæ ana drachmam unam,
Florum Euphrasiæ selectissimorum siccorum unciam unam semis, vel recentium uncias tres.

Infundantur per noctem in liquoribus his, vase benè clauso, manè per Balneum Mariæ destillentur leni igne in Spiritum.

Visui confert hic Spiritus, dum spiritus animales reficit, cerebrique frigiditatem corrigit; in scotomia etiam & vertigine utilis.

SPIRITUS DIAPENTE.

℞. Elixir. proprietatis Paracelsi unc. unam,
Spiritus Theriacalis Camphorati drachmam unam semis,
Vitrioli rectificati drachmam unam,
Tartari rectificati scrupul. duos,
Salis rectificati drachm. unam,

Omnia misceantur, & digerantur per quatuordecim dies, ac serventur usui.

In affectibus ventriculi & capitis multùm valet, humores ventriculi vitiosos corrigit, sudoremque & urinam provocat.

SPIRITUS SALIS COMPOSITUS HARTMANNI.

℞. Salis Nitri puri,
Communis præparati ana quantum libet.

Misce cum dupla vel tripla quantitate argillæ siccæ, atque è globulis inde factis exsiccatisque per Retortam igne Reverberii Spiritum propelle; Hujus Spiritus, à quo priùs phlegma in Balneo abstraxeris, & deinceps per Retortam vel Cucurbitam in arena rectificaveris, libram unam permisce cum eadem quantitate Spiritus Vini, circula aliquandiu ad perfectiorem unionem, & serva ad usum.

Hujus Spiritus Salis compositi usus in ictericis, hydropicis, aliisque morbis, in quibus Spiritui Salis simplici locus est, inprimis commendatur.

Ad declinandum novum destillationis laborem, hujus loco, spiritum salis & nitri, jam ante paratos, simpliciter, sumendo eorum partes æquales, misceri, atque postea tantundem spiritus vini addi, ac, si lubeat, circulari posse, Welschius monet, usque dum uniantur.

SPIRITUS VITRIOLI CORDIALIS ANGELI SALÆ.

℞. Cornu cervini albissimè calcinati uncias sex,
Spiritus Vitrioli acidi uncias octo.

Mixta per retortam destillentur, & liquor elicitus servetur.

Cordiale præstantissimum dicitur, febribus item omnibus conveniens medicamentum,

tum, contra putredines inprimis salutare creditum; à vulgari tamen Spiritu Vitrioli vix quidquam differt.

Pariter præ spiritu vitrioli simplici nihil singulare in hoc reperiri, & non nisi aliquam rectificationis, qua tamen non opus sit, speciem esse, Welschius animadvertit; cui spiritum vitrioli rectificatum optimum, sali C. C. volatili mixtum & artificiosa digestione diligenter unitum præfert; *quo ipso tamen non aliud, quàm novum aliquod ens, vel aliqua ammoniacalis salina solutio obtinetur, nullum singulare artificium continens, nec ullius laboriosæ digestionis indigens.*

ELIXIR PANCHYMAGOGUM.

℞. Rhabarbari electi unciam unam semis,
Spicæ Indicæ scrupulum unum semis,
Sandalorum omnium ana drachmam unam.
Infunde in Spiritus Baccarum Juniperi unciis octo, digere, & filtra.
Deinde:
℞. Agarici electi,
Cinnamomi ana unciam unam,
Zingiberis scrupulos duos.
Infunde in
Spiritus Fœniculi unciis sex,
Juniperi unciis quatuor.
Misce, digere, filtra.
Ultimo:

℞. Mechoacanæ albæ uncias duas,
nigræ drachmas decem,
Turbith albi gummosi unc. unam semis,
Hermodactylorum mundatorum unciam unam,
Rad. Polypodii querni,
Ari præparati,
Asari ana drachmas tres,
Hellebori nigri præparati drachmas septem,
Cortic. Rad. Esulæ præparat. drachm. sex,
Aurantiorum,
Citri ana unciam semis,
Florum Violarum,
Boraginis,
Genistæ ana pugillum unum,
Foliorum Senæ sine stipitibus,
Semin. Carthami excorticati ana unciam unam semis,
Ebuli contusi drachmas tres,
Macis drachmam unam.
Incisis omnibus & contusis adfunde Spiritus Anisi libras quatuor: Digerantur aliquandiu & colentur. Tandem omnes hos tres liquores commisce, & serva in vase vitreo optimè clauso ad usum.

Pro libitu dulcorari potest Julepo Rosarum, aut Sambucino & similibus.

Elixiris hujus cathartici, cacochymiæ universali evacuandæ quondam adcommodati, usus jamdudum apud nos eviluit; Si quis tamen eodem, non mutatis ingredientibus, uti vellet, Species omnes cum spiritibus præscriptis simul infundendo, digerendo, & filtrando, laborem absolvere posset.

ELIXIR PESTILENTIALE CROLLII.

℞. Florum Sulphuris uncias tres,
Adfunde:
Olei Juniperini è baccis destillati ad eminentiam trium vel quatuor digitorum,
Succini ab odoris vehementia liberati quartam partem ad Oleum Juniperi:
Stent in arena sæpiùs movendo, ut Flores lentè sine adustione solvantur.
Postea:

℞. Theriacæ electæ libram unam.
Extrahe cum Spiritu Vini optimo tincturam, quam à Spiritu Vini separatam seorsim serva:

℞. Radicum Helenii,
Angelicæ,
Baccarum Juniperi contusarum ana uncias tres.
Cum eodem Spiritu Vini extrahe tincturam, quam misce cum tinctura Theriacali, atque adfunde Oleum Juniperinum & Succini floribus Sulphuris impraegnatum, & per chartam bibulam priùs filtratum, omniaque circula lentissimo calore per dies quatuordecim.

Præsentaneum est in peste præservativum, & curativum, si cum liquore adpropriato mature exhibeatur, morbis epidemiis aliis eodem modo certissimum præstat auxilium.

In

In Elixirio hoc, pro meliori Extractorum cum Oleis unione, in Spiritus abstracti particula, quantum ejus opus fuerit, Olea cum Floribus Sulphuris digesta solvi, ac demum filtrari possunt.

ESSENTIA CASTOREI SENNERTI.

℞. Castorei libram unam.
Huic in minutissimas particulas inciso adfunde acetum vini destillatum forte, & extrahe Tincturam, per chartam filtra, & acetum per Balneum destillando separa. Materiæ restanti Spiritum Vini rectificatum adfunde, & per quatuordecim dies digere, postea in vitrum purum essentiam effunde, & serva.

Morbis nervoso generi infestis medetur.

ESSENTIA CITRI.

℞. Elæosacchari Citri uncias duas semis,
Succi oleosi ex recentibus Corticibus Citri exterioribus expressi quantum sufficit, ut fiat Essentia liquida.
Misce secundùm artem.

Præstans est hæc Essentia ad cordis & ventriculi imbecillitatem juvandam, venenis etiam adversatur, oris halitum commendat; vino permixta, illud suavissimo suo odore & sapore commendat.

ESSENTIA MARTIS LIQUIDA.

Ferrum limatum candefac igne valido, aut in crucibulo, aut olla, postea extingue in sufficienti quantitate Aceti acerrimi, reiteretur labor prædictus ter aut quinquies, deinde acetum (essentiâ Martis prægnans) filtra per chartam, & impone cucurbitæ, abstrahe Acetum in Balneo, ad mellis consistentiam, remanentiæ verò adfunde Spiritum vini in quantitate sufficiente pro extrahenda Essentia Martis, iterum Spiritum vini tinctum filtra, & in balneo abstrahe, usque ad Syrupi liquidioris consistentiam.

Viscerum infarctus aperiendi vi pollet.

Faciliori modo parari potest, Limaturam ferri cum Aceto acerrimo in mortario vitreo vel marmoreo terendo & tinctum Acetum ad mellaginem inspissando, postea hanc, additâ Spiritus Vini sufficienti quantitate, solvendo & filtrando.

ESSENTIA SACCHARINA BEGUINI.

℞. Sacchari albi crassè contusi uncias quatuor,
Spiritus Vini uncias octo.
Misce, & Spiritum Vini accende in scutella figulina vitreata, continuò spatulâ agitando, donec flamma cesset. Adde, si placet, Aquæ Rosaceæ uncias duas. Misce.

Vi sua incidente, tussi à materia lenta & crassa laborantibus opitulatur, asthmati, raucedini, & pectoris affectibus medetur.

TINCTURA FRAGORUM.

℞. Fragorum recentium in mortario marmoreo conquassatorum,
Aquæ Cichorii ana libras duas,
Endiviæ,
Fragorum ana libram unam,
Spiritus Vitrioli boni drachmam unam.
Digerantur invicem in loco calido per noctem, postea filtrentur, & cum sufficiente quantitate Syrupi fragorum edulcorentur.

Suave hepatis refrigeratorium vocat eam Bald. Timæus, à quo Respons. med. 8. *describitur. Præterea in nephritide utiliter adhibetur.*

OLEUM BENZOI.

℞. Benzoi el. quantum vis.
Pulverisetur & adfusâ Aquæ Rosarum sufficienti quantitate, destilletur per Retortam vitream in arena, servatis ignis gradibus. Oleum ab aqua separetur modo usitato.

In ulceribus & vulneribus curandis utile esse creditur.

OLEUM GALBANI.

℞. Gummi Galbani selecti libram unam,
Silicum calcinatorum libram unam semis.

Destillentur in arena per retortam vitream, & prodibit liquor albus cum Oleo; postea rectificentur.

Vires sunt uterinæ & anticolicæ.

BALSAMUM ANGELICÆ SENNERTI.

℞. Extracti Angelicæ unciam unam,
Mannæ selectæ drachmas duas.

Misce super igne lento, adde
Olei Angelicæ drachmam unam semis.
Fiat Balsamum.

Vires habet cordiales & alexipharmacas aliasque Angelicæ communiter adscriptas.

BALSAMUM BENZOINUM FRAGRANTISSIMUM TENZELII.

℞. Styracis calamitæ selecti uncias quatuor,
Benzoini uncias duas.

Tritis superfunde Spiritum Vini rectificatum ad quatuor vel sex digitorum eminentiam. Macera in Balneo per aliquot dies, postea filtra, & Spiritum per Balneum destillando iterum abstrahe.

Asthmaticis, catarrhosis & lienosis utiliter exhibetur, urinasque promovet.

BALSAMUM CORDIALE SENNERTI.

℞. Olei Citri,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Rorismarini ana scrupulum semis,
Ambræ,
Moschi ana grana sex,
Extracti Croci grana septem,
Confectionis Alkermes scrupulum semis,
Olei Nucis moschatæ expressi quantum satis.

Fiat Balsamum, Extractum Croci, & Moschum cum Spiritus Rosarum tantillo diluta, Oleo Nucistæ, unà cum reliquis secundùm artem permiscendo.

BALSAMUM GALBANETUM UTERINUM EJUSDEM.

℞. Galbani libram semis,
Olei Terebinthinæ libras tres.

Digerantur in cucurbita vitrea lento calore per quatuordecim dies, postea destillentur, additâque Olei Lavendulæ unciâ unâ, iterum destillentur, vel saltem aliquandiu digerantur. Si Balsamum hoc cum Spiritu Vini circulaveris, penetrantissimum efficietur.

BALSAMUM LOEMICUM HENISIANUM.


℞. Oleor. Camphoræ,
Succini,
Citri debitè præparatorum ana quantum libet.

Misceantur & digerantur aliquandiu in lenissimo Balnei calore, donec perfectissimè inter se unita sint.

Hoc Balsamum in variis Germaniæ & Italiæ locis, grassantibus atrocissimæ pestis contagiis felicissimè usurpatum, & tricennali Authoris experientiâ comprobatum est.



CLAS-



CLASSIS VIGESIMÆ PRIMÆ, EXTRACTA CONTINENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

EXTRACTUM AGARICI.

℞. Agarici albi & levis quantum volueris. Huic adfunde Spiritus vini ſufficientem quantitatem, digerantur in vaſe vitreo arctiſſimè clauſo, in loco calido vel ſaltem tepido, per dies tres. Poſtea dum adhuc calent, colentur, & leviter exprimantur: expreſſum filtretur, & in Balneo Mariæ, abſtracto rurſus lentâ deſtillatione Vini Spiritu, in craſſamentum cogatur, quod ad commodos uſus ſervetur.

Pituitam lentam & craſſam ex ventriculo maximè & meſenterio, nec non jecore, liene, pulmonibus ac utero expurgat; à cerebro quoque, nervis & artubus eandem, licet debilius, prolicit: vermes inſuper enecat, & expellit.

Alii loco Spiritus Vini ſimplicis aniſatum uſurpant, corrigentis loco eum forſan adhibentes. Verùm corrigitur Agarici extractum pro re & conditione ægri, aut morbi, addendo in ſingulas doſes guttulam unam Olei Macis, Nucis moſchatæ, Fœniculi, Caryophyllorum, aut alterius ſimilis. Id quod in ſequentibus etiam Extractis compoſitis obſervari volumus; In quibus, correctionis loco, quondam addi ſolitas Species aromaticas omiſimus, cùm meliores quaſdam earum partes in deſtillatione ſeparari certum ſit; quanquam viciſſim illis, quæ inde remanent, omnem efficaciam nemo prudens eapropter denegaverit.

EXTRACTUM ſeu BALSAMUM ALOES.

℞. Aloës Socotrinæ quantum volueris. Redigatur in pulverem: huic adfundatur Spiritus Vini rectificatus; maceretur in loco calido, aliquoties agitando; donec liquor ſaturato colore imbuatur: qui per inclinationem à fæcibus decantetur, & novus Spiritus adfundatur, tantiſper id reiterando, quoad nullus ampliùs color extrahi videbitur. Tandem omnis liquor filtratus ad juſtam ſpiſſitudinem deſtillando redigatur.

Internas putredines & cruditates arcet, ventriculum mundat, ac roborat, ventrem lubricum reddit.

Si quis Aquam aliquam deſtillatam, uti Acetoſæ, Endiviæ, &c. loco Spiritûs vini adhibere huic operi voluerit, nec is irritum in depuratione hac peragenda laborem ſuum experietur.

Eodem planè modo parantur omnia alia Extracta ſimplicia, & Compoſita, adfuſo nimirum Medicamentis, ex quibus vim & energiam prolicere mens eſt, vini Spiritu, aut Aquis adpropriatis ad id præſtandum idoneis. Sic extractum Rhabarbari commodè parari poteſt cum aqua Agrimoniæ, Extractum Senæ cum aqua Lupuli, Scolopendrii, Boraginis aut Fumariæ.

Notandum tamen, Aquas non ex omnibus Medicamentis ſimplicibus vires omnes elicere poſſe, ſed tantùm potiſſimùm ex Herbis & Radicibus non reſinoſis: ibi enim (ut in Mechoacana) vini Spiritu opus eſt. Sic etiam Gummia quædam ſeu Lachrymæ in aceto reſolvi, ac per ſetaceum, ut terreſtres partes omnes ſeparentur, transmitti poſtulant. Verùm uti uſus facit artificem, ſic diligens ac peritus Pharmacopœus ſponte novit, quid cuique commodè adplicari, illudque ſufficienter ſolvere, vel extrahere poſſit. Noſtrum jam eſt, Extracta Simplicia, quæ præter jam dicta in uſu nobis ſunt, indicare, ut & quòd Spiritus vini pro eorundem extractione apud nos adhibeatur, præter Opium, quod phlegmate aceti (licet nec illud vini Spiritum reſpuat) depurari poteſt.

EXTRACTUM

ABSINTHII,
AGALLOCHI,
BRYONIÆ,
CALAMI AROMATICI,
CATECHU,
CROCI,
CUCUMERIS ASININI,
ENULÆ,
GENTIANÆ,
GUAJACI,
HELLEBORI NIGRI vel MELAMPODII,
LIQUIRITIÆ,
MECHOACANÆ NIGRÆ,
MELISSÆ,
OPII THEBAICI,
RHABARBARI,
SCAMMONII,
TORMENTILLÆ,
ZEDOARIÆ.

EXTRACTUM AGARICI COMPOSITUM.

℞. Agarici electi libram ſemis,
Rhabarbari optimi uncias tres,
Seminis Aniſi,
Zingiberis,
Macis ana drachmam unam ſemis.

Inciſis & contuſis adfundatur Spiritus vini rectificati ſufficiens quantitas, ſtent in infuſione vitro benè clauſo per triduum, poſt fiat ſecundùm artem Extractum.

Hanc extracti compoſiti deſcriptionem olim D. D. Urbanus Schlegelius, Decani Collegii noſtri Medici Vicarius communicaverat; cujus vires cum ſimplici Extracto conveniunt.

EXTRACTUM CATHOLICUM.

℞. Colocynthidos drachmas ſex,
Agarici optimi,
Scammonii,

Helle-

Hellebori nigri ana unciam ſemis,
Aloës electæ unciam unam.

Omnia ſufficiente quantitate ſpiritûs vini per dies aliquot in loco calido macerentur, qui deinde, relictis fæcibus, decantetur, remanentia exprimatur, & liquor omnis filtratus Balnei calore abſtrahatur, ut Extracti ſpiſſamentum in fundo cucurbitæ remaneat.

Medicamentum eſt catholicum, ſeu univerſale, omnes in univerſum humores exturbans. Aliud Catholicum, magis tamen operoſum, deſcribitur à Quercetano in Pharmacop. Dogmat. reſtituta.

Si quis Specierum Diarrhodon Abbatis unciam ſemis, huic Extracto, juxta olim receptum modum, junctam deſideret, is vel easdem unà cum reliquis extractioni committere, vel tenuiſſimè pulveriſatas parato jam Extracto commiſcere poſſet: modò hîc majorem inde medicamenti exſurgere molem, ibi verò aliqua Specierum iſtarum ingredientia, quæ tamen tanti momenti haut ſunt, à vini Spiritu extrahi quòd renuant, non vereatur. Cæterùm quod reſinam inter extrahendum à vini Spiritu ſolutam, & ab ejusdem abſtractione iterum concreſcentem attinet, cum reliquo extracto ut illa debite uniatur, non diſplicet modus nonnullis noſtrorum uſitatus, ſi Spiritus vini abſtracti fortiſſimi partem aliquam nondùm refrigerato extracto adfundendo, & probe agitando, ejusdem ſolutio & unio, ſive, uti vulgò loquuntur, cum extracto incorporatio inſtituatur.

EXTRACTUM DIACARTHAMI, ſeu CNICOPHARMACUM ANDERNACI.

℞. Medullæ ſem. Carthami uncias quatuor,
Turbith albi,
Foliorum Senæ ana unciam unam ſemis,
Scammonii drachm. quinque,
Rhabarbari optimi unciam unam,
Agarici trochiſcati drachm. ſex,
Mannæ electæ uncias duas ſemis,
Myrobalanorum Chebularum uncias tres,
Polypodii uncias duas,
Zingiberis albi drachm. duas.

Inciſa & contuſa in vini ſpiritu, in loco calido, per aliquot dies infundantur, ſpiritus tinctus decantetur, & remanentia exprimatur; poſtea liquor filtratus deſtilletur, donec ad Mellis ſpiſſitudinem pervenerit.

Pleroſque humores, ſeroſos tamen præ cæteris blandè expurgat: Caput, ventriculum, & reliqua viſcera mundificat. Datur vel per ſe in Pilulas efformatum, vel Boli ſpecie.

Specierum Diambræ uncia una, quondam pro hoc Extracto requiſita, cum reliquis uno eodemque labore extrahi, vel in ſubſtantia Extracto parato addi poteſt. Confer. præcedens Extractum.

EXTRACTUM DIACITRI D. D. HIERONYMI REUSNERI.

℞. Succi pomorum Citri expreſſi,
Sacchari albiſſimi ana libram ſemis.

Coque lento igne ad ſpiſſitudinem: in fine adde liquidum Extractum ex ſequentibus cum ſpiritu vini factum:

℞. Scammonii optimi unc. duas,
Mechoacanæ albæ,
Turbith electi ana unc. unam.
Rhabarbari electi,
Cinnamomi acuti ana unciam ſemis,
Galangæ,
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum ana ſcrupulum unum, grana duo.

Fiat

Fiat secundùm artem Extractum liquidum.

Ad humores biliosos & serosos expurgandos in cachexia, hydrope, ictero, obstructionibus hepatis & lienis, in febribus item omnis generis feliciter usurpatur.

In Zvvelferi modo reprehendit Welschius, quòd 1. galangæ pondus præter necessitatem auxerit; 2. eandem extraxerit & inspissaverit, cum tamen aliàs aromaticam essentiam abstractione avolare scripserit; 3. resinam extracto innatantem singulariter, labore non necessario, pulveriset & admisceat; id quod in reliquis etiam Extractis facit; 4. quòd absurdè dicat: si resina non satis benè præcipitata esset, adfundendum illi esse adhuc parum aquæ frigidæ; cum tamen nihil aquæ antea fuerit adfusum; 4. olea aromatica in majori quantitate sumat, quàm præscripta dosis suppeditet. Ipse verò loco hujus extracti, mox mechoacanæ albæ, turpethi & rhabarbari extracta, cum dacrydio & oleis aromaticis, addito etiam (si quis velit) succo citri inspissato, accipi & misceri posse animadvertit.

EXTRACTUM GUMMI GAMANDRÆ D.D. HADRIANI à MYNSICHT.

℞. Pulveris Gummi de Peru sive Gamandræ,
Florum Rosarum rubrarum ana unciam unam,
Sandali rubri drachmas duas,
Spiritus Vitrioli rectificati drachmam unam,
Vini sufficientem quantitatem.

Infundantur in loco calido per horas viginti quatuor, tum per chartam filtrentur, & abstracto per destillationem vini spiritu, ad Extracti rubicundi consistentiam lento igne deducantur.

A serosis humiditatibus totum corpus purgat: unde ingenti cum cōmodo in cachexia, hydrope, arthritide, podagra, similibusque affectibus, uti etiam in scorbuto, & morbo virgineo usurpatur.

EXTRACTUM MAROCOSTINUM D. D. MINDERERI.

℞. Agarici trochiscati drachm. sex,
Ligni Aloës drachmas duas.

Infundantur in sufficiente quantitate spiritûs vini, qui tinctus decantetur, & cum liquore ex remanentia expresso uniatur, in quo solvantur

Myrrhæ selectæ drachmæ sex,

& filtrentur.

Postea:

℞. Rhabarbari selectissimi uncias tres,
Costi Arabici drachmas sex,
Croci Orientalis,
Mari veri ana unciam semis,
Muchari sive Infusionis Rosar. Damasc. libras duas,
Succi Limonum uncias viginti,
Cichorii,
Pimpinellæ,
Fumariæ ana unc. octo,
Apii,
Fœniculi,
Absinthii ana uncias tres.

Mucerentur in loco calido per viginti quatuor horas, in liquore colato solvatur

Aloës Socotrinæ libra una,

& per colaturam depuretur, cui jungatur

Gummi Ammoniaci in unciis quatuor Aceti scillini, & unciis duabus Aceti rutacei soluti ac filtrati uncia una semis.

Omnia

Omnia lento igne ad Extracti consistentiam perducantur, additâ circa finem superiori Agarici &c. infusione.

Cùm laudatissimum hoc Excellentissimi Medici Aloëdarium, ad plurimos universi corporis humani morbos tam præservandos quàm curandos adcomodatum, ab ipso Auctore publicatum sit, & in omnium ferè manibus libellus de eo versetur, ejusdem virtutes hoc loco recensere supervacaneum duximus.

Operose admodum olim descriptam Extracti hujus præparationem paulò compendiosiùs hoc modo, servatis ingredientium (præter Aquas varias destillatas,ad extractionem non necessarias,atque in subsequentiExtracti inspissatione totas iterum ab eo separandas,) numero & dosi, institui posse judicavimus. Partium quidem subtiliorum jacturam aliquam medicamento huic contingere, scimus; ast illam præcavere nec licet, neque etiam tantopere opus est. Non culpabimus tamen, si quis alibi Costum, Xylaloën & Marum non extractioni committere, sed pulverem eorum, quod etiam cum Myrrha observari posset, Extracto jam parato addere voluerit.

Welschius in modo Zvvelferi reprehendit, quòd: 1. pro aquarum destillatarum libra una ponderis civilis accipiat herbarum tantùm manipulos duos, & pro aqua cerasorum eorundem nucleos; 2. succum fœniculi omittat; 3. duplicem aquam exstillet, & primam quidem ad ℥iv. alteram ad ℔iij. quam posteriorem postea per exhalationem disperdat, 4. ammoniacum & myrrham peculiariter, & agaricum, rhabarbarum, crocum, costum, xylaloën atque marum etiam peculiariter cum spiritu vini extrahat; 5. subtilissimarum croci, costi, ligni aloës & mari partes planè disperdat. Ipse autem massam pilularum ex medicamento hoc parari jubet hoc modo: ℞. gran. gummi ammon. ℥iß. in mortario tepido solve cum aceti scill. s. q. cui adde pulv. myrrh. rubr. select. ʒvi. solve & probè subige, tum adde aloës rosat. ℔i. extr. agarici, extr. rhabarb. ℥iß. pulver. croci ℥ß. costi Arab. ʒvi. ligni aloës opt. ʒij. mari veri ℥ß. M. f. a. & f. Massa pil. cui add. pro arbitrio Medici olea aromatica, ut cinnam. rorisma. rosar. fœnic. aut etiam succos inspissatos, antequam aloë addatur; quibus tamen nihil aliud efficietur, quàm ut dosis pilularum deinde augeri debeat.

EXTRACTUM MARTIS.

℞. Limaturæ Martis puræ subtilissimæ uncias quatuor,
Pulveris Tartari albi puri uncias sedecim.

Misceantur, & cum aqua fontana irrigentur, inque leni calore detineantur; massa siccata aliquoties novæ aquæ additione humectetur & agitetur, usque dum tota nigrescat; tandem additâ aquæ sufficiente quantitate solvatur, filtretur, atque ad mellaginis sive extracti consistentiam inspissetur.

Alii diuturna coctione cum aqua fontana in vase ferreo, cum Guer. Rolfincio pag. 218. Chym. in art. form. red. sub titulo Essentiæ Martis aperitivæ tartarisatæ, laborem hunc absolvunt. Cæterùm non differt à Marte solubili Willisii; ubi ferrum sine quovis corrosivo, aut liquore acido, mediante solùm leni calore aperiri, ut in pulverem redactum in quovis liquore tincturam immediatè deponat, & acidularam vicem subire valeat, cap. 9. Diatrib. de fermentat. scribit: Licet autem & ipse Tartarus corrodentis menstrui instar hîc se habeat, optimum tamen hinc exsurgit medicamentum, quod, uti alia Martialia, in resolvendis crassis humoribus, sicque aperiendis viscerum obstructionibus egregiè conducit. Willisium autem suum Tartarum solubilem ex tartari albi & limaturæ Martis purissimæ partibus æqualibus exactè mixtis, & cum aqua theriacali ac lumbricorum terrestrium in massam contusis, quæ in papyro albo duplicato arctè circumcirca ligato, in loco clauso tepido per tres quatuorve dies suspensa, sit exsiccanda, parasse, tum ex relatione Nob. D. D. Ern. Sigism. Grassii, Polyatri Jauer. Sil. habeo, tum à Clar. D. D. Eman. König, Medico Basil. in Regno miner. scribitur.

EXTRACTUM DIAPÆONIAS MINDERERI.

℞. Rad. & seminum excorticatorum Pæoniæ ana unciam semis,
Ostrutii,
Enulæ,

Zedoariæ ana drachmas duas,
Dictamni albi,
Calami aromatici,
Corticum Citri ſiccatorum,
Seminis Dauci Cretici ana drach. unam ſemis,
Apii,
Nucis moſchatæ,
Radicis Doronici,
Caſtorei ana drachm. unam,
Specierum diambræ incompletarum ſcrupulos duos,
Foliorum Rutæ ſiccorum,
Meliſſæ hortenſis ana manipulum ſemis,
Florum Liliorum convallium pugillos duos,
Viſci querni drachmam unam ſemis,
Ungulæ alces ſcrupulos duos,
Spiritus vini rectificati quantum ſufficit.

Infundantur per triduum, vel quatriduum vaſe vitreo probè clauſo, in loco calente, poſtea filtrentur, & in Balneo Mariæ ad juſtam conſiſtentiam abſtrahantur.

Valet in affectibus uterinis & cerebri, maximè ſi complicati fuerint, ut ſunt epilepſia ex utero, item in frigidis capitis morbis, uti ſopore, catalepſi, epilepſia, & apoplexia, item in ſuffocatione uterina, vertigine ex utero, &c.

Non exiguam partium ſpirituoſiorum jacturam huic Extracto contingere, equidem fatemur; non eam tamen, quæ ipſum omni virtute ſpoliare queat, quam ſatis efficacem in eo deprehendimus; uſus tempore, pro neceſſitate exigente, ſpirituoſis aliis, aut ipſo etiam abſtracto Spiritu, à Medico exaltandam.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Scammonii unciam ſemis,
Rhabarbari electi,
Seminis Ebuli ana drach. tres,
Colocynthidos drachm. quinque,
Agarici optimi drachmas tres ſemis,
Turbith albi,
Hermodactylorum ana drachmas duas ſemis,
Veratri nigri drachmas duas,
Foliorum Senæ unciam unam,
Spiritus vini quantum ſufficit.

Stent ſimul in infuſione, loco calido, colentur & exprimantur, in quo liquore diſſolvatur Aloës Socotrinæ uncia una ſemis, filtrentur, & Spiritum vini abſtrahendo, ad Extracti ſpiſſitudinem redigantur.

Omnes in univerſum humores expurgat, ac è longinqnis partibus potenter educit.

De Specierum Diambræ uncia una ſemis, quondam huic Extracto deſtinata videantur, quæ in Extracto Cnicopharmaco notata fuerunt.

EXTRACTUM PHLEGMAGOGUM QUERCETANI.

℞. Agarici trochiſcati uncias quatuor,
Hermodactylorum,
Turbith,
Senæ,
Medullæ Cartham. an. unc. tres,
Rad. Eſulæ præparatæ unciam unam,
Trochiſcorum Alhandal unciam ſemis,
Salis Gemmæ,
Macis ana drach. unam ſemis.

Cum Spiritu vini fiat Extractum.

Morbis

Morbis omnibus pituitosis, & à frigidis humoribus ortis convenit, hydropicos, arthriticos, podagricos, & epilepticos juvat.

De Speciebus Aromatici rosati, quarum drachmæ duæ quondam huic Extracto destinatæ fuerant, idem, quod supra de aliis consimilibus, notari poterit.

EXTRACTUM PILULARUM.

ARTHRITICARUM,
AUREARUM.
FOETIDARUM,

Cum Spiritu vini Species pro iis requisitas digerendo, filtrando & Spiritum abstrahendo parantur.

LAUDANUM OPIATUM.

℞. Opii Thebaici optimi uncias duas,
Succi Radicum Hyoscyami albi inspissati unc. unam,
Aceti Rosacei drachmas tres,
Spiritus vini rectificati tantum, ut digitis tribus superemineat.

Digerantur, sæpiùs in die agitando. Ubi sic aliquandiu steterint, filtrentur, & abstrahatur Spiritus vini, lege artis, lento igne, ut in fundo vasis crassamentum remaneat; cui addantur

Coralliorum rubrorum,
Margaritarum,
Succini albi ana præparat. scrupuli duo,
Essentiæ Croci Austriaci scrupulus unus.

Misceantur.

Mediæ ejus parti jungantur
Moschi orientalis scrupulus semis,
Ambræ griseæ grana septem.

Altera verò pars servetur sine Moscho & Ambra.

Hoc divinum remedii genus, quod à laude meritò nomen accepit, ob effectus stupendos in mitigandis acutissimis totius corporis doloribus, etiamsi à variis varios præparationis modos sortitum sit, hunc tamen multâ jam experientiâ comprobatum, Pharmacopœiæ nostræ porrò inserendum judicavimus, salvo tamen aliorum alibi judicio, quibus, quam velint, Laudani præparationem liberam relinquimus.

LAUDANUM OPIATUM CYDONIATUM.

℞. Opii in particulas conscissi libram semis,
Succi Cydoniorum recentis libras quinque.

Exponantur leni calori ad fermentandum per aliquot dies; liquor rubicundus filtretur, atque ad Extracti consistentiam inspissetur.


Nobile hoc Medicamentum Nob. Holsatiæ Medici, D. Joel. Langelotti, Naturam motu inordinato peccantem sedat, viribus deficientem reficit, doloribus & vigiliis consumtam refocillat, humores nimiùm effervescentes, & spiritus justo concitatiores compescit.

THERIACA COELESTIS.

℞. Herbæ Scordii,
Florum Centaurii minoris ana unciam unam,
Croci electi unc. dimidiam,
Radicis Angelicæ,
Bistortæ ana unciam unam,
Tormentillæ,
Zedoariæ ana unciam unam semis,
Castorei drachmas duas,
Opii drachmas tres,
Myrrhæ rubræ unc. semis,
Resinæ Styrac.calamitæ drachmas duas,
Camphoræ scrupulum unum,
Spiritus Terebinthinæ,
Olei Caryophyllorum ana drachmam semis,
Succini scrupulum unum,
Cinnamomi guttas sex,
Nucis moschatæ expressi,
Balsami Tolutani ana drachm. unam.

Herbæ, Radices & Castoreum cum Spiritus vini Mensura una in leni calore extrahantur; post factam decantationem, expressionem & filtrationem Spiritus subtilissimi unciæ duæ abstrahantur, & postquam reliqui Spiritus, ad alios usus servandi, ut & Phlegma separatim prolecta fuerunt, mellago in cucurbita remanens blando igne ad siccitatem evaporet atque pulverisetur. Porrò Opium in phlegmate solvatur, filtretur, atque ad priorem consistentiam exhalando redigatur; tandem in Spiritu primùm destillato, una cum Myrrha, Camphora, Styrace & Balsamo diluatur, Extractumque pulverisatum cum Oleis addatur.

Cum plures hactenus Theriacæ sic dictæ cœlestis compositiones in lucem prodierint, illaque apud nos quoque non rarò in usum ducatur, contractiorem talem, ex selectioribus ingredientibus concinnatam, & experientia probatam hîc comunicare volumus; cujus virtus, diaphoretica præcipue & anodyna, in variis morbis, in quibus Theriaca Andromachi, aliæque Chimica arte elaboratæ adhibentur, comendari meretur.



CLAS-

CLASSIS VIGESIMÆ PRIMÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

EXTRACTUM CHOLAGOGUM QUERCETANI.

℞. Rhabarbari uncias ſex,
Folliculorum Senæ uncias quatuor,
Scammonii unciam unam,
Spicæ Nardi Indicæ,
Sandali citrini,
Cinnamomi ana unciam ſemis,
Trochiſcorum de Berberibus drachmas duas;
Succi Roſarum pallidarum optimè depurati quantum ſatis.

Poſt juſtam digeſtionem omnia calidè exprimantur ac filtrentur, fiatque lege artis Extractum, cui addatur æquale pondus Balſami Aloëtici.

Benignè ac ſufficienter omnes humores ſeroſos calidos & biliosos expurgat.

Quamvis Extracti hujus apud nos nullus ampliùs ſit uſus, Scammonium tamen per ſe vini Spiritu extractum in fine parato jam medicamento eſſe addendum, unicè monere volumus.

Welſchio diſplicet, quòd in hoc Extracto Zvvelferus: 1. ex ingredientibus Trochiſcorum de berber. excludat Galiam moſchatam, gummi Arabicum & ſpodium, non item lignum aloës & maſtichen, quæ, quia reſinoſa ſunt, ſucco roſarum non poſſunt extrahi; 2. tantam ſucci roſarum quantitatem diſperdat; 3. reſinæ ſcammonii ʒvi. vel vii. loco dacrydii ℥i. ſumat, cum valde dubium ſit, utrum ex uncia una tot drachmæ reſinæ haberi poſſint; & dubia illa locutio indigna ſit Medico, qui præſertim in purgantibus iſtiusmodi violentis pharmacopœo non debet liberum relinquere, utrùm drachmas ſex vel ſeptem dacrydii aut ejus reſinæ admiſcere velit; 4. nimium olei, reſpectu ipſius cinnamomi, addat; 5. dicat: ſi lubet, adde etiam galiam moſchatam, qui recordari debuiſſet eorum, quæ in Electuario roſato Meſuæ ſcripſerat. Duplicem verò modum parandi ipſe proponit: 1. ut fiat extractum ex rhabarbaro & foliis ſenæ cum vini ſpiritu; cui addatur deinde reſina ſcammonii, extractum aloës & ſuccus roſarum pallidarum inſpiſſatus, cum oleis quibusdam aromaticis, quæ convenire videbuntur; quæ etiam in reliquis Extractis, ubi ſpecies odoratæ occurrunt, earum loco immiſcet. 2. ut miſceantur ſimul extractum rhabarbari, extractum foliorum ſenæ, reſina ſcammonii, aut potiùs dacrydium ipſum, quod longè melius purgat, quàm ſi extrahatur, ſuccus roſarum pall. extractum aloës, & add. olea aromatica, aut, ſi quis velit, pulvis ſpecierum præſcriptarum, quod tamen commodum non eſſe arbitratur.

EXTRACTUM HOLAGOGUM ANDERNACI.

℞. Colocynthidis drachmas ſex,
Turbith albi drachmas ſeptem,
Agarici albi & optimi drachmas quatuor,
Veratri nigri drachmas tres,
Eupatorii Meſuæ,
Foliorum Senæ ana drachmas quinque ſemis,
Scammonii drachmas quinque:
Rhabarbari electiſſimi drachmas ſeptem.

Omnia inciſa macerentur in ſufficiente quantitate Spiritus vini, qui debitè imprægnatus effundatur & remanentia exprimatur. Liquor filtretur atque ad extracti liquidioris conſiſtentiam abſtrahatur, in quo extracto Aloës præparatæ drachmæ decem diluantur, ſimulque agitando uniantur

tur, & ad debitam conſiſtentiam redigantur.

Generale eſt Medicamentum, cunctos in univerſum humores valenter à remotis partibus evocans ac expurgans, in febribus tamen continuis, ac morbis acutis haudquaquam ſecurum.

Aloë pro hoc Extracto ſic præparetur: Accipe Aloës optimæ libram unam, Aceti Roſacei quantum pro ea diluenda ſufficit; ſimul bulliant, colentur ac lento igne ad priſtinam Aloës ſpiſſitudinem reducantur.

Quæ de Speciebus Diambræ in Extracto Cnicopharmaco monuimus, huic quoque adplicari debent, ad quòd aliàs earundem uncia ſemis recipienda foret.

EXTRACTUM MELANAGOGUM QUERCETANI.

℞. Folliculorum Senæ uncias ſex,
Radicum Hellebori nigri præparati uncias duas,
Turbith,
Myrobalanorum omnium ana unciam unam ſemis,
Trochiſcorum Alhandali drachmas ſex,
Florum Violarum,
Roſarum rubrarum,
Epithymi ana pugillos duos,
Specier. Lætificant. Galeni drachmas duas,
Succorum optimè depuratorum,
Fumariæ,
Pomorum redolentium,
Seri lactis ana quantum ſatis eſt.

Inciſæ & contuſæ ſpecies in liquoribus jam dictis digerantur in Balneo, poſtea colentur, exprimantur, depurentur, ac in Extractum reducantur.


Atram bilem, & ſalſos, aduſtos & retorridos humores evocat: pſoræ, ſcabiei, ac elephantiaſi medetur.

De Speciebus lætificantibus Gal. idem, quod in præcedentibus de Speciebus Diarrhodon & Diambræ dictum fuit, notari poteſt.

Welſchius hoc Extractum ita parat, ut purgantia ſola cum vini ſpiritu, aut, ſi quis omnino vellet, cum ſero extrahantur, addanturque demum correctionis loco aromatica olea, ſuccos etiam, ſi quis deſideraret, inſpiſſatos admiſceat, quos tamen ſubtilioribus partibus orbatos eſſe admonet.



CLAS-



CLASSIS VIGESIMÆ SECUNDÆ, FECULAS, MAGISTERIA, SALIA, FLORES, CROCOS, VITRUM, PULVERESQUE ALIOS CHIMICOS EXPONENTIS,

SECTIO PRIMA, DE MEDICAMENTIS USUALIBUS.

SAL ABSINTHII.

℞. Abſinthii ſicci quantum vis. Comburatur in cineres albos, Sal extrahatur cũ aqua cōmuni calida, aliquandiu digerendo, poſtea aqua per inclinationē & filtrationem ſeparetur, idque, novam adfundendo aquam, eouſque repetatur, donec aqua lixivioſo ſapore ampliùs non imbuatur; tandem exhalando coaguletur, & denuo ſolutum, filtratum, atque donec pellicula in ſummitate concreſcere incipiat, evaporationi commiſſum, reponatur, ut in cryſtallos concreſcat, qui exſiccentur, & remanens liquor ulteriori cryſtalliſationi, evaporando & reponendo, adcommodetur.

Uſus hujus Salis, uti & reliquorum, ad aperiendas obſtructiones, humores craſſos attenuandos, viſcidos incidendos, ac putredinem expugnandam multùm cōmendatur. Hinc Medicamentis etiam diureticis & diaphoreticis magna cum utilitate admiſcentur.

Eo-

Eodem modo parantur & reliqua Salia sequentia, utpote:

SAL ANGELICÆ,
ARTEMISIÆ,
BETONICÆ,
CALENDULÆ,
CARDUI BENEDICTI,
CENTAURII MINORIS,
EBULI,
EUPHRASIÆ,
FRAXINI,
FUMARIÆ,
GENISTÆ,
GENTIANÆ,
HYPERICI,
JUNIPERI,
MELISSÆ,
ONONIDIS,
PIMPINELLÆ,
RUTÆ,
SCOLOPENDRII,
SCORDII,
TAMARISCI,
VALERIANÆ,
VERONICÆ,
VINCETOXICI,

SAL ACETOSELLÆ.

℞. Succi Acetosellæ expressi depuratique magnam quantitatem; quæ coquendo ad crassiorem consistentiam deducatur, & in locum frigidum reponatur, ut crystalli in eo concrescant, quibus exemtis, liquor reliquus ulterius inspissetur, & denuo ad crystallisandum reponatur. Tandem collectum Sal illud, in aqua solvendo, filtrando & coagulando, depuretur.

Sal hoc, quod ESSENTIALE vocari solet, hepati inprimis dicatum est.

SAL CORALLIORUM.

℞. Corallia rubra soluta, i. e. Acetum destillatum Coralliis adfusum & sufficienter iisdem imprægnatum, filtretur, atque ad siccitatem usque coaguletur.

Confortandi & sanguinem mundificandi vires habere creditur.

Eodem modo etiam OCULI CANCRI in ejusmodi corpus salinum convertuntur.

Nephritica virtus inprimis ei adscribitur.

SAL NITRI FIXUM.

℞. Nitri depurati quantum libet. In crucibulo benè ignito ad fluorem perducatur, & successivè particulæ carbonum injiciantur, usque dum flammam ampliùs non concipiant, tunc in mortarium calefactum effundatur; quod in cella per deliquium solutum, ac filtratum vocatur LIQUOR NITRI FIXI.

Viribus cum aliis Salibus alcalinis fixis convenit, tam medico, quàm chimico usui adaptandum.

SAL PRUNELLÆ, seu NITRUM DEPURATUM.

℞. Salis Petræ depurati libram unam.

Exsiccatum & tritum in sartagine igni imposita liquefiat, cui dein pedetentim injiciatur florum Sulphuris uncia una; quo deflagrato, tandem Nitrum in vas ferreum, vel æneam pelvim priùs probè excalefactam effundatur, ut frigore concrescat.

Refrigerandi vi pollet, unde febribus & inflamationibus opitulatur, nec non diureticas vires possidet.

Alii & fortaſſe majori cum commodo ſolùm Nitrum depuratiſſimum reddunt, reiteratis ſolutionibus, filtrationibus & coagulationibus.

SAL, ſive SACCHARUM SATURNI.

℞. Cinerem ſive calcem Plumbi aperto igne ſine alio adjecto præparatam; ex qua Sal cum Aceto deſtillato extrahe, quod filtratum exſiccetur.

Extrinſecus uſurpatum mira præſtat in ulceribus cancroſis, malignis, corroſivis & ſimilibus; contra ambuſta etiam, inflammationes, puſtulas faciei rubras utiliſſimum eſſe judicatur.

Quidam Saccharum Saturni vocant Pulverem ex Plumbo dicta ratione ſoluto præcipitatum, inſtar Ceruſſæ vulgaris ſe habentem; quem tamen nos in noſtris Pharmacopoliis non requirimus.

SAL TARTARI FIXUM.

Sternitur Tartarus in vaſe terreo non vitreato plani fundi ad craſſitiem digiti; Reverberatur poſtea, ad albedinem usque, tum perfunditur aquâ communi, filtratur & coagulatur.

Ex hoc Sale per deliquium ſoluto, fit OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM vocatum.

Digerit & aperit, unde hypochondriacis & nephriticis auxiliatur.

SAL TARTARI VOLATILE.

Fæces Vini, poſt factam ex eis Spiritus abſtractionem, ſuper aſſeres effundantur, & in loco umbroſo ſenſim exſiccentur; tum in retorta arenæ impoſita, igne gradatim adhibito deſtillentur. Sal volatile prolectum cum aquæ particula ſolutum & per filtrum priùs aquâ madefactum ab Oleo ſeparatum, additis cineribus, ſublimando ex phiola, depuretur.

Vires ſunt diureticæ & diaphoreticæ. Hinc in febribus intermittentibus, ac hydrope magnoperè deprædicantur.

SAL VITRIOLI VOMITORIUM ANGELI SALÆ.

℞. Vitrioli Ungarici cœrulei & optimi quantum vis, calcinetur in crucibulo, donec in pulverem brunnum ſeu obſcurè purpureum abeat; quod in aquæ com̄unis ſufficiente quantitate ſolutum trajiciatur per chartam emporeticam, & igne lento exſiccetur in Sal coloris quodammodo incarnati, quod pulveriſando in albedinem convertitur.

Ad vitioſos humores circa præcordia hærentes, vel ipſis ventriculi tunicis impactos educendos egregiè valet.

SAL CORNU CERVI SUCCINATUM.

Sali Succini volatili rectificato, & in aqua fontana ſoluto, ſumendo

do, quantum libuerit, adfundatur Spiritus Cornu cervini rectificatus, vel ejusdem Sal volatile injiciatur, usque dum non ampliùs effervescant. Liquor hic coaguletur, &, si opus fuerit, denuò in aqua solvendo, & filtrando depuretur, iterumque exsiccetur.

Salis hujus uncia dimidia in Aquæ Cerasorum nigrorum uncia una semis soluta, pro LIQUORE CORNU CERVI SUCCINATO inservire potest.

Vires ejus sunt inprimis antepilepticæ, multisque aliis nominibus commendandæ.

CREMOR, ET CRYSTALLI TARTARI.

℞. Tartari albi aquâ calidâ aliquoties ab impuritatibus externis abluti, & in pulverem subtilem contusi libras duas: Coquendo in sufficiente quantitate aquæ fontanæ in vase figulino dissolvantur, & fervens adhuc decoctum trajiciatur per manicam Hippocratis in aliud vas firmum. Ubi refrixerit, Crystallos exhibet, in superficie autem liquoris crustam Cremoris nomine notam; qui cum Crystallis frigidâ fontanâ aquâ abluatur, & exsiccatus super porphyrite in pulverem albissimum conteratur.

Tartarus hic depuratus crassos & viscidos humores incidit, aperit, obstructionibus ideo hepatis & lienis commendatus.

ARCANUM DUPLICATUM.

Extrahitur cum aqua calida ex capite mortuo, à destillatione Aquæ fortis, ex Vitriolo & Nitro paratæ, residuo, qui liquor dein decantetur & post filtrationem ac debitam exhalationem reponatur, ut in crystallos concrescat, qui exsiccentur.

Quodsi Caput mortuum in destillatione prægressa non satis calcinatum fuerit, & ita vitriolicum quid conjunctum adhuc habuerit, quod ex sapore & colore liquoris imprægnati cognoscitur, ulteriori calcinatione, vel Liquoris Nitri fixi instillatione, pro hoc negotio priùs adcommodari poterit.

Idem etiam Medicamentum commodè paratur, si Vitriolum in aqua solvatur, & Liquoris Nitri fixi tantum adfundatur, quantum ad partis metallicæ ex Vitriolo præcipitationem satis est; postea liquor filtretur, & post debitè factam exhalationem ad crystallisandum reponatur.

Arcani duplicati sub nomine à Mynsichto traditum hoc medicamentum, quod aliàs etiam Panacea Holsatica &c. audit, aperiendi, incidendi, urinam & sudores movendi virtute pollet; unde in obstructionibus hypochondriorum, calculo, febribus, aliisque morborum generibus utile exsistit.

TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Olei Tartari per deliquium ſoluti & purificati uncias quatuor.

Huic Spiritus Vitrioli tantum guttatim inſtilletur, usque dum non ampliùs invicem efferveſcant, poſtea, humiditate lento calore evocatâ, exſiccentur.

Generale ferè digeſtivum ad omnes obſtructiones ſolvendas, in calculo, nephritide, ictero, menſium retentionibus, febribus, hydrope, ſplenis duritie, multo cum fructu exhibetur.

SPIRITUS VITRIOLI COAGULATUS.

℞. Salis Abſinthii cryſtallini, & depurati ſufficientem quantitatem, huic adfunde Spiritûs Vitrioli tantum, ut cum eo ſecundùm artem coagulari, & uniri poſſit, prævalente tamen Spiritu Vitrioli.

Vires aperiendi poſſidet.

VITRIOLUM MARTIS.

℞. Limaturam Martis quantum libet.

Cui ſuperfundatur Spiritus Vitrioli cum tripla aquæ fontanæ quantitate dilutus, ut aliquot digitos ſupereminеat; digerantur in loco calido, usque dum efferveſcere deſinant; liquor filtratus ultra dimidium, vel quousque pelliculam in ſummitate contrahat, exhalet; ſic in frigido concreſcent cryſtalli viridiusculi, qui exſiccentur, remanens verò liquor ulteriùs, pro Vitriolo exin colligendo, debitè exhalet.

Præter vires aperiendi, quas habet, uſus ejus eſſe poteſt ad Crocum Martis inde parandum.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Croci metallorum,
Cryſtallorum Tartari ana unciam unam.

Cum aquæ fontanæ libra una per biduum digerantur, ac poſtea, factâ in arena ebullitione, filtrentur, liquor filtratus ad evaporandum reponatur, & Tartarus concreſcens exſiccetur.

Uſus ex nomine patet; medicamentum eſt, ſi debitè à Medico prudente adhibeatur, multis nominibus commendandum.

CAUTERIUM POTENTIALE.

℞. Cineris clavellati,
Calcis vivæ ana quantum placet.

Cum aqua fontana aliquandiu macerata filtrentur, & coctione inſpiſſentur; poſtea in vitro optimè clauſo ab aëre, ne in eo liqueſcat, Sal hoc ſervetur.

Potiſſimus ejus uſus eſt in fonticulis excitandis.

ELÆOSACCHARUM ANISI.

℞. Pulveris Sacchari albi unciam unam,

Olei Anisi scrupulum unum.
Exactè misceantur.

Eodem modo paratur:
ELÆOSACCHARUM AURANTIORUM,
CARVI,
CINNAMOMI,
CITRI,
FOENICULI,
MACIS,
NUCIS MOSCHATÆ.

FÆCULA RADICIS ARI.

℞. Radicum Ari succulentarum, à sordibus & externa pellicula liberatarum, quantum libet. Minutim incisæ & contusæ, ex sacco lineo, sub prælo fortissimè exprimantur, & succus expressus in vase vitreo, vel fictili vitreato in loco frigido reponatur, ut pulvis albissimus subsideat, à quo liquor supernatans per inclinationem separetur, Fæcula verò remanens in umbra exsiccetur.

Ad humores tartareos, ac tenaces dissolvendos, duritiem & obstructiones viscerum progenerantes, adhibetur.

Ita etiam se habet præparatio:
FÆCULÆ BRYONIÆ,
IREOS,

MAGISTERIUM HEPATICUM RUBRUM.

℞. Crystallorum Tartari subtilissimè tritorum uncias sex,
Salis Acetosellæ drachm. duas.

Tingantur, imbuendo cum sufficienti quantitate Tincturæ Sandali rubri, Spiritu Vini, cum Vitrioli Spiritu acidulato, extractæ, iterumque exsiccentur.

Digestivum est celebre & stomacho ac hepati confortando dicatum.

MAGISTERIUM JALAPÆ.

℞. Radicum Jalapæ quantum libet.

Crassiusculè contusis adfundatur Spiritus Vini optimè rectificatus, ut tres vel quatuor digitos supereminerat. Stent in infusione in loco calido per aliquot dies, postea colentur cum forti expressione, extractionem hanc toties repetendo, quousque spiritus vini non ampliùs tingatur; tandem conjunctis & filtratis adfundatur aqua fontana, & spiritus vini destillando separetur; resinosa substantia Jalapæ in fundo cucurbitæ hærens aquâ clarâ aliquoties lavetur, siccetur, & pulverisetur. Liquor autem reliquus tinctus ulteriùs inspissetur, qui est EXTRACTUM MECHOACANÆ NIGRÆ superius folio 302. denominatum.

Serosos biliosos que humores commodè evacuat, delicatulis & cætera pharmaca aversantibus maximè adcommodum.

Eodem modo paratur MAGISTERIUM SCAMMONII, seu PULVIS SYRIUS dictus.

MAGI-

MAGISTERIUM SULPHURIS, seu LAC EJUSDEM.

℞. Florum Sulphuris unc. unam,
Salis Tartari uncias tres.

Misceantur, & cum aquæ comunis libris tribus bulliant, usque dum Sulphur solutum sit: postea filtrentur calidè per chartam emporeticam, & superfusa aceti destillati sufficiente quantitate præcipitabitur pulvis lacteus Sulphuris; qui postquam subsederit, liquore supernatante depleto, cum aqua fontana debitè edulcoretur, & exsiccetur.

Pectorale est medicamentum, in phthisi præcipuè comendatum, dum pulmonis ulcus exsiccat, & putredini resistit.

MAGISTERIUM GUMMI GAMANDRÆ VITRIOLATUM MINDERERI.

℞. Gummi Gamandræ quantum volueris. Dissolve cum sufficiente quantitate Spiritus Vitrioli in vase vitreato, ut instar pulmenti fiat, postea in arena exsiccetur, cavendo ne nigrescat, sed colorem suum nativum ut reservet luteum.

In corpore à serosis & pituitosis humoribus purgando conducit.

CROCUS SOLIS.

℞. Foliorum Auri drachmas duas,
Nitri depurati,
Salis communis ana uncias quatuor,
Aluminis uncias duas.

Cum aqua fontana ad eminentiam sex digitorum adfusa, coquantur in ollula nova vitreata ad siccitatem, sub finem augendo ignē, coagulum hoc iterum cum aqua solvatur, filtretur, & Oleum tartari p. d. instillando, præcipitetur in pulverem, qui cum multa aqua edulcoratus, & exsiccatus, in crucibulo, leni igne calcinetur in Crocum purpureum.

Diaphoretica & cordialis virtus in eo deprædicatur.

Crocus hic Solis quamvis Aluminis quasdam particulas terreas contineat, cùm tamen hæ sint innocuæ, aurearumque operationi haud contrariæ, Crocum hunc, ut quibusdam nostrorum usitatum, Operi nostro inserere voluimus. Ipsa verò Auri ejusmodi per salia solutio, diverso eorum observato pondere, jamdudum innotuit; qualis ex. gr. in Joh. Dan. Mylii Basilica chim. & Joh. Hartmanni Praxi chim. occurrit. Nos Tackenianum modum, in Hippocr. chim. descriptum, utpote nimiâ Aluminis misturâ haud oneratum, sequi voluimus.

CROCUS MARTIS ADSTRINGENS.

℞. Limaturæ Martis quantum lubet.

Igne reverberii eò usque calcina, donec spongiosa in superficie adpareat, ac in florem rubicundissimum abeat.

Usus ejus est in diarrhœa, dysenteria, aliisque fluxibus coërcendis.

CROCUS MARTIS APERIENS.

℞. Limaturæ ferri unc. unam.

Dissolve in Spiritus Vitrioli sufficiente quantitate, postea exsicca, & leni igne in pulverem rubicundum calcina.

Vires ejus in ictero, hydrope, cachexia, & hypochondriaco adfectu curando versantur.

CROCUS METALLORUM.

℞. Antimonii electi,
Nitri ana libram unam.
Minutissimè trita, & mixta, in crucibulo vel catino firmo detonentur, postea massam exemtam in aqua solvendo, pars subtilior eluatur, ac postquam hæc subsederit, aqua decantetur, novâque adfusâ aquâ pulvis probè eluatur, liquor autem decantatus & cum Aceto præcipitatus dat SULPHUR ANTIMONII AURATUM DIAPHORETICUM, communiter sic dictum.

Crocus hic, ut emeticum medicamentum, ubi mitiora locum non habent, multa cum utilitate exhiberi potest. Unde in doloribus capitis, ab impuritate ventriculi illud lancinantibus, in epilepsia, in vermibus cujuscunque generis usus ipsius insignis, cautè tamen adhibendus, esse poterit.

CORNU CERVI PHILOSOPHICE, seu ABSQUE USTIONE CALCINATUM.

℞. Cornu Cervi in majora frusta secti quantum placet. Coquantur in sufficiente quantitate aquæ fontanæ, donec mollescant; postea medulla & cortex exterior nigricans cultro separentur, & cornu albicans exsiccetur. Aqua verò à coctione remanens, post depurationem, ulteriori cocturâ Gelatinam exhibet.

Confortandi vires, aliasque Cornu cervino crudo adscriptas possidet.

Eodem modo calcinatur UNGULA ALCES, & CRANIUM HUMANUM.

Quidam frusta Cornu Cervini in collo vesicæ aut cucurbitæ, in qua Aquæ destillantur, suspendunt, ut ita vapore Aquæ ascendente paulatim emolliantur.

CORNU CERVI AURATUM.

℞. Croci Solis scrupulos quatuor,
Cornu Cervi philosophicè præparati unciam unam.
Misce.

Vires cordiales esse perhibentur, unde in variolis, morbillis, febribusque malignis ad malignitatem corrigendam & per sudorem expellendam adhibetur.

FLORES ANTIMONII.

℞. Antimonii selecti libr. unam. Tere in subtilem pulverem, & ex vase terreo in aludel, sive ollas artificiosè sibi incumbentes, applicato supernè alembico rostrato, sublima secundùm artem, dando ignem moderatum, ne Antimonium fluat, Floresque diversi coloris separatim colligendo, & servando.

Emeticum præbent vehementissimum, unde non nisi cautè exhibendi.

FLORES SALIS AMMONIACI.

Sal ammoniacum in sufficiente quantitate aquæ calidæ solvatur, &

& filtretur; poſtea in locum frigidum reponatur, & Flores in aqua ſubſidentes exſiccentur; liquor verò remanens pro ulteriori florum collectione, per exhalationem concentretur.

Præter virtutem diaphoreticam, in febribus inprimis proficuam, etiam hypochondriacis utiliter uſurpantur.

FLORES BENZOINI.

℞. Benzoë tritum, & cum æquali arenæ parte mixtum, ollæ rotundæ impone, cujus orificium duplici chartâ emporeticâ, convolutâ in modum pyramidis vel manicæ Hippocratis, claude, poſtea igne ad ſublimationem idoneo ſuppoſito, flores niveos ſæpius collige.

Difficili reſpirationi, à craſſis pulmoni impactis humoribus obortæ medentur.

FLORES SULPHURIS SIMPLICES.

℞. Sulphuris communis in fruſta confracti uncias duas.

Injice in cucurbitam terream vitreatam, & impoſito alembico vitreo ex arena ſublima, igne non nimiùm intenſo, ne Sulphur fluat; quod ita in flores ſublimabitur; qui repetitis ſæpe alternis alembicorum vicibus ſunt colligendi, & denuo Sulphuris ſubinde aliquid cucurbitæ immittendum, quousque ſufficiens florum quantitas collecta fuerit.

In tuſſi, phthiſi & aſthmate inprimis laudantur.

FLORES SULPHURIS COMPOSITI.

℞. Florum Sulphuris uncias duas,
Aloës hepaticæ,
Myrrhæ ſelectæ ana unciam unam,
Croci ſcrupulum unum.

Terantur in pollinem ſubtiliſſimum & ſerventur ad uſum.

In peſte, præſervationis loco, pleuritide, aliisque morbis conveniunt.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Antimonii optimi libr. unam,
Salis Petræ depurati & ſiccati libras tres.

Pulveriſata & bene mixta in crucibulum ignitum ſucceſſivè injiciendo detonentur, quo peracto, aqua fontana frigida copioſa maſſa diluatur, & commovendo pulvis ſubtilior cum ea decantetur, exſiccandus, poſtquam reſederit, & probè edulcoratus fuerit.

Aqua verò exhalando ſuppeditat NITRUM ANTIMONIATUM, quod ſeorſim pro uſu eſt adſervandum.

Sanguinem purificat: Ideo in febribus malignis laudatur, nec non ad interiora apoſtemata, in lue venerea recenti, vitioſisque humoribus per habitum corporis diaphoreſi in plurimis morbis ejiciendis. Vid. Ephemerides Naturæ Curioſorum Dec. I. Ann. 3. obſ. 72.

BEZOARDICUM MINERALE.

℞. Mercurii vitæ uncias ſex,
Nitri depurati libram unam ſemis.

Calcinando & dulcorando paretur ad modum præcedentis Antimonii diaphoretici, cum quo etiam quoad vires convenit, in minori tamen doſi easdem exſerens.

Vires diaphoreticæ & alexipharmacæ præcipue in eo deprædicantur.

Quamvis aliàs Spiritus Nitri, & quidem iterata aliquoties abſtractione à Mercurio vitæ, vel potiùs Butyro Antimonii parari ſoleat. Cùm tamen etiam hoc tradito modo Calx hæc Antimoniata ſufficienter figatur, ad mentem Excell. D. D. Georg. Wolffg. Wedelii, in Pharmac. in artis form. redact. lib. 1. ſect. 3. cap. 5. eundem ut tutum ſatis, & facilem, ac compendioſum ſequi volumus.

SPECIFICUM ANTIFEBRILE STROBELBERGERI.

℞. Matris perlarum, i. e. Conchæ margaritiferæ electæ & depuratæ quantum libet.

Coquantur per horam in aqua communi, poſtea exſiccentur & paululùm ad albedinem calcinentur.

Uſus ejus eſt in febribus intermittentibus, præcipuè tertianis.

SPECIFICUM ANTIHECTICUM POTERII.

℞. Reguli Antimonii unc. ſex.

Fluant in crucibulo, tum injiciantur Stanni puriſſimi unciæ tres, effundantur, & in pulverem reducantur; poſtea cum tripla Nitri quantitate, ad modum Antimonii diaphoretici calcinentur, edulcorentur, & ſiccentur.

In hectica, phthiſi, & uterinis morbis utiliter uſurpatur.

Variæ hujus ſunt deſcriptiones, ut de genuina meritò dubitetur. Nobis tamen hæc modò allata ut multiplici experientiâ comprobata in frequenti uſu habetur.

SPECIFICUM STOMACHICUM POTERII.

℞. Apicum clavorum equinorum libram ſemis,
Antimonii electi libram unam.

Mixta per vices indantur crucibulo benè ignito, & poſtquam igne aucto fluere inceperint, Nitri pulveriſati unciæ ſex pedetentim injiciantur, factáque detonatione, in conum fuſorium calefactum & ſevo illitum effundantur; tum

℞. Reguli hujus à ſcoriis mundati e. g. uncias octo,
Nitri depurati libras duas.

Benè invicem mixta & contrita, uti Antimonium diaphoreticum, calcinentur, edulcorentur, & ſiccentur.

Quamvis ſtomachum præcipuè reſpiciat hoc medicamentum, plurimis tamen aliis quoque morbis mederi, prudentem Medicum latere nequit.

PULVIS CACHECTICUS D. LUDOVICI, ſive SPECIFICUM STOMACHICUM RUBRUM.

℞. Pulv. Antimonii electi unc. ſex,
Limaturæ Martis puræ uncias quatuor,
Nitri depurati libras duas ſem.

In crucibulo benè ignito fiat, continuam inter agitationem, detonatio; materia exemta, rejectis circa oras crucibuli ſcoriis adhærentibus, edulcoretur & exſiccetur.

Præ-

Præstans est medicamentum in cachexia, ictero, dysenteria maligna, & ersiypelate.

MAGNESIA ALBA.

℞. Lixivii Nitrariorum quantum placet.

Coquatur in olla capaci ad partium aquosarum exhalationem, postea calcinetur, & edulcoretur.

Pulvis hic Româ primùm in Germaniam delatus ibi il Polvere del Conte di Palma vocatur, atque egregias in morboso corporis humano acido ac austero corrigendo vites exserit; quo etiam dulcificato, per alvum blandè vitiosos humores evacuat, ut etiam PANACEÆ SOLUTIVÆ epitheto nimis liberaliter à quibusdam condecoretur.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii purificati,
Vitrioli calcinati,
Salis depurati & decrepitati ana libram unam.

Subigantur cum pauxillo Aquæ fortis, aut modico aceto; exsiccata terantur & misceantur in mortario lapideo cum pistillo ligneo tamdiu, donec Mercurius non amplius conspiciatur, & unà cum prædictis speciebus in pulverem abeat. Trita materia in cucurbita cum alembico, dando in arena ignem per gradus ad octo vel decem horas, sublimetur.

Præter usum Chimicum, externè etiam, in aquis convenientibus solutus, ad ulcera inveterata, gallica, &c. adhibetur.

MERCURIUS DULCIS.

℞. Mercurii sublimati præcedentis uncias sex,
Argenti vivi & benè purgati uncias quatuor, vel quantum Mercurius sublimatus per trituram recipere potest, ut in pulverem cineritium simul abeant, qui in cucurbita, igne arenæ per gradus adhibito, sublimetur, & pulvere rubro in fundo, ut & albo vitri collo adhærente rejecto, solum coagulum crystallinum pulverisetur, atque cum aqua calida, ad inhærentes fortè particulas corrosivas tollendas, elotum exsiccetur.

In sanguine, præsertim ab impuritatibus venereis, mundando, vermibusque enecandis usurpatur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii uncias quatuor.

Dissolve in Aquæ fortis sufficiente quantitate, postea aquâ salsâ in album pulverem præcipita; qui ab omni salsedine & acrimonia debite cum aqua communi eluatur & exsiccetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS FLAVUS, sive TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercurii purificati uncias quatuor,
Spir. Sulphuris rectificati uncias octo.

Misce, & digere per biduum in arena; deinde per retortam destilla cum tribus cohobiis, ultimò igne vehementi, ut retorta candeat. Massam relictam tere, & aqua fontana calida sæpius ablue, donec Præcipitatum videas versum in pulverem flavissimum, & insipidum, qui exsiccetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii purificati libram semis.

Dissolve in aquæ fortis sufficienti quantitate, destilla ex retorta in arena ad siccitatem, igne forti ad extremum administrato. In fundo hærebit pulvis ruber præcipitatus..

Mercurii hi præcipitati in corpore, lue venereâ inprimis infecto, supernè & infernè purgando (sed non sine magna cautione usurpandi) operantur.

REGULUS ANTIMONII.

℞. Antimonii electi libras duas,
Tartari libram unam semis,
Nitri uncias sedecim.

Misceantur, & in crucibulo ignito detonentur, postea igne suppressionis adhibito in fluorem deducantur, in conum fusorium calefactum & sebo illitum effundantur, conum, ut in fundum abeat Regulus, concutiendo, tandem scorias ab eo separando, & Regulum aquâ abluendo, ex scoriis verò aqua solutis Crocum metallorum, atque per præcipitationem crocum emeticum, vulgò SULPHURIS AURATI DIAPHORETICI nomine notum, separando. Vid. etiam supra pag. tit. Crocus metallorum.

Usus Reguli hujus est ad scyphos vomitorios conficiendos, aliosque labores chimicos pariter & medicos.

VITRUM ANTIMONII HYACINTHINUM.

℞. Antimonii Ungarici subtilissimè triti quantum libet. Calcinetur in humili olla non vitreata supra ignem lentum, donec fumum ampliùs non emittat, & in pulverem cineres colore referentem convertatur, rutabulo in extremo reflexo interea sedulò agitando, atque, in grumos fortè si concrescat, iterum terendo, & ulteriùs calcinando. Tum pulvis griseus in crucibulo, furno anemio imposito, forti igne liquetur, &, ubi colorem debitum pellucidum, quod ex massula ferro intincto adhærente cognoscendum est, adquisiverit, mox supra pelvim æneam, vel in modulum pro libitu effigiatum effundatur.

Morbis, quibus fortioris vomitus concitatio prodest, infusum cum eo factum opitulatur.



CLAS-

CLASSIS VIGESIMÆ SECUNDÆ
SECTIO SECUNDA,
DE
MEDICAMENTIS MINUS USUALIBUS.

SAL CORALLIORUM.

℞. Corallia post extractionem tincturæ residua, calcina cum sulphure aliquoties, donec scilicet in cineres planè vertantur. Ex his superfusâ aquâ communi destillatâ calidâ, sal extrahatur, liquorem eo imbutum à fæcibus per filtrum separando, & usque ad cuticulam evaporando., ut in frigido loco in crystallos concrescat.

FÆCULA, vulgò GERSA, seu CERUSSA SERPENTARIÆ.

Ex radicibus Serpentariæ majoris ab extimo cortice nigro mundatis, ac in lapidea pila tusis, succus exprimitur, qui in vitro, vel vitreata catino probè tectus in Sole, vel leni calore siccetur.

MAGISTERIUM CORALLIORUM.

℞. Coralliorum quantitatem sufficientem.

Superinfuso Aceto destillato, in calore fiat eorum solutio, toties Acetum adfundendo, quousque ebullitionem concitaverit. Liquori filtrato instilletur Oleum Tartari, ut pulvis præcipitetur, qui aquâ fontanâ probè edulcoratus siccetur.

Eadem ratione parari solent:

MAGISTERIA GRANATI,
HYACINTHI,
MARGARITARUM,
MATRIS PERLARUM,
OCULORUM CANCRI,
SMARAGDI.

Monere hoc loco operæ pretium duximus: Corpora Lapidum pretiosorum, utpote Granati, Hyacinthi, Smaragdi, &c. ad faciliorem obtinendam eorum solutionem priùs cum duplo Salis Petræ secundùm artem calcinanda, iterumque aquâ calidâ adfusâ aliquoties abluenda esse.

MAGISTERIUM CORNU CERVI.

℞. Limaturæ Cornu Cervini ex apicibus justo tempore collecti uncias sex.

Irroretur cum Spiritu Nitri, postmodum superfundatur Acetum Vini destillatum, stent per aliquot dies in digestione, deinde colentur, ac instillato Spiritu Vitrioli rectificato præcipitabitur pulvis, qui frequentioribus ablutionibus edulcoretur, & exsiccetur.

Ita etiam fiunt:

MAGISTERIA UNGULÆ ALCES,
CRANII HUMANI.

CROCUS MARTIS CROLLII.

℞. Scoriam ferri cœruleam, tere in pulverem minutum, pone in vitro, adfunde Acetum vini destillatum acerrimum, stet in calore mediocri per quatuordecim dies, & tingetur colore rubro, filtra & abstrahe in Balneo, remanet materia rubra, à qua ter vel quater aqua pluvialis abstrahitur, ut sapor aceti evanescat.

Conducit in sistendis fluxionibus intempestivis menstruis, in dysenteriis, diarrhœis, atque hæmorrhagiis.

FLORES SALIS AMMONIACI.

℞. Salis Ammoniaci libram unam,
Squamæ Ferri uncias decem.

Misce diligenter, & ex cucurbita in arena sublima secundùm artem.

Insigne sudoriferum in febribus præsertim quartanis, & aliis morbis diaphoresin exigentibus suppeditant.

TURPETHUM MINERALE MYNSICHTI.

℞. Mercurii sublimati quantum vis. Solve illum in aqua pluviali calida, solutioni filtratæ guttatim infunde tantum Olei salis tartari per deliquium facti, quantum sufficit ad pulveris rubentis præcipitationem; quem edulcoratum exsicca. Qui velit eundem ulterius corrigere, cohobando cum aqua Mellis rectificata sex vel septem vicibus, ac tandem rectificatum Spiritum vini desuper accendendo, per nos faciat, quamvis etiam sine hoc labore non magis nocere valeat.



APPEN-



APPENDIX ALIQUOT MEDICAMENTORUM, QUÆ MULTO USU NOBIS PROBATA SUNT.

PULVIS ANTISPASMODICUS.

℞. Concharum præparatarum,
Nitri cryſtalliſati ana unciam unam,
Tartari Vitriolati,
Cinnabaris bonæ nativæ præparatæ ana unciam ſemis.
Miſce, fiat pulvis.

Pulvis hic in temperanda bilis acrimonia, mitigandis humorum motibus orgaſticis, illorumque inordinato & inæquali circulo in ordinem redigendo ſingularem efficaciam poſſidet.

BALSAMUM VITÆ.

℞. Spiritus Vini rectificatiſſimi libram unam.
Ol. deſtill. puriſſimorum,
Anthos,
Majoranæ,
Lavendulæ ana drachm. duas,
Squinanthi,
Ligni Rhodii,
Caryophyllorum ana ſcrupul. duos.

In vitro forti capaci modicè calefacto locô ſiccô calidô Spiritui vini alcholiſato olea ſenſim inſtillentur, vitrum charta non nimis arctè deligatum reponatur per triduum in loco temperatè calido, cavendo, ne comixtio fiat repentina, calorque loci non ſit exceſſivus: Secùs periculum foret, ut vitrum creparet, & labor ſimul ac pretium perderetur.

Balſamum hoc ſeu Spiritus tenuiſſimis ſulphureis vegetabilium particulis ſaturatus non ſolum mirâ ſuaveolentiâ ſe commendat, ſed etiam in morbis cerebri ex atonia nervorum, fluidorum circulantium inertia, & lentore, ſpirituumque animalium inopia tum interno tum externo uſu inſignis eſt præſtantiæ.

SPIRITUS MINERALIS ANODYNUS.

℞. Spiritûs Vini ſuper
Flores Sambuci,
Millefolii ana,
Bis cohobati libras tres,

Olei Vitrioli uncias duas,
Spiritus Nitri fumantis unciam unam.

In vitro denso & capaci per triduum digerantur, fiat postea per cucurbitam leni igne destillatio, eademque tertia vel quarta vice repetatur, donec Spiritus omnem acrimoniam acidam deposuerit.

In hoc Spiritu Sulphur minerale cum sulphurea substantia vegetabili amico connubio junctum in morbis spasmodicis & convulsivis ex salina fluidorum circulantium acrimonia irritante pronatis, ad demulcendas dolentissimas fibrarum spasticas inspaturas, singularium est virium: Sedat spirituum anomalias, somnumque blandè invitat, nec de narcosi, cujus infamiâ quæcunque ex opio qualicunque demum artificio elaborata laudana laborant, suspectus est, cerebro minimè officit, imo spiritus animales seu fluidum cerebri illud tenuissimum elasticum reficit.

SPIRITUS SALIS ARMONIACI VINOSUS LAVENDULATUS.

℞. Herbarum & florum Lavendularum ana pugillos sex.
Salis armoniaci uncias duas,
Tartari fixi drachm. sex.

Mixtis contus. concis. affunde spiritûs vini simplicis libras tres & in cucurbita capaci, capitello bene lutato destilla leni igne, donec liquor turbidulus ascendere cœperit: Spiritus destillatus in vitro probe custodiatur.

Spiritus hic sub nomine Aquæ anodynæ Viennensis apud nos olim notus in morbis rhevmaticis ex lentore humorum, & languente tubulorum fibrarumque musculosarum tono pronatis, ipsâque sic dicta arthritide frigida tum usu topico tum etiam prudenti interno plurimum se comendat.

TINCTURA MARTIS HELLEBORATA D. WEDELII.

℞. Limaturæ martis finissimæ,
Tartari albi crudi electi ana uncias quatuor,
Fibrarum hellebori nigri uncias duas.

Grosso modo pulverisatis affunde Aquæ fontanæ sufficientẽ quantitatem, stent per aliquot dies in vitro bene tecto, dein coquantur in lebete ferreo & spatula lignea agitentur, donec liquor evadat ferruginei coloris, ab igne remota stent ad spontaneam fæcum subsidentiam, liquor clarus decantetur & filtretur, lenique igne inspissetur, donec saturatè fuscus vel nigricans color in guttis observetur, ab igne remota & frigefacta cum subtriplo Spiritûs cochleariæ misceantur.

Tinctura hæc, quæ Clarissimum Wedelium, insigne olim decus Electoralis universitatis Jenensis, pro Authore agnoscit, in morbis ex vappescentia & lentore Massæ sanguineæ pronatis, in cachexia, chlorosi, affectione hypochondriaca, splenis & hepatis obstructionibus laudatissimæ est virtutis.

INDEX

INDEX GENERALIS
PROLEGOMENORUM ET CLASSIUM.

PROLEGOMENORUM


INDEX SPECIALIS COMPOSITORUM MEDICAMENTORUM.


Cantha-

Nardi-

Sac-

Syru-





TAXA,

Sive

PRETIUM

MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM, ET COMPOSITORUM,

In Officinis Pharmaceuticis Auguſtanis uſualium.



TAXA.

SYRUPI, MELLA, JULEP, MIVÆ AC ROB.

		Flor.	Cruc.
Syrupi de Abſinthio	Uncia ſemis	—	4
Althææ Fern.	-	—	4
Anticauſodici	-	—	4
de Artemiſia	-	—	4
Corticibus Aurantiorum	-	—	4
florum Bellidis	-	—	4
de Berberibus	-	—	3
Boragine	-	—	3
ſucco Cardui benedicti	-	—	3
Ceraſorum acidorum	-	—	3
de Chamæmelo	-	—	3
Cinnamomo	-	—	8
Coralliorum	-	—	5
de corticibus Citri incompleti	-	—	4
Cydoniorum	-	—	3
de Eryſimo Lobel.	-	—	4
Farfara	-	—	3
Fragis	-	—	3
Glycyrrhiza	-	—	3
Granatorum acido - dulcium	-	—	4
de ſucco Hederæ terreſtris	-	—	3
Hyſſopo	-	—	4
Jujubis	-	—	4
Limonibus	-	—	4
Mentha	-	—	3
Myrtinus	-	—	4
de Pæonia	-	—	3
Papavere ſimplicis	-	—	3
erratico	-	—	3
ſucco Plantaginis	-	—	3
Prunorum ſylveſtrium	-	—	3
de Ribibus	-	—	3
Roſis ſiccis	-	—	5
Rubo Idæo	-	—	3
Scabioſa	-	—	3
florum Tunicæ	-	—	5
ex ſucco Violarum	-	—	3
Mellis Anthoſati	-	—	4
Crudi	-	—	1
deſpumati & Virginei	-	—	2
Menthæ	-	—	3
Roſati	-	—	3

		Flor.	Cruc.
Oxymelitis Scillini	Uncia femis	—	3
Julep Rofarum		—	3
Sambucini		—	3
Violarum		—	3
Rob Nucum		—	3
Diamoron		—	3
deAgrefta		—	3
Cornis		—	3
Cydoniorum		—	4
Cynosbati		—	3
Ebulini		—	2
Juniperini		—	1
Prunorum fylv.		—	2
Sambucini		—	2

SYRUPI PURGANTES.

	Flor.	Cruc.
Syrupi de Cichorio cum Rhabarbaro	—	7
Domeftici	—	4
Emetici Ang. Salæ	—	9
five Oxyfacchari emetici	—	7
de Manna laxativi	—	7
florum Perficorum	—	6
Rofati folutivi fimplicis	—	5
aurei	—	6
Splenetici	—	10
vel brodii Zibebarum	—	6
Mellis Rofati folutivi	—	5

ELECTUARIA LENITIVA.

	Flor.	Cruc.
Florum vel Pulpæ Caffiæ	—	12
Caffiæ extractæ	—	8
Pulpæ Tamarindorum	—	8
Electuarii Catholici	—	8
Hieræ Picræ Galeni	—	6
Electuarii lenitivi ex Tamarindis	—	9
Paffularum laxativarum	—	5
Prunorum laxativorum	—	5
Zibebarum laxat.	—	5

ELECTUARIA SOLUTIVA
MOLLIA.

	Flor.	Cruc.
Electuarii Caryocoftini	—	10
de Citro folutivi	—	10

CON-

CONFECTIONES SOLUTIVÆ SOLIDÆ.

		Flor.	Cruc.
Diacydonii ſolutivi pellucidi - - -	Uncia ſemis	—	14
Specier. Confectionis Epiſcopi - - -		—	8
Diaturbith c. Rhabarb. - -		—	15

PILULÆ.

		Flor.	Cruc.
Pilularum de Aloë Roſata - -	Drachma una	—	8
Ammoniaco - - - -		—	10
Angelicarum - - - -		—	10
Arthriticarum - - - -		—	8
Aurearum - - - -		—	8
Immanuelis - - - -		—	8
de Cynogloſſo Nicolai - - -		—	6
de Styrace incomplet. - - -		—	18
Succino Cratonis - - -		—	8
Tartaro Schröderi - - -		—	18

DECOCTA ET INFUSA.

		Flor.	Cruc.
Specierum Decocti Carminativi - -	Uncia una	—	6
Pectoralis - - -		—	6
Decocti Carminativi - - - -		—	3
Pectoralis - - - - -		—	3
Infuſi laxativi - - - - -		—	10

PULVERES MEDICATI.

		Flor.	Cruc.
Pulveris Senæ præparatæ - -	Drachma una	—	3
Cholagogi ſimplicis - - -		—	20
	Grana duo	—	1
Comitis de Warvvich - -	Drachma una	—	18
	Grana tria	—	1
ad Suppoſitoria ſicca - -	Drachma una	—	4
Vermes - - - - -		—	1
Suppoſitoriorum majorum - -	Num. unum	—	2
minorum - - - -		—	1
Pulveris contra Abortum - -	Drachma una	—	8
Abſorbentis - - - -		—	4
Alexipharmaci - - - -		—	4
Analeptici frigidi incompl. - -		—	10
Anonymi - - - - -		—	1
Cachectici Querc. incompl. - -		—	15
ad Caſum - - - -		—	8
Cephalici - - - -		—	16
ad Dentifricia incompleti - -		—	2
Dyſenterici - - - -		—	3

		Flor.	Cruc.
Pulveris pro Epithemate Cordis incompleti	Drachm. una	—	6
Hyſterici		—	6
Marchionis		—	15
Partum provocantis		—	8
Pleuritici		—	8
Rubri Pannonici		—	15
Sabaudici		—	20
Stegnotici		—	18
Sternutatorii		—	2
Stomachici Birckmanni		—	3
ad Strumam		—	2
Violarum odorati incompl.		—	3

LINCTUS ET LOHOCH.

		Flor.	Cruc.
Diacodii Montani	Uncia ſemis	—	3
ſolidi		—	5
Lohoch è Pulmone Vulpis		—	3
ſani & experti		—	4

SPECIES AROMATICÆ.

		Flor.	Cruc.
Specier. Aromatici roſati incompl.	Drachma una	—	12
Diambræ incompl.		—	12
contra Apoplexiam incompl.		—	8
Cordialium temperat. incompl.		—	24
de Gemmis frigid.		—	18
Hyacintho incompl.		—	12
Imperatoris incompl.		—	4
Diaireos ſimpl.		—	2
Liberantium incompl.		—	6
Diamargariti frigidi		—	18
Diamoſchu dulcis incompl.		—	15
Diarrhodon Abb. incompl.		—	6
Diatrion Sandalon incompl.		—	4
Diatragacanthi frig.		—	3

CONFECTIONES ET CONDITA SICCA.

		Flor.	Cruc.
Confectionis Seminis Aniſi	Uncia ſemis	—	2
Coriandri		—	2
Fœniculi		—	2
Santonici		—	4
Cubebarum		—	4
Sumitatum Majoranæ		—	4
Morſellorum è ſucco Berberum		—	3
Citri		—	3
Imperatoris cum fructibus		—	4

Sacchari

		Flor.	Cruc.
Sacchari Canarii fini	Uncia semis	—	2
communis	-	—	2
Cantii albi	-	—	3
rubri	-	—	2
violacei	-	—	4
Penidii	-	—	3
Rosati tabulati	-	—	4
Thomæi	-	—	2
Tabular. Manus Christi perlatarum	-	—	4
simplicium	-	—	2
Diaireos c. Extr. Liquirit.	-	—	4
Confect. ad Vermes	-	—	4
Trageæ aromaticæ usitatæ	-	—	4
cum Tabulatis	-	—	4

TROCHISCI.

Trochiscorum Agarici	Drachma una	—	3
Alhandal	-	—	5
Alkermes compl.	Uncia semis	—	16
incompl.	-	—	12
Bechicorum alborum	-	—	3
nigrorum	-	—	3
rubrorum	-	—	3
de Charabe	Drachma una	—	4
Pectoralium	-	—	6
de Spodio	-	—	4

SIEF, PASTÆ ODORATÆ, ET SUFFITUS.

Sief albi sine opio	-	—	4
Pomi ambræ	-	—	30
Suffitus Cephalici	Uncia semis	—	8
Delicati	-	—	20
Communis	-	—	6
Candelarum pro suffitu primarum	Drachma una	—	1
secundarum	-	—	2

OPIATA, ET ELECTUARIA.

Theriacæ Andromachi	Uncia semis	—	10
Cœlestis August.	Granum unum	—	2
Diatessaron	Uncia semis	—	2
Mithridatii Damocratis	-	—	9
Acori conditi	-	—	3
Electuarii Alkermes completi	Drachma una	—	12
incompleti	-	—	8

Electua-

		Flor.	Cruc.
Electuarii è baccis Lauri	Uncia semis	—	8
Chocolatæ	-	—	8
contra Dysenteriam	-	—	5
de Hyacintho compl.	Drachma una	—	12
incompl.	-	—	8
Philonii Romani	Uncia semis	—	10
Diasatyrii	-	—	9
Diascordii Fracastorii	-	—	8
vel Conservæ Spagiricæ incompl.	-	—	20
Stomachici Strom.	-	—	4

CONDITA.

		Flor.	Cruc.
Aurantiorum Corticum	-	—	3
Florum	-	—	3
Berberum	-	—	2
Calami aromatici	-	—	2
Cerasorum acidorum	-	—	2
Citri Carnis	-	—	2
Corticum	-	—	3
Florum	-	—	3
Cichorii radicum	-	—	2
Cydoniorum	-	—	2
Enulæ radicum	-	—	2
Eryngii radicum	-	—	3
Lactucæ Hispanicæ	-	—	2
Myrobalanorum Chebul.	-	—	8
Nucum Juglandium	-	—	2
Cond. Nucum moschat. commun.	-	—	4
Lusit.maj.	-	—	16
Pimpinellæ radicum	-	—	2
Prunorum sylvestr.	-	—	2
Ribium	-	—	2
rad. Satyrii	-	—	3
Scorzoneræ	-	—	3
Zingiberis Indici	-	—	3
communis	-	—	3

CONSERVÆ.

		Flor.	Cruc.
Conf. Acetosellæ	-	—	3
Acori vulgaris	-	—	3
Anthos	-	—	4
Balaustiorum	-	—	5
Bellidis hort. flore rubro	-	—	4
Boraginis	-	—	3
Calendulæ	-	—	3
Cichorii	-	—	3

Citrariæ

		Flor.	Cruc.
Conf. Citrariæ	Uncia femis	—	3
Citri ex pulpa		—	4
Cochleariæ		—	3
Euphrafiæ		—	3
Fumariæ		—	3
Liliorum alborum		—	3
Majoranæ		—	3
Menthæ rubræ		—	3
Nymphææ albæ		—	3
Papaveris errat.		—	3
Pæoniæ		—	3
Rofarum Damafcenarum		—	3
rubrarum		—	4
Scabiofæ		—	3
Tunicæ		—	4
Violarum		—	3
Diacydonites fimplicis		—	2
aromatici		—	3

OLEA COCTA, ET INFUSA.

Olei Abfinthii	—	2
Anagallidis	—	2
Anethini	—	2
de Capparibus	—	4
Caftoreo	—	6
Chamæmelini	—	2
Diacolocynthidos	—	4
Cydoniorum	—	2
Formicarum	—	4
Hyperici	—	3
Jasmini odorati	—	24
Liliorum alborum fimpl.	—	2
Lumbricorum fimplicis	—	3
Maftichini	—	6
Menthæ	—	2
Nymphææ albæ	—	2
Refolutivi	—	3
Rofati	—	2
Rutæ cum Oleo Lini	—	3
Scorpionum magni	—	10
fimplicis	—	8
Stomachici Florentini	—	12
Verbafci flor.	—	2
Violacei	—	2
five Balfami Vulnerarii	—	12

OLEA EXPRESSA.

		Flor.	Cruc.
Olei Amygdalorum amarorum	Uncia ſemis	—	6
dulcium	-	—	5
Hyoſcyami	-	—	8
Laurini	-	—	2
Seminis Lini	-	—	1
Nucum Juglandium	-	—	2
moſchatarum	-	—	40
Olivarum	-	—	1
loti	-	—	2
Sem. Papaveris albi	-	—	8
è Vitellis Ovorum	-	—	20

UNGUENTA.

		Flor.	Cruc.
Unguenti Ægyptiaci compoſiti	-	—	6
ſimplicis	-	—	3
Alabaſtrini	-	—	3
Albi camphorati	-	—	3
ſimplicis	-	—	2
de Althæa	-	—	2
Anodyni	-	—	5
Apoſtolorum	-	—	5
Clyſmatici	-	—	3
de Cynogloſſo	-	—	2
ad Hæmorrhoides	-	—	4
Infrigidantis Galeni	-	—	4
Jovis	-	—	3
de Linaria	-	—	2
Liquiritia	-	—	4
Lithargyro	-	—	3
ad membra igne ambuſta	-	—	4
gelu peruſta	-	—	4
Nervini	-	—	4
Nihili ad oculos	-	—	4
Pectoralis	-	—	4
Pediculorum	-	—	4
diapompholygos	-	—	2
Pomati	-	—	4
Populei	-	—	2
Reſumtivi	-	—	4
Roſati Meſ.	-	—	3
ad Scabiem	-	—	4
de Tutia	-	—	4
ad Vermes	-	—	4

EMPLA-

EMPLASTRA.

		Flor.	Cruc.
Emplaſtri Albi coƈti	Uncia ſemis	—	2
de Baccis Lauri		—	4
Cicuta		—	4
Diachylon ſimpl.		—	2
cum Gummibus		—	2
Citrini		—	5
De Cruſta panis		—	6
Diaphoreticij		—	6
Febrifugi		—	12
Malaƈtici cum Gummibus		—	6
ſine Gummibus		—	3
de Meliloto		—	3
Nervini		—	6
Oxycrocei		—	10
de Ranis cum Mercurio		—	8
ſine Mercurio		—	6
Sandalini		—	3
Saponis		—	4
Saturnini		—	6
è Spermate Ceti		—	16
Ranarum		—	3
Splenetici		—	6
Veſicatorii		—	8
Filii Zachariæ		—	4

CERATA.

	Flor.	Cruc.
Cerati de Ammoniaco	—	6
Betonica	—	3
Diachalciteos	—	3
pro Hernioſis	—	6
Matricalis	—	8
Sandalini	—	6
Stomachici Burrhi	—	12
Galeni	—	6

PRÆPARATA.

	Flor.	Cruc.
Æris uſti	—	3
Aloës lotæ	—	16
Aluminis uſti	—	4
Ammoniaci gummi	—	12
Ari radicum	—	4
Aſellorum	—	30
Boli Armenæ	—	4
Ceruſſæ lotæ	—	2

		Flor.	Cruc.
Chalcitidis	Uncia ſemis	—	6
Chalybis cum Aceto	-	—	8
Sulphure	-	—	8
Cinnabaris factitiæ	-	—	6
nativæ	Drachma una	—	18
	Grana tria	—	1
Colcotharis	Uncia ſemis	—	3
Compoſiti Sperniolæ	-	—	48
Coralliorum alborum	-	—	24
rubrorum	-	—	24
Coriandri	-	—	2
Cornu Cervi uſti pulveriſati	-	—	4
præparati	-	—	8
Cranii humani	-	—	48
Dentium Aprorum	-	—	16
Elaterii	-	—	32
Eſulæ	-	—	8
Euphorbii	-	—	12
Galbani	-	—	12
Hellebori albi	-	—	6
nigri	-	—	6
Laccæ	-	—	10
Lapidis Ætitæ	-	—	16
Calaminaris	-	—	4
Carneoli	-	—	40
Chryſolithi	-	—	48
Cryſtalli	-	—	16
Granati Orientalis	-	—	32
Hæmatitæ	-	—	4
Hyacinthi	-	1	—
Judaici	-	—	16
Lazuli	-	—	48
Lyncis	-	—	12
Magnetis	-	—	24
Nephritici	-	—	48
Quinque Pretioſorum mixtorum	-	1	—
Rubini	-	2	—
Sapphiri	-	1	—
Smaragdi	-	1	—
Topazii	-	—	32
Lumbricorum	-	—	8
Mandibularum Lucii piſcis	-	—	16
Margaritarum Orientalium	-	6	—
Matris Perlarum	-	—	12
Mezerei	-	—	4
Myrrhæ	-	—	16
Nihili nutriti	-	—	8
Oculorum cancri	-	—	20
Oeſypi	-	—	4

Opo-

		Flor.	Cruc.
Opopanacis	Uncia semis	—	32
Pellicularum ventriculorum gallin.	-	—	8
Pilorum Leporis ust.	-	—	8
Pilarum marinarum	-	—	8
Plumbi usti	-	—	4
Pulmonis Vulpis	-	—	8
Sagapeni	-	—	12
Sarcocollæ	-	—	12
Sanguinis Hirci	-	—	12
Scammonii	-	1	—
Scillæ	-	—	12
Serici	-	—	16
Spodii usti	-	—	12
fossilis	-	—	56
Spongiarum ust.	-	—	8
Succini albi	-	—	24
citrini	-	—	12
Styracis calamitæ	-	—	12
Terebinthinæ coctæ	-	—	8
Tutiæ	-	—	8
Ungulæ Alces	-	—	32

AQUÆ COMPOSITÆ

		Flor.	Cruc.
Aquæ Acusticæ	-	—	12
arthriticæ	-	—	12
asthmaticæ	-	—	6
Caponis compositæ	-	—	4
Carbunculi	-	—	12
Carminativæ Dorncr.	-	—	6
Cinnamomi cordialis	-	—	4
cydoniatæ	-	—	6
Confortantis usitatæ	-	—	4
Cordialis temperatæ	-	—	12
incompl.	-	—	10
sive Balsami embryonum	-	—	8
Epilepticæ Langii	-	—	6
Puerorum	-	—	2
Hirundinum usitatæ	-	—	3
compositæ	-	—	6
Hystericæ sive Panacis Heraclei	-	—	6
Mastichinæ	-	—	8
Nephriticæ	-	—	6
Odoriferæ compl.	-	—	10
incompl.	-	—	6
Physagogæ	-	—	6
Stomachicæ D. Höchstett.	-	—	8
Theriacalis bezoardicæ	-	—	8

		Flor.	Cruc.
Aquæ ſive Elixiris Vitæ Matthioli compl.	Uncia ſemis	—	16
incompl.		—	10

AQUÆ SIMPLICES CUM VINO DESTILLATÆ.

		Flor.	Cruc.
Aquæ Cinnamomi		—	8
Liliorum convallium		—	4
Meliſſæ		—	4
Veronicæ		—	4

AQUÆ SIMPLICES SINE VINO DESTILLATÆ.

		Flor.	Cruc.
Aquæ Acetoſæ	Menſura una	—	24
	Uncia una	—	I
Acetoſellæ		—	I
Agrimoniæ		—	I
Anagallidis		—	I
Artemiſiæ		—	I
Aurantiorum florum ſive Naphæ		—	8
Betonicæ		—	I
Betulæ		—	I
Boraginis		—	I
Bugloſſi		—	I
Burſæ Paſtoris		—	I
Caponis		—	I
Cardui benedicti		—	I
Mariæ		—	I
Caudæ equinæ		—	I
Centaurii		—	I
Ceraſorum nigrorum		—	I
Chærefolii		—	I
Chamæmeli		—	I
Chamæpityos		—	I
Chelidonii		—	I
Cichorii		—	I
Cinnamomi		—	8
Conſolidæ regiæ		—	I
Corticum Citri		—	I
Cornu Cervi ex apicibus	Uncia ſemis	—	6
Cyani	Uncia una	—	I
Ebuli ex baccis		—	I
Endiviæ		—	I
Euphraſiæ		—	I
Fabarum ex floribus		—	I
Farfaræ		—	I
Fœniculi		—	I

Frago-

			Flor.	Cruc.
Aquæ	Fragorum ex fructibus - -	Uncia una	—	1
	Fumariæ - - - - -		—	1
	Hederæ terreſtris - - - -		—	1
	Hirundinum ſimpl. - - - -		—	2
	Hyſſopi - - - - -		—	1
	Lactucæ - - - - -		—	1
	Lavendulæ - - - - -		—	1
	Leviſtici - - - - -		—	1
	Liliorum convallium ex flor. - - -		—	1
	alborum ex flor. - - -		—	1
	Liguſtri florum - - - -		—	1
	Majoranæ - - - - -		—	1
	Malvæ - - - - -		—	1
	Mellis - - - - -		—	4
	Meliſſæ utriusque - - - -		—	1
	Menthæ - - - - -		—	1
	Nymphææ ex flor. albis - - -		—	1
	Naſturtii - - - - -		—	1
	Omnium florum - - - -		—	1
	Ononidis - - - - -		—	1
	Papaveris erratici - - - -		—	1
	Petroſelini - - - - -		—	1
	Pæoniæ florum - - - -		—	1
	Picarum - - - - -		—	2
	Plantaginis majoris - - - -		—	1
	Primulæ veris - - - -		—	1
	Prunellæ - - - - -		—	1
	Pulegii - - - - -		—	1
	Roſarum albarum - - - -		—	1
	Damaſcenarum - - -		—	1
	Raphani ex Radicibus - - - -		—	1
	Roris Majalis - - - - -		—	1
	Rorismarini - - - - -		—	2
	Rutæ - - - - -		—	1
	Salviæ hortenſis - - - -		—	1
	Sambuci florum - - - -		—	1
	Saxifragiæ - - - - -		—	1
	Scabioſæ - - - - -		—	1
	Scordii - - - - -		—	1
	Sempervivi majoris - - - -		—	1
	Solatri - - - - -		—	1
	Spermatis Ranarum - - - -		—	1
	Squamariæ - - - - -		—	1
	Taraxaci - - - - -		—	1
	Tiliæ - - - - - -		—	1
	Tormentillæ - - - - -		—	1
	Verbenæ - - - - -		—	1
	Veronicæ - - - - -		—	1
	Violarum ex flor. - - - -		—	1

		Flor.	Cruc.
Aquæ Vitis ex lachrymis	Uncia una	—	2
Urticæ	-	—	1

VINA MEDICATA SIMPLICIA.

		Flor.	Cruc.
Vini Berberum	-	—	2
Cydoniorum	-	—	3
Granatorum	-	—	8
Ribium	-	—	3

ACETA.

		Flor.	Cruc.
Aceti de Lithargyro	-	—	3
destillati	-	—	4
Lavendulæ flor.	-	—	2
Rosar. rubr.	-	—	2
Rubi Idæi	-	—	1
Rutæ	-	—	1
Sambuci flor.	-	—	1
Scillini	-	—	3
simplicis	-	—	1
Tunicæ flor.	-	—	2

SPIRITUS.

		Flor.	Cruc.
Spiritus Absinthii	Uncia semis	—	3
Anhaltini	-	—	12
Anisi	-	—	3
Cephalici incompleti	-	—	8
Cerasorum nigrorum	-	—	4
Cochleariæ	-	—	7
Cornu Cervi	-	—	24
Cydoniorum	-	—	6
Diatrion	-	—	48
Ebuli è baccis	-	—	6
Fœniculi	-	—	2
Formicarum	-	—	7
Fragorum	-	—	6
Juniperi	-	—	2
Lavendulæ	-	—	7
Liliorum convallium	-	—	8
Lumbricorum per se facti	-	—	32
cum Spiritu Vini dest.	-	—	7
Melissæ	-	—	4
Rosarum communis	-	—	24
rectificati	-	—	48
Salis Ammoniaci simplicis	Drachma una	—	6
Anisati	-	—	8

Salis

			Flor.	Cruc.
Spiritus Salis Ammoniaci ſuccinati	-	Drachma una	—	8
aromatici	-	-	—	15
Communis	-	-	—	4
		Guttæ quatuor	—	1
dulcis	-	Uncia ſemis	—	24
Nitri	-	-	—	12
dulcis	-	-	—	16
Sambuci	-	-	—	5
Sulphuris	-	-	—	16
Tartari ſimplicis	-	-	—	24
compoſiti	-	-	—	36
Terebinthinæ	-	-	—	16
Theriacalis camphorati	-	-	—	32
Vini tartariſati	-	-	—	12
Vitrioli communis	-	-	—	12
		Guttæ quinque	—	1
rectificati		Uncia ſemis	—	24
		Guttæ duæ	—	1
coagulati	-	Uncia ſemis	1	—
Philoſophici	-	-	—	22
volatilis	-	-		12
Roris Vitrioli	-	-		4

ELIXIRIA, ESSENTIÆ ET TINCTURÆ.

			Flor.	Cruc.
Elixiris aperitivi	-	Drachma una	—	6
proprietatis Paracelſi	-		—	10
correcti	-	-	—	10
dulcis	-	-	—	10
uterini	-	-	—	24
Eſſentiæ Abietis	-	-	—	6
Abſinthii ſimplicis	-	Uncia ſemis	—	4
compoſitæ	-	-	—	24
Ambræ Mindereri	-	Drachma una	—	15
ſiccæ	-	Granum unum	—	3
Anodynæ	-	Drachma una	—	15
Corticum Aurant. liquidæ	-	-	—	6
ſiccæ	-	-	—	6
Carminativæ	-	-	—	8
Caſtorei	-	-	—	15
Catechu	-	-	—	10
Cephalicæ	-	-	—	2
Chinchinæ	-	-	—	8
Citri liquidæ	-	-	—	6
ſiccæ	-	-	—	6
Cochleariæ	-	-	—	4
Lignorum	-	-	—	6
Martis	-	-	—	6

		Flor.	Cruc.
Essentiæ Pectoralis	Drachma una	—	6
Purificantis		—	6
Traumaticæ		—	6
Trifolii fibrini		—	6
Tincturæ Antimonii		—	12
Bellidis		—	4
Bezoardicæ		—	8
Coralliorum		—	30
Hyperici		—	4
Jalapæ		—	6
Antiphthisicæ		—	15
Proprietatis		—	6
Rosarum	Uncia semis	—	2
Succini	Drachma una	—	6
Tartari		—	10

OLEA DESTILLATA, ET BALSAMA.

	Flor.	Cruc.
Olei Absinthii	—	30
Angelicæ	—	45
Anisi	—	6
Antimonii vel Butyri Antimonii	—	20
Aurantiorum	—	30
Camphoræ	—	24
Carvi	—	4
Caryophyllorum	—	45
Ceræ	—	8
Chamæmeli Romani	1	—
vulgaris	—	30
Cinnamomi	3	—
Citri	—	20
Cumini	—	15
Fœniculi	—	12
Juniperi ex ligno	—	1
è Baccis	—	1
Lavendulæ	—	45
Macis	—	48
Majoranæ	—	45
Mastiches	—	30
Menthæ	—	20
Nucis moschatæ	—	30
Philosophorum	—	1
Piperis	—	45
ligni Rhodii	—	30
Rorismarini	—	10
Rosarum	3	—
Rutæ	—	45

Olei

		Flor.	Cruc.
Olei Salviæ	Drachma una	—	30
Saponis		—	6
Saturni		—	4
Spicæ Ital.		—	1
Succini		—	10
Terebinthinæ ſubtilioris		—	4
communis		—	1
Zedoariæ		2	—
Balſami Apoplectici	Scrupulus unus	1	—
Caryophyllorum		—	20
Cinnamomi		—	40
Citri		—	10
Lavendulæ		—	12
Majoranæ		—	12
Nucis moſchatæ		—	10
Rorismarini		—	5
Roſarum		—	20
Rutæ		—	10
Succini		—	5
Sulphuris aniſati		—	6
terebinthinati		—	2

EXTRACTA.

		Flor.	Cruc.
Extracti Agarici	Drachma una	—	24
Aloës		—	8
Abſinthii		—	6
Agallochi		3	—
Bryoniæ		—	6
Calami aromatici		—	8
Catechu		—	20
Croci		1	30
Cucumeris aſinini		—	10
Enulæ		—	6
Gentianæ		—	6
Guajaci		—	12
Hellebori nigri		—	12
Liquiritiæ		—	8
Mechoacanæ nigræ		—	12
Meliſſæ		—	10
Opii		—	30
Pæoniæ		—	8
Rhabarbari		—	30
Scammonii		—	30
Tormentillæ		—	12
Zedoariæ		—	24
Agarici compoſiti		—	24
Catholici		—	30

		Flor.	Cruc.
Extracti Diacitri	Drachma una		20
Cnicopharmaci	-		14
Gummi Gamandræ	-	—	30
Marocostini	-	—	24
Martis	-	—	6
Diapæonias	-	—	30
Panchymagogi	-	—	20
Phlegmagogi	-	—	24
Pilularum Arthriticarum	-	—	24
Aurearum	-	—	24
Fœtidarum	-	—	24
Theriacalis	-	—	6
Laudani opiati completi	Granum unum	—	4
incompleti	-	—	3
cydoniati	-	—	2

SALIA.

		Flor.	Cruc.
Cremoris vel Crystallorum Tartari	Uncia semis	—	4
Salis Absinthii	Drachma una	—	12
Acetosellæ essentialis	-	—	20
Angelicæ	-	—	24
Arcani duplicati	-	—	6
Artemisiæ	-	—	12
Betonicæ	-	—	12
Calendulæ	-	—	12
Cardui benedicti	-	—	12
Caustici, vel Cauterii potentialis	-	—	8
Centaurii minoris	-	—	12
Coralliorum	-	—	24
	Grana duo	—	1
Cornu Cervi succinati liquidi	Drachma una	—	15
siccì	Granum unum	—	1
	Drachma una	—	48
volatilis	-	—	48
	Granum unum	—	1
Ebuli	Drachma una	—	12
Euphrasiæ	-	—	12
Fraxini	-	—	10
Fumariæ	-	—	12
Genistæ	-	—	10
Gentianæ	-	—	12
Hyperici	-	—	12
Juniperi	-	—	12
Lumbricorum volatilis	Granum unum	—	2
Melissæ	Drachma una	—	15
Nitri fixi sicci	-	—	6

		Flor.	Cruc.
Salis Nitri fixi soluti per deliquium	Drachma una	—	3
antimoniati	- -	—	4
Oculorum Cancri	- -	—	24
	Grana duo	—	1
Ononidis	Drachma una	—	12
Pimpinellæ	- -	—	12
Prunellæ, vel Nitri præparati	- -	—	1
Rutæ	- -	—	12
Saturni	- -	—	12
Scolopendrii	- -	—	15
Scordii	- -	—	15
Succini volatilis	- -	—	48
	Granum unum	—	1
Tamarisci	Drachma una	—	12
Tartari emetici	Granum unum	—	2
fixi sicci	Drachma una	—	6
soluti per deliquium	- -	—	1
volatilis	- -	—	48
	Granum unum	—	1
Tartari vitriolati	Drachma una	—	12
Valerianæ	- -	—	12
Veronicæ	- -	—	12
Vincetoxici	- -	—	12
Vitrioli vomitorii	- -	—	12
Vitrioli Martis	- -	—	12
Elæosacchari Anisi	- -	—	3
Aurantiorum	- -	—	4
Carvi	- -	—	3
Cinnamomi	- -	—	12
Citri	- -	—	4
Fœniculi	- -	—	3
Macis	- -	—	6
Nucis moschatæ	- -	—	6

PULVERES ET ALIA CHIMICA.

		Flor.	Cruc.
Antimonii diaphoretici	Drachma una	—	10
	Grana quatuor	—	1
ex Regulo	Drachma una	—	24
	Grana duo	—	1
Bezoardici mineralis	Granum unum	—	1
Cinnabaris Antimonii	Drachma una	—	14
Cornu Cervi aurati	Granum unum	—	3
philosophicè præparati	Drachma una	—	3
Cranii humani philosophicè præparati	- -	—	20
Croci Martis adstringentis	- -	—	6
aperientis	- -	—	8
Metallorum	- -	—	12

		Flor.	Cruc.
Croci Solis	Granum unum	—	8
Feculæ Ari	Drachma una	—	12
Bryoniæ	-	—	8
Ireos	-	—	12
Florum Antimonii alborum	Grana duo	—	1
luteorum	-	—	2
	Drachma una	—	48
Benzoes	Granum unum	—	1
Salis Ammoniaci	Drachma una	—	4
Sulphuris fimpl.	-	—	3
compof.	-	—	12
Magifterii hepatici rubri	-	—	10
Jalapæ	-	—	48
	Granum unum	—	1
Scammonii	Drachma una	—	48
	Granum unum	—	1
Sulphuris	Drachma una	—	16
Gummi Guttæ	-	—	48
	Granum unum	—	1
Magnefiæ albæ	Drachma una	—	6
Mercurii præcipitati albi	-	—	12
flavi	-	—	3
rubri	-	—	4
fublimati corrofivi	-	—	2
dulcis	-	—	24
	Grana duo	—	1
vitæ	Granum unum	—	1
Specifici antifebrilis Strobelbergeri	Drachma una	—	8
antihectici Poterii	-	—	24
	Grana duo	—	1
ftomachici Poterii	Drachma una	—	24
	Grana duo	—	1
rubri, vel Pulv. cach. Lud.	Drachma una	—	12
Sulphuris aurati Antimonii	-	—	12
	Grana tria	—	1
Vitri Antimonii	Drachma una	—	4
Ungulæ Alces philofoph. præparatæ	-	—	15

HERBÆ.

		Flor.	Cruc.
Herb. Abrotoni	Manipulus unus	—	2
Abfinthii Romani	-	—	2
vulgaris	-	—	1
Acetofæ	-	—	1
Agrimoniæ	-	—	1
Alchymillæ	-	—	1
Althææ	-	—	1
Anagallidis	-	—	1

Herb.

			Flor.	Cruc.
Herb.	Anethi	Manipulus unus	—	1
	Aristolochiæ longæ	-	—	2
	Artemisiæ	-	—	1
	Asari cum toto	-	—	2
	Asari	-	—	1
	Auriculæ muris	-	—	1
	Basilici	-	—	2
	Becabungæ	-	—	1
	Bellidis	-	—	1
	Betonicæ	-	—	1
	Boraginis	-	—	1
	Botryos	-	—	2
	Brancæ ursinæ	-	—	1
	Buglossi	-	—	1
	Bursæ pastoris	-	—	1
	Calaminthæ montanæ	-	—	2
	Calendulæ	-	—	1
	Capillorum Veneris	-	—	2
	Cardui benedicti	-	—	1
	Mariæ	-	—	1
	Centaurii minoris	-	—	2
	Centinodii	-	—	1
	Ceterach	-	—	2
	Chærefolii	-	—	1
	Chamædryos	-	—	2
	Chamæpityos	-	—	2
	Chelidonii majoris	-	—	1
	Cichorii	-	—	1
	Cicutæ	-	—	1
	Cochleariæ	-	—	2
	Consolidæ mediæ	-	—	1
	Saracenicæ	-	—	1
	Corallinæ	-	—	6
	Cupressi	-	—	2
	Cuscutæ	-	—	1
	Dictamni Cretici cum stipitibus	-	—	4
	sine stipitibus	-	—	8
	Ebuli	-	—	1
	Endiviæ hortensis	-	—	1
	sylvestris	-	—	1
	Epithymi	-	—	3
	Equiseti	-	—	1
	Eupatorii Avicennæ	-	—	1
	Mesuæ	-	—	2
	Euphrasiæ	-	—	1
	Farfaræ	-	—	1
	Fœniculi	-	—	1
	Fragariæ	-	—	1
	Fumariæ	-	—	1

		Flor.	Cruc.
Herb. Galegæ	Manipulus unus	—	2
Gallitrichi	-	—	2
Geranii	-	—	1
Gratiolæ	-	—	4
Hederæ arboreæ	-	—	1
terreſtris	-	—	1
Hellebori nigri	-	—	1
Hepaticæ	-	—	1
Herniariæ	-	—	4
Hyoſcyami	-	—	1
Hyperici	-	—	1
Hyſſopi	-	—	1
Ivæ artheticæ vid. Chamæpityos	-	—	2
Juniperi ſummitatum	-	—	1
Lactucæ	-	—	1
Lavendulæ	-	—	2
Lauri	-	—	2
Leviſtici	-	—	1
Lichenis	-	—	2
Linariæ	-	—	1
Lupuli	-	—	1
Majoranæ	-	—	3
Malvæ	-	—	1
Marrubii	-	—	2
Mari veri	-	—	24
Matricariæ	-	—	1
Matriſylvæ	-	—	1
Meliloti citrinæ	-	—	1
Meliſſæ	-	—	2
Meliſſophylli	-	—	2
Menthæ aquaticæ	-	—	1
criſpæ	-	—	1
rubræ	-	—	1
Mentaſtri	-	—	1
Mercurialis	-	—	1
Millefolii	-	—	1
Muſci querni	-	—	1
Pruni ſylv.	-	—	1
Naſturtii aquatici	-	—	1
Nicotianæ maris	-	—	1
Numulariæ	-	—	1
Nucum	-	—	1
Nymphææ	-	—	1
Ophiogloſſi	-	—	3
Origani vulg.	-	—	1
Cretici	-	—	6
Parietariæ	-	—	1
Pentaphylli	-	—	1
Perfoliatæ	-	—	1

Perſi-

			Flor.	Cruc.
Herb.	Persicariæ	Manipulus unus	—	1
	Petroselini		—	1
	Pimpinellæ utriusque		—	1
	Plantaginis majoris		—	1
	minoris		—	1
	Polii veri		—	6
	Polytrichi aurei		—	2
	Potentillæ		—	1
	Primulæ veris		—	1
	Prunellæ		—	1
	Pulegii		—	2
	Pulmonariæ		—	1
	Pyrôlæ		—	1
	Quercus		—	$\frac{1}{2}$
	Restæ bovis		—	1
	Rorismarini		—	3
	Rutæ hortensis		—	1
	murariæ		—	4
	Salicis		—	$\frac{1}{2}$
	Salviæ domesticæ majoris		—	1
	minoris		—	2
	sylvestris		—	1
	Sambuci turionum		—	2
	Saniculæ		—	1
	Saponariæ		—	1
	Saturejæ		—	1
	Sabinæ		—	1
	Saxifragiæ		—	1
	Scabiosæ		—	1
	Scolopendrii		—	1
	Scordii nostri		—	2
	Cretici cum stipitibus		—	4
	sine stipitibus		—	8
	Schœnanthi in sorte	Uncia semis	—	8
	electi		—	16
	Senæ in sorte		—	4
	electæ		—	6
	folliculorum		—	4
	Senecionis	Manipulus unus	—	1
	Serpylli		—	1
	Solatri		—	1
	Soldanellæ		—	4
	Tamarisci		—	1
	Tanaceti		—	1
	Thee	Uncia semis	—	24
	Thymi nostratis	Manipulus unus	—	3
	Cretici		—	6
	Trichomanes		—	2
	Trifolii fibrini		—	1

		Flor.	Cruc.
Herb. Verbafci	Manipulus unus	—	1
Verbenæ	-	—	1
Veronicæ	-	—	1
Vincæ pervincæ	-	—	1
Violariæ	-	—	1
Urticæ Romanæ	-	—	1
Uvæ lupinæ	-	—	1
Uvulariæ	-	—	3

FLORES.

Flor. Acaciæ	Pugillus unus	—	1
Anthos	-	—	4
Aurantiorum	-	—	4
Balauftiorum	-	—	3
Betonicæ	-	—	1
Bellidis	-	—	1
Boraginis	-	—	1
Bugloffi	-	—	1
Calendulæ	-	—	1
Carthami	-	—	1
Chamæmeli noftratis	Manipulus unus	—	1
Romani	Pugillus unus	—	1
Cheyri	-	—	3
Cichorii	-	—	1
Confolidæ regalis	-	—	1
Cyani	-	—	1
Croci Liliorum alborum	-	—	2
Euphrafiæ in caliculis	-	—	1
excerptorum	-	—	2
Fabarum	-	—	1
Farfaræ	-	—	$\frac{1}{2}$
Geniftæ	-	—	$\frac{1}{2}$
Lavendulæ	Uncia femis	—	6
Liguftri	Pugillus unus	—	$\frac{1}{2}$
Liliorum alborum	-	—	1
convallium	-	—	2
Lupuli	-	—	$\frac{1}{2}$
Malvæ fylveftris	-	—	1
hortenfis	-	—	1
Meliffophylli	-	—	2
Nymphææ albæ	-	—	1
Papaveris erratici	-	—	1
Pæoniæ	-	—	1
Primulæ veris abfque caliculis	-	—	2
in caliculis	-	—	$\frac{1}{2}$
Prunellæ	-	—	$\frac{1}{2}$
Ranunculi	-	—	1

		Flor.	Cruc.
Flor. Rosarum albarum - - -	Pugillus unus	.	1
Damascenarum - -	- -		1
rubrarum integrarum -	- -	—	1
decisarum -	- Uncia semis	—	8
Sambuci - - - -	Pugillus unus	—	$\frac{1}{2}$
Salviæ - - - -	-	—	1
Scabiosæ - - - -	- -	—	$\frac{1}{2}$
Siliginis - - - -	- -	—	2
Spicæ hortensis - - -	- -	—	1
Celticæ - - -	- -	—	1
Indicæ - - -	- Uncia semis	—	24
Schœnanthi in sorte - - -	Pugillus unus	—	2
electorum - -	- -	—	4
Stœchadis Arabicæ - - -	- -	—	1
citrinæ - - -	- -	—	$\frac{1}{2}$
Tiliæ - - - -	- -	—	$\frac{1}{2}$
Tunicæ - - - -	- -	—	2
Verbasci - - - -	- -	—	1
Violarum - - - -	- Uncia semis	—	6

SEMINA.

		Flor.	Cruc.
Sem. Acetosæ - - - -		—	2
Agni casti - - - -		—	4
Althææ - - - - -		—	2
Ammeos - - - -		—	4
Anethi - - - - -		—	2
Angelicæ - - - -		—	4
Anisi - - - - -		—	1
Antheræ - - - -		—	2
Apii - - - - -		—	3
Aquilegiæ - - - -		—	4
Asparagi - - - -		—	2
Aurantiorum integrorum - - -		—	2
excorticatorum - -		—	10
Bardanæ - - - -		—	1
Basilici - - - - -		—	4
Berberum - - - -		—	1
Bombacis excorticatorum - -		—	12
Brancæ ursinæ - - - -		—	1
Cannabis - - - -		—	$\frac{1}{2}$
Cardui benedicti - - -		—	2
Mariæ - - - -		—	2
Carthami integrorum - - -		—	2
excorticatorum - -		—	10
Carvi - - - - -		—	1
Cataputiæ majoris - - -	Numero duo	—	1
minoris - - -	Uncia semis	—	4

Sem.

		Flor.	Cruc.
Sem. Chærefolii	Uncia ſemis	—	2
Cicerum utr.		—	1
Cichorii		—	2
Cinæ		—	6
Citri non excorticatorum		—	3
excorticatorum		—	10
Citrulli integrorum		—	2
excorticatorum		—	4
Cochleariæ		—	10
Colocynthidis		—	1
Coriandri		—	1
Cucumeris integrorum		—	2
excorticatorum		—	6
Cucurbitæ integrorum		—	2
excorticatorum		—	4
Cumini		—	2
Cydoniorum		—	10
Cynosbati		—	2
Dauci Cretici		—	5
ſylveſtris		—	1
Ebuli		—	1
Endiviæ		—	3
Erucæ		—	1
Fabarum majorum		—	1
Fœniculi Cretici		—	2
noſtri		—	1
Fœnugræci		—	1
Fraxini		—	2
Fumariæ		—	4
Geniſtæ		—	2
Hordei crudi		—	$\frac{1}{2}$
excorticati		—	1
Hyoſcyami		—	1
Hyperici		—	4
Lactucæ		—	3
Lapathi acuti		—	1
Lentium		—	$\frac{1}{2}$
Leviſtici		—	2
Lini		—	$\frac{1}{2}$
Lupini		—	2
Lycopodii		—	6
Majoranæ		—	8
Malvæ		—	2
Melonum integrorum		—	2
excorticatorum		—	4
Meſpilorum		—	1
Milii integr.		—	$\frac{1}{2}$
excort.		—	1
Solis		—	1

		Flor.	Cruc.
Sem. Napi	Uncia ſemis	—	2
Naſturtii		—	2
Nigellæ		—	2
Orobi		—	2
Pæoniæ integrorum		—	2
excorticatorum		—	6
Papaveris albi		—	3
nigri		—	1
Paſtinacæ		—	2
Perfoliatæ		—	2
Petroſelini Macedonici		—	16
noſtratis		—	2
Phaſeoli		—	1
Plantaginis		—	1
Portulacæ		—	3
Pſyllii		—	2
Raparum		—	2
Raphani		—	2
Ruſci		—	2
Rutæ		—	4
Saxifragiæ		—	4
Scariolæ		—	3
Seſami		—	1
Seſeleos		—	6
Sileris montani		—	1
Sinapis		—	1
Staphidis agriæ		—	2
Sumach		—	3
Thlaspios		—	3
Violarum		—	16
Urticæ noſtratis		—	2
Romanæ		—	3

RADICES.

Rad. Acetoſæ		—	2
Acori vulgaris		—	1
Allii	Numero 1.	—	½
Althææ	Uncia ſemis	—	2
Amaræ dulcis		—	2
Anchuſæ		—	2
Angelicæ ſylveſtris		—	1
veræ		—	3
Apii		—	2
Ariſtolochiæ longæ veræ		—	4
communis		—	2
rotundæ veræ		—	4
communis		—	1

		Flor.	Cruc.
Rad. Ari	Uncia ſemis	—	3
Aſari	-	—	3
Aſparagi	-	—	1
Aſphodeli	-	—	2
Bardanæ majoris	-	—	1
Been utriusque	-	—	2
Biſtortæ	-	—	2
Boraginis	-	—	1
Bryoniæ	-	—	1
Bugloſſi	-	—	2
Calami aromatici	-	—	2
Capparum	-	—	2
Cardopatiæ	-	—	2
Cardui benedicti	-	—	1
Caryophyllatæ	-	—	2
Chelidonii majoris	-	—	1
Chinæ electæ	-	—	12
Cichorii	-	—	2
Conſolidæ majoris	-	—	1
Contrayervæ	-	—	16
Coſti	-	—	8
Cucumeris aſinini	-	—	2
Curcumæ	-	—	3
Cyclaminis	-	—	3
Cyperi utriusque	-	—	4
Dictamni albi	-	—	2
Doronici montani	-	—	2
Romani	-	—	4
Ebuli	-	—	2
Enulæ	-	—	2
Eryngii	-	—	2
Farfaræ	-	—	1
Filicis	-	—	2
Filipendulæ	-	—	2
Fœniculi	-	—	2
Fragariæ	-	—	2
Galangæ majoris	-	—	6
minoris	-	—	8
Gentianæ	-	—	1
Glycyrrhizæ raſæ	-	—	2
recentis	-	—	1
Graminis	-	—	1
Hellebori albi	-	—	1
nigri	-	—	2
Hermodactyli veri	-	—	6
Hyoſcyami	-	—	1
Jalapæ	-	—	8
Ipecacuanhæ	Drachma una	—	30
Ireos Illyricæ	Uncia ſemis	—	2

Rad.

		Flor.	Cruc.
Rad. Ireos nostratis	Uncia semis	—	1
Lapathi acuti		—	1
Levistici		—	2
Liliorum alborum		—	3
Malvæ		—	1
Mandragoræ		—	2
Mechoacanæ albæ		—	8
Mei		—	2
Morsus diaboli		—	1
Nymphææ		—	2
Ostrutii		—	2
Pæoniæ		—	2
Pentaphylli		—	2
Petasitæ		—	1
Petroselini		—	2
Peucedani		—	2
Phu nostri		—	2
Pontici		—	6
Pimpinellæ		—	2
Plantaginis majoris		—	1
Polypodii querni		—	2
Pyrethri		—	4
Restæ bovis		—	1
Rhabarbari veri		—	36
Monachorum		—	2
Rhapontici montani		—	2
veri		—	12
Rhodiæ		—	2
Rubiæ tinctorum		—	2
Rusci		—	2
Saniculæ albæ montanæ		—	2
nostratis		—	1
Sarsapariglia incisæ		—	6
Satyrii		—	4
Saxifragiæ albæ		—	3
Scorzoneræ		—	3
Scrophulariæ		—	1
Sigilli Salomonis		—	2
Taraxaci		—	1
Telephii		—	2
Tormentillæ		—	2
Turbith		—	16
Victorialis longæ	Numero una	—	1
rotundæ	duæ	—	1
Vincetoxici	Uncia semis	—	1
Urticæ		—	1
Zedoariæ		—	6

COR-

		Flor.	Cruc.

CORTICES.

		Flor.	Cruc.
Cort. Acaciæ - - - -	Uncia ſemis	—	1
Aurantiorum - - - -		—	3
Caſtanearum - - - -		—	2
Chin-chinæ - - - -		—	16
Citri - - - - -		—	3
Cydoniorum - - - -		—	1
Ebuli med. - - - -		—	2
Frangulæ - - - -		—	1
Fraxini - - - - -		—	1
Granatorum - - - -		—	½
Guajaci - - - -		—	2
Rhamni - - - -		—	1
Sambuci med. - - - -		—	2
Tamariſci - - - -		—	1
Thymiamatis - - - -		—	2

LIGNA.

		Flor.	Cruc.
Lign. Aloës reſinoſi - - - -		—	44
Aſpalathi - - - -		—	8
Cupreſſi - - - -		—	2
Guajaci - - - -		—	1
Hederæ arboreæ - - -		—	1
Juniperi - - - -		—	1
Lentiſci - - - -		—	4
Nephritici - - - -		—	8
Rhodii - - - -		—	2
Sandali albi - - - -		—	4
citrini - - - -		—	6
rubri - - - -		—	4
Saſſafras - - - -		—	3
Tamariſci - - - -		—	1
Viſci corylini - - - -		—	6
pomacei - - - -		—	2
pirorum - - - -		—	2
querni - - - -		—	3

FRUCTUS ET FUNGI.

		Flor.	Cruc.
Agarici albi - - - -		—	8
Fruct. Alkekingi - - - -		—	2
Amygdalorum amarorum - -		—	2
dulcium - - -		—	1
Anacardiorum - - -		—	6

Fruct.

			Flor.	Cruc.
Fruct.	Aurantiorum Num. 1.	*ad æquum & bonum.*	—	—
	Berberum ſiccorum	Uncia ſemis	—	1
	Caricarum	-	—	½
	Caſſiæ fiſtularis	-	—	2
	Ceraſorum acidorum	-	—	1
	Cydoniorum ſiccorum	-	—	3
	Citriorum Num. 1. *ad æquum & bonum.*	-	—	—
	Coculæ di Levante	-	—	4
	Colocynthidis cum ſemine	-	—	5
	- pulpæ	-	—	12
	Conorum Cupreſſi	-	—	2
	Cornorum ſiccorum	-	—	1
	Cynosbati integrorum	-	—	1
	excorticatorum	-	—	2
	Dactylorum	-	—	3
	Gallarum	-	—	1
	Glandium	-	—	½
	- calycum	-	—	½
	Granatorum Num. 1.	*ad æquum & bonum.*	—	—
	Granorum tinctorum	Uncia ſemis	—	16
	Hederæ arboreæ	-	—	4
	Jujubarum	-	—	3
	Juniperi	-	—	½
	Lauri	-	—	1
	Meſpilorum ſiccorum	-	—	1
	Myrobalanorum omnium	-	—	6
	Myrti Italicæ	-	—	3
	Myrtillorum	-	—	2
	Nucleorum Perſicorum	-	—	2
	Pineorum	-	—	2
	Piſtaciorum	-	—	10
	Nucis Vomicæ	-	—	4
	Oculorum Populi	-	—	½
	Capitum Papaveris	Numero unum	—	½ vel 1
	Paris baccarum	Uncia ſemis	—	8
	Paſſularum majorum / minorum / Prunorum Damaſcenor.	*ad æquum & bonum.*	—	—
	ſylveſtrium	Uncia ſemis	—	½
	Sambuci ſiccorum	-	—	1
	Sebeſten	-	—	3
	Siliquarum	-	—	½
	Sorborum ſicc.	-	—	2
	Tamarindorum exoſſ.	-	—	6
	Tribulorum aquaticorum	-	—	2
	Zibebarum	*ad æquum & bonum.*	—	—
Boleti cervini		Uncia ſemis	—	4
Fungi dicti Crepitus Lupi		-	—	4
Sambuci		Numero unus	—	1

SUCCI LIQUIDI.

		Flor.	Cruc.
Succi Acetosæ	Uncia semis	—	1
Acetosellæ	-	—	2
Becabungæ	-	—	1
Berberum	-	—	1
Betonicæ	-	—	2
Boraginis	-	—	1
Cichorii	-	—	1
Cydoniorum	-	—	1
Fumariæ	-	—	1
Granatorum	-	—	4
Limonum, vulgò etiam Citri	-	—	3
Plantaginis	-	—	1
Rosarum, vulgò Muchari	-	—	4
Sempervivi majoris	-	—	1
Solatri	-	—	2

SUCCI CONCRETI.

		Flor.	Cruc.
Succi Acaciæ nostratis	-	—	4
veræ	-	—	8
Agerati inspissati	-	—	32
Aloës hepaticæ	-	—	8
Socotrinæ	-	—	12
Catechu	-	—	24
Glycyrrhizæ	-	—	2
Guttæ Gamandræ	-	—	24
	Grana duo	—	1
Hypocistidis	Uncia semis	—	4
Iridis nostr. inspissati	-	—	32
Mannæ Calabrinæ in sorte	-	—	6
electæ	-	—	8
Opii Thebaici	-	—	16
Sanguinis Draconis communis	-	—	12
optimi	-	—	24
Scammonii	-	—	48
Scordii inspissati	-	—	32
Tartari albi	-	—	1
rubri	-	—	$\frac{1}{2}$

GUMMIA.

		Flor.	Cruc.
Ambræ griseæ	Granum unum	—	8
Gummi Ammoniaci in sorte	Uncia semis	—	6
electi	-	—	8

Gummi

		Flor.	Cruc.
Gummi Animæ	Uncia semis	—	10
Arabici in sorte	-	—	1
electi	-	—	2
Asphalti	-	—	4
Asæ dulcis	-	—	10
fœtidæ	-	—	6
Balsami Ægyptiaci, sive Opobalsami	-	1	30
de Copaiva	-	—	24
Hispanici sicci, sive Tolutani	-	1	—
Peruviani, sive Indici nigri	-	—	40
Bdellii	-	—	8
Carannæ	-	—	16
Camphoræ	-	—	12
Cerasorum	-	—	2
Elemi	-	—	8
Euphorbii	-	—	6
Galbani in sorte	-	—	6
granis	-	—	12
Hederæ	-	—	8
Ladani	-	—	4
Laccæ in sorte	-	—	4
electæ	-	—	8
Mastiches in sorte	-	—	4
electæ	-	—	8
in granis	-	—	12
Myrrhæ in sorte	-	—	6
electæ	-	—	10
Opopanacis	-	—	16
Petrolei	-	—	4
Picis Græcæ, vel Colophoniæ	-	—	1
nigræ, vel navalis	-	—	1
Resinæ albæ	-	—	1
citrinæ	-	—	½
Sagapeni in sorte	-	—	6
electi	-	—	12
Sandaracæ in sorte	-	—	4
electæ	-	—	8
Sarcocollæ in sorte	-	—	6
electæ	-	—	12
Styracis calam. ordinarii	-	—	12
electi	-	—	16
in granis	*secundum æquum & bonum.*	—	—
liquidi	Uncia semis	—	4
Succini albi	-	—	12
flavi	-	—	3
Tacamahacæ	-	—	12
Terebinthinæ communis	-	—	1
pellucidæ Venetæ	-	—	2
pellucidæ Cypriæ	-	—	6
Thuris in sorte	-	—	2
electi	-	—	4

		Flor.	Cruc.
Thuris in granis - - - -	Uncia semis	—	8
Tragacanthi in sorte - - - - -		—	4
electi - - - - -		—	8

AROMATA.

		Flor.	Cruc.
Amomi veri - - - - - -		—	16
Anthophyllorum - - - - -		—	20
Cardamomi - - - - - -		—	12
Caryophyllorum - - - - -		—	12
Cassiæ ligneæ - - - - -		—	8
Cinnamomi - - - - - -		—	12
Costi Indici, sive Canellæ albæ - - -		—	8
Croci Orientalis - - - - -		—	48
Austriaci - - - - -		1	20
Cubebarum - - - - - -		—	4
Granorum Paradisi - - - - -		—	2
Macis - - - - - -		—	18
Nucis moschatæ - - - - -		—	8
Piperis albi - - - - - -		—	6
longi - - - - - -		—	8
nigri - - *secundùm æquum & bonum.*		—	—
Zingiberis - - - - -	Uncia semis	—	2

PINGUEDINES.

		Flor.	Cruc.
Axungiæ Anatis - - - - -		—	4
Anseris - - - - -		—	2
Ardeæ - - - - -		—	12
Canis - - - - -		—	2
Cati sylvestris - - - -		—	4
Capi - - - - -		—	3
Castorei - - - - -		1	—
Coturnicis - - - - -		—	12
Cuniculi - - - - -		—	8
Cygni - - - - -		—	16
Equi - - - - -		—	2
Gallinæ - - - - -		—	3
Hominis - - - - -		—	16
Leporis - - - - -		—	8
Lupi - - - - -		—	4
Lucii piscis - - - - -		—	8
Muris montani - - - -		—	8
Porci - - - - -		—	1
Serpentum - - - - -		—	45
Taxi - - - - -		—	2
Thymalli - - - - -		—	12
Viperarum - - - - -		1	30
Ursi - - - - -		—	4
Vulpis - - - - -		—	2
Butyri caprini - - - - -		—	2

SEBA.

		Flor.	Cruc.
SEBA.			
Sebi cervini	Uncia ſemis	—	1
hircini	-	—	1
MEDULLÆ.			
Medullæ Cervi	-	—	6
Vituli	-	—	4
OSSA &c.			
Cornu cervini crudi	-	—	1
raſuræ	-	—	4
Cranii humani	-	—	24
Dentium Aprorum	-	—	8
Equi marini	-	—	24
Eboris raſuræ	-	—	4
Lucii mandibularum	-	—	6
Matris perlarum	-	—	6
Oſſis de corde Cervi	Numero unum	—	6
Sepiæ	-	—	1, vel 2
Talorum Cervi	-	—	2
Leporis	-	—	2
Ungulæ Alces	Uncia ſemis	—	16
Unicornu marini	Granum unum	—	$\frac{1}{2}$
ALIA AB ANIMALIBUS DESUMTA.			
Ægagropilæ	-	—	3
Albi Græci	Uncia ſemis	—	2
Bufonum	Numero unus	—	3, vel 4
pulveriſatorum	Uncia ſemis	—	12
Cancrorum oculorum	-	—	12
Cantharidum	-	—	8
Carpionum lapidum	Numero duo	—	1
Caſtorei	Drachma una	—	15
Ceræ albæ Venetæ	Uncia ſemis	—	3
citrinæ	-	—	2
Cervi genitalis	-	—	8
pulveriſati	-	—	16
Cochenillæ	Drachma una	—	10
Fellis bubuli inſpiſſati	-	—	6
Ichthyocollæ	Uncia ſemis	—	6
Lanæ ſuccidæ	-	—	2
Lapidis Bezoar Orientalis	Granum unum	—	6
Occidentalis	-	—	2
Margaritarum Orientalium	*ad æquum & bonum.*	—	—
Moſchi	Granum unum	—	5
Mumiæ	Uncia ſemis	—	8
Muſcerdæ	-	—	4

		Flor.	Cruc.
Nidi hirundinum - - - -	Uncia ſemis	—	$\frac{1}{2}$
Oculorum Lucii piſcis - - - -	-	—	48
Pavonis excrementi - - - -	-	—	2
Propoleos - - - - -	-	—	1
Scinci Marini - - - -	Numero unus	—	24
Spermatis Ceti - - - -	Drachma una	—	12
Teſticulorum equinorum pulveriſatorum -	Uncia ſemis	—	24
Trutarum Lapidum - - - -	-	—	24
Zibethi - - - -	Granum unum	—	5

METALLA ET MINERALIA.

Æris florum - - - - -	Uncia ſemis	—	8
ſquamæ craſſæ - - - -	-	—	3
tenuis - - - -	-	—	6
Aluminis plumoſi - - - -	-	—	2
ſaccharini - - - -	-	—	3
vulgaris - - - -	-	—	$\frac{1}{2}$
Antimonii - - - - -	-	—	1
Auri foliorum - - -	Numero unum	—	2
Argenti foliorum - - - -	- duo	—	2
vivi - - - - -	Uncia ſemis	—	6
Arſenici albi - - - - -	-	—	2
citrini - - - -	-	—	2
Auripigmenti - - - -	-	—	2
Boracis Venetæ - - - -	-	—	8
Ceruſſæ Venetæ - - - -	-	—	$1\frac{1}{2}$
Chalybis limaturæ - - - -	-	—	1
Fellis Vitri - - - - -	-	—	1
Ferri Florum - - - - -	-	—	8
Scoriæ - - - - -	-	—	$\frac{1}{2}$
Lapidis Calaminaris - - - -	-	—	1
Lithargyri Argenti - - - -	-	—	$\frac{1}{2}$
Auri - - - -	-	—	$\frac{1}{2}$
Marcaſitæ - - - - -	-	—	2
Minii - - - - -	-	—	1
Nihili albi - - - - -	-	—	2
Salis Ammoniaci - - - -	-	—	3
Gemmei - - - -	-	—	2
Nitri - - - - -	-	—	1
Sulphuris caballini - - - -	-	—	1
citrini - - - -	-	—	$\frac{1}{2}$
vivi vel griſei - - -	-	—	2
Talci - - - - -	-	—	3
Tutiæ - - - - -	-	—	4
Viridis æris - - - - -	-	—	4
Vitrioli albi - - - - -	-	—	2
Hungarici - - - -	-	—	1
vulgaris - - - -	-	—	$\frac{1}{2}$

TERRÆ.

		Flor.	Cruc.
Boli Armenæ	Uncia semis	—	2
rubræ communis		—	1/2
Terræ sigillatæ Strigensis		—	8
Turcicæ		—	16

LAPIDES.

		Flor.	Cruc.
Lap. Alabastri		—	1
Ætitæ Num. 1.	*secundum magnitudinem.*	—	—
Coralliorum alborum	Uncia semis	—	6
rubrorum		—	6
Cryſtalli		—	1
Hæmatitæ		—	2
Judaici		—	4
Lyncis		—	3
Nephritici		—	12
Oſteocollæ		—	2
Pumicis		—	1
Smiridis		—	1
Specularis		—	1
Spodii foſſilis		—	48
Spongiæ		—	2

PRO MEDICAMENTORUM QUORUNDAM PRÆPARATIONE.

	Flor.	Cruc.
Pro Cataplasmate	—	5
Clyſteris decoctione	—	6
adplicatione	—	20
Tabularum & Morſellorum confectione	—	6
Decocto communi	—	4
Pro Decocto in diplomate	—	8
lignorum ad dimidias	—	10
Deſtillat. Caponis	—	24
in M. B. vel Arena, vel Veſica pro die	—	30
Emplaſtr. in corio cum Sindone, pro magnitudine	—	16. vel
	—	24
Potione purgante, per infuſionem parata	—	4
Sacculo ex Sindone, juxta magnitudinem	—	4. 8.
	—	vel 10
Emulſione	—	4
Aliorum Medicamentorum præparatione	—	1. vel 2



IN-

INDEX
TITULORUM GENERALIUM TAXÆ.

FINIS.





